Ἡ δὲ τοῦ ἐν ἁγίοις Ταρασίου, πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς Ἀδριανὸν πάππαν Ῥώμης σταλεῖσα, Φορητότερος μᾶλλόν ἐστι, φησὶ, Μακεδόνιος, καὶ ἡ τῶν ἀμφ' αὐτὸν Πνευματομάχων δυσεβὴς αἵρεσις, ἢ οἱ πιπράσκειν τολμῶντες τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ κτίσμα καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα λῃρωδοῦσιν· οὗτοι δὲ ἑαυτῶν, ὡς δοκοῦσι, δοῦλον αὐτὸ ποιοῦσιν. Ὁ γάρ τι πιπράσκων ὡς δεσπότης αὐτοῦ πιπράσκει· καὶ ὁ ἀγοράζων, δεσπότης εἶναι βουλόμενος τοῦ ἐξωνηθέντος, ἀργυρίου τοῦτο κτᾶται τιμῆς. Προστίθησι δὲ καὶ ὡς ἐφάμιλλον τὸ τούτων ἁμάρτημα τῷ τοῦ προδότου Ἰούδα, οὑτωσὶ συλλογιζομένη· Εἰ γὰρ ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμά ἐστι καὶ ὁμότιμον, κατακρίνεται δὲ ὁ Ἰούδας, τὸν Υἱὸν ἀποδόμενος ἀργυρίου, ἀνάγκη δήπου καὶ τοὺς τὸ Πνεῦμα πιπράσκοντας μὴ ἐλάττονας ἢ ἐκεῖνος τὰς εὐθύνας ὑπέχειν. Ἀλλὰ γὰρ παρίτω καὶ ἡ τῆς Ἐκκλησίας σειρὴν, ἡ διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ᾄδουσα λύρα, ὁ τὰ πνευματικὰ φάρμακα μᾶλλον παντὸς ἰατροῦ εἰδώς τε καὶ σοφῶς κεραννὺς, ὁ Θεῖος, φημὶ, Χρυσόστομος, ὡς ἂν ἡμᾶς κἂν τούτῳ διδάξῃ, ὅπως χρὴ τὸ αὐστηρὸν τῶν θείων κανόνων ἔσθ' ὅτε τῇ συμπαθείᾳ παρακιρνῶντας ὑποχαλᾷν. Ἴσμεν γὰρ ὅπως τοὺς χρυσίῳ τὰς χειροτονίας ἐωνημένους τῆς μὲν ἱερωσύνης ἐγύμνωσε, τὸ δὲ χρυσίον παρὰ τῶν τοῦ χειροτονήσαντος κληρονόμων ἠξίωσεν ἀπολαβεῖν, ἐπειδὴ τὴν ζωὴν ἐκμετρήσας ἐκεῖνος ἔφθασεν ἤδη (Ἀντωνῖνος οὗτος ἦν τῆς Ἐφεσίων ὁ πρόεδρος, ὁ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεὰν ὠνιον θέσθαι μὴ καταπτήξας). Ἀλλ' ὅρα μοι τῆς τοῦ ἁγίου συμπαθείας τὸ περιόν. Ἐξώμνυντο μὲν γὰρ ἐπὶ πολὺ πρότερον ἐκεῖνοι, ἢ μὴν τοῦτο πεποιηκέναι μηδέποτε· τοῖς δὲ φανεροῖς ἐλέγχοις δυσωπηθέντες, τόπων ὑπομιμνησκόμενοι καὶ καιρῶν, καὶ τῆς τοῦ χρυσίου ποσότητος, οὕτως ἔχειν ἀνωμολόγησαν ὕστερον, διατεινόμενοι ὡς οὐ σκαιότητι γνώμης, ἀλλ' ἀκεραιότητι μᾶλλον καθυπαχθῆναι, τοιαύτην ὑπειληφότες τὴν συνήθειαν εἶναι, καὶ ἵνα τοῦ βουλευτηρίου, ᾧ περ ἦμεν ὑποτελεῖς, ἀπαλλαγείημεν, φάμενοι. Πρὸς ταῦτα ἡ οὐρανομήκης ἐκείνη ψυχὴ, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμῶν εἴπερ τις ὑφηγητὴς γνησιώτατος, οὐκ ἀφορισμὸν πρὸς τῇ καθαιρέσει ἐπήνεγκεν, ὡς οἱ θεῖοι κανόνες κρίσεως ἔχουσιν, οὐ τῆς Ἐκκλησίας ἀπεώ- B C D

Epistola vero sancti Tarasii, patriarchæ Constantinopolitani, ad Adrianum papam missa : Multo, inquit, tolerabilior est Macedonius, et impia hostium sancti Spiritus hæresis, quam illi qui vendere audent gratiam Spiritus sancti. Illi enim in creaturam, et servum Dei et Patris sanctum Spiritum contumeliam faciunt ; hi autem servum suum, ut videtur, ipsum faciunt. Omnis enim qui aliquid vendit, tanquam dominus istius vendit, et qui emit cupiens dominus esse rei venditæ, argenti pretio id acquirit. **968** Addit etiam, quod hoc crimen consimile sit illi Judæ proditoris, hunc in modum disserens : Nam si consubstantialis sit Filio Spiritus sanctus, et ejusdem dignitatis, et damnetur Judas, quod propter pecuniam prodidit Filium, necesse etiam est illos qui Spiritum vendunt, haud leviores quam ille pœnas subire. Sed vero adsit jam Ecclesiæ suada, lyraque quæ per totum terranum orbem sonat, is qui spiritualia medicamenta perite magis quam medicorum quispiam, et sapienter miscet, sanctus, inquam, Chrysostomus, qui quidem nos etiam hac in re docuit, quod severitatem canonum nonnunquam lenitate temperantes paululum mitigare oportet. Scimus enim quod eos qui auro ordinationes redemerunt, sacerdotio privare, aurum tamen ab hæredibus ejus qui ordinavit repetere voluit ; quoniam vita jam emensa, iste præiverat. Antoninus autem erat Ecclesiæ Ephesinæ antistes, qui Spiritus sancti gratiam venumdare nullus dubitabat. Vide autem eximiam viri sancti clementiam. Juraverunt enim jam ante se nunquam tale quid perpetrasse. Argumentis autem evidentibus convicti, indicatis et tempore et auri quantitate, postmodum rem se ita habere fassi sunt, obtendentes se non animi malitia, sed simplicitate potius ferri, quatenus ex more esse existimabant, et a tribunali (quod aiebant), cui obnoxii fuimus, liberaremur. Ad hæc amplissima, ut cœlum patet, illa anima et miserationum Dei, si quis alius, maxime genuinus explanator, non excommunicationem depositioni superinduxit, uti sacri canones decernunt, neque Ecclesia penitus exclusit (licet voluntaria confessio de quovis crimine multum detrahat, sicut convictio e contra

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

valde aggravat) : sed misericordia rigorem canonum attemperando, intra altare ipsis de sacris mysteriis communicare permisit, ea ratione satis, ut videbatur, eorum animas consolans, quæ sacerdotii amissione depressæ erant.

ἐχειν ἐπέτρεψεν, ἱκανῶς ταύτῃ τὰς αὐτῶν οἰόμενος ἐκπτώσει.

A σατο (καί τοι τῆς μὲν ἐκουσίας ἐξομολογήσεως ἑκασταχῆ τῶν εὐθυνῶν τὸ πλεῖστον ἀφαιρουμένης, τοῦ δὲ ἐλέγχου χαλεπωτέρας ταύτας ἐργαζομένου), ἀλλ' ἡμερότητι τὸ τῶν κανόνων κεράσας ἀπότομον, εἴσω τοῦ θυσιαστηρίου τῶν ἁγιασμάτων αὐτοῖς μετπαρακαλέσαι ψυχὰς τῇ τῆς ἱερωσύνης ὀδυνωμένας

In libro autem Actuum hæc occurrunt : Ubi autem vidit Simon, quod per impositionem manuum apostolis datus fuit Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens : Date mihi facultatem istam, ut cuicunque manus imposuero, recipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ei : Argentum tuum tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri. » *etc.*

Tertius autem liber Regum : « Et non conversus est Jeroboamus, inquit, ab iniquitate ejus, et reversus est, et fecit ex parte populi sacerdotes excelsorum, quicunque voluit, ejus manum adimplebat. Et hæc res vertit in malum domui Jeroboami, et in perniciem et ad delendum eum a facie terræ» Quis igitur non novit veterem illum Gieze, ut prophetæ Elisæo ministrabat, et, uti narrat liber quartus Regnum, quas facinorum pœnas tulit ? Vix enim minus ille ob nequitiam innotescit, quam magister ejus ob virtutem. Cum igitur Neeman munera prophetæ dare decreverat, quia liberatus erat per illum a lepra, ille autem largitionem minime acceperat, Gieze Neeman abeuntem præstolatus, et avaritiam suam mendacio tegens, quasi magister ejus in mandatis dederat recipere, et postquam ita de bonis ejus non pauca accepisset, statim lepræ quam ille deposuerat, hæres factus est, prophetæ hoc maledicti ipsi denuntiante.

Magnus autem Basilius in Expositione sua in prophetam Isaiam, locum illum explicans, Legem dedit in auxilium : ut dicant, non tanquam verbum hoc, pro quo non licet munus dare, quoniam ventriloqui, inquit, **269** propter pecuniam divinantur. Hoc enim ridiculum est, quod qui decipiuntur, mercedem mendacii argentum ipsis dant. Verbum autem legis non est tale, ut pro illo donum aliquod detur, quoniam nemo gratiam dat. « Gratis enim, ait, accepistis, gratis date. » Vides quomodo Petrus succensuit adversus Simonem, qui argentum pro gratia sancti Spiritus obtulerat ; « Argentum tuum sit tecum, inquit, in perditionem, quoniam existimasti donum Dei per pecuniam comparare. » Non est igitur sermo Dei ut venalia verba ventriloquorum Quodnam enim pretium aliquis det illo condignum? Audi Davidem hæsitantem et dicentem : « Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ? » Non igitur licet dare donum gratia ejus condignum. Unicum est donum dignum conservatio rei donatæ. Qui dat tibi thesaurum, non

Ἐν δὲ τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων ταῦτα γέγραπται · Θεασάμενος δὲ ὁ Σίμων, ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα, λέγων · Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἂν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον. Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν · Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, B ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἡ δὲ τρίτη τῶν Βασιλειῶν, « Καὶ οὐκ ἐπέστρεψεν Ἱεροβοὰμ, φησὶν, ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψε, καὶ ἐποίησεν ἐκ μέρους τοῦ λαοῦ ἱερεῖς ὑψηλῶν · ὁ βουλόμενος ἐπλήρου τὴν χεῖρα αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο τοῦτο τὸ ῥῆμα εἰς ἁμαρτίαν τῷ οἴκῳ Ἱεροβοὰμ, καὶ εἰς ὄλεθρον, καὶ εἰς ἀφανισμὸν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς » Τίς οὖν οὐκ οἶδε καὶ τὸν πάλαι Γιεζῆ, ὅπως τῷ προφήτῃ μὲν Ἐλισσαίῳ διακονούμενος ἦν, ὡς ἡ τῶν Βασιλειῶν τετάρτη διέξεισιν, οἷα δὲ πέπονθεν ἐξ ὧν ἔδρασεν ; Οὐχ ἧττον γὰρ διὰ κακίαν ἐκεῖνός ἢ δι' ἀρετὴν ὁ διδάσκαλος μικροῦ τοῖς πᾶσι γνωρίζεται. Χρήματα γοῦν τοῦ Νεεμὰν τῷ προφήτῃ πορίσαι προθυμουμένου, ἀνθ' ὧν τῆς λέπρας ἐξάντης δι' αὐτοῦ γεγέ- C νητο, κἀκείνου τὴν εἰσφορὰν μὴ προσηκαμένους ὁ Γιεζῆ καταλαβὼν ἀπιόντα τὸν Νεεμὰν, καὶ τὴν φιλοχρηματίαν τῷ ψεύδει ἐπιλυγάσας, ὡς ἄρα ὁ διδάσκαλος αὐτῷ λαβεῖν ἐπιτάξειε, καὶ ταύτῃ τῶν ἐκείνου εἰκηφὼς οὐκ ὀλίγα, κληρονόμος εὐθὺς καὶ ἧς ἐκεῖνος ἀπήλλακτο λέπρας γεγένητο, αὐτὸ τοῦτο τοῦ προφήτου ἀρασάμενου.

Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ, ἐξηγούμενος τὸ, Νόμον ἔδωκεν εἰς βοήθειαν, ἵνα εἴπωσιν οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο, περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ, ὅτι αἱ ἐγγαστρίμυθοι, φησὶν, ἐπ' ἀργυρίῳ μαντεύονται. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ καταγέλαστον, ὅτι καὶ ἀργύριον αὐτοῖς τελοῦσι, μισθὸν τοῦ ψεύδους, οἱ ἀπατώμενοι. Τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ νόμου οὐκ ἔστι τοιοῦτον, ὥστε D δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὴν χάριν οὐδεὶς ἀποδίδοται · « Δωρεὰν γὰρ, φησὶν, ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. » Ὁρᾷς ὅπως ἠγανάκτησε Πέτρος ἐπὶ τῷ Σίμωνι, ἀργύριον ὑπὲρ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος προσκομίσαντι ; « Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη, φησὶν, εἰς ἀπώλειαν, ὅτι ἐνόμισας τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. » Οὐκ ἔστιν οὖν ὁ τοῦ Εὐαγγελίου λόγος ὡς τὰ πωλούμενα ῥήματα τῶν ἐγγαστριμύθων. Τί γὰρ ἂν τις δοίη ἄξιον, αὐτοῦ ἀντάλλαγμα ; Ἄκουε τοῦ Δαβὶδ διαπορουῦντος καὶ λέγοντος · « Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι ; » Οὐκ ἔστιν οὖν δῶρα δοῦναι περὶ τούτου ἀντάξια τῆς αὐτοῦ χάριτος · ἓν δῶρον

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἄξιον, ἡ φυλακὴ τοῦ δωρηθέντος, Ὁ δούς σοι τὸν θησαυρὸν οὐχὶ τιμὴν ἀπαιτεῖ τοῦ δοθέντος, ἀλλὰ φυλακὴν ἀξίαν τοῦ δεδομένου.

Νόμοι.

Ἐάν τις διὰ δόσεως χρυσίου ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς γένηται, ἢ ξενοδόχος, ἢ πτωχοτρόφος, ἢ νοσοκόμος, ἢ διοικητὴς εὐαγοῦς οἱουδήποτε οἴκου, ἢ ἑτέρου τινὸς ἐκκλησιαστικοῦ φροντιστὴς διακονήματος, καὶ ὁ δούς, καὶ ὁ λαβών, καὶ ὁ μέσος γενόμενος, τῆς ἱερωσύνης, ἢ τοῦ κλήρου, ἢ τῆς ἐμπιστευθείσης διοικήσεως, ἀπεγυμνούσθωσαν.

Εἰ δέ τις τῶν ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, εἴτε πρὸ τῆς χειροτονίας, εἴτε μετὰ ταῦτα, ἐκ τῶν ἰδίων πραγμάτων δοῦναι βουληθείη τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν ἐπεκηρύχθη, οὐ μόνον οὐ κωλύομεν, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἐπαίνου ἄξιον κρίνομεν.

Περὶ κανονικοῦ, καὶ τῶν ὑπὲρ χειροτονίας διδομένων.

Ἐξ αὐτῆς τῆς κώμης, ἐν ᾗ ἐστιν ἡ ἐκκλησία, κατὰ ἀναλογίαν τῶν τόπων, κρίσει τοῦ ἐπισκόπου οἱ κληρικοὶ χειροτονείσθωσαν, καὶ τὴν οἰκείαν ἐπιγενωσκέτωσαν κεφαλιτιῶνα. Χάριν δὲ τοῦ τοιούτου κανονικοῦ, καὶ τῶν ὑπὲρ χειροτονίας διδομένων συνήθως, διορίζεται τὸ χρυσόβουλλον τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα· Τυποῖ γὰρ, φησὶν, ἡ βασιλεία μου ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἱερέων, καὶ ἐπὶ τῷ κανονικῷ, τὸν παλαιὸν ἐνεργεῖν τυπον, καὶ μηδὲν ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ λαμβάνειν πλέον τὸν χειροτονοῦντα τούτους ἐπίσκοπον, ἀλλ' ἢ μόνα τὰ ἑπτὰ χρυσᾶ νομίσματα, ἤγουν ἕν μὲν, ὅτε ποιεῖ αὐτὸν ἀναγνώστην, τρία δὲ, ὅτε χενροτονεῖ αὐτὸν διάκονον, καὶ ἕτερα τρία, ὅτε πληροῖ αὐτὸν ἱερέα. Ἐπιβεβαιοῖ δὲ τοῦτο καὶ τὸ συνοδικὸν ψήφισμα τὸ γεγονὸν ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, ὃ καὶ ζήτει κατὰ τὸ ιζ' κεφάλαιον τοῦ παρόντος στοιχείου. Ὡσαύτως καὶ ὑπὲρ τοῦ κανονικοῦ, ἀπὸ τοῦ ἔχοντος χωρίου τριάκοντα καπνοὺς, νόμισμα χρυσοῦν ἕν, ἀργυρᾶ δύο, κριὸν ἕνα, κριθῆς μοδίους ἕξ, οἴνου μέτρα ἕξ, ἀλεύρου μόδίους ἕξ, καὶ ὄρνεις τριάκοντα. Ἀλλὰ καὶ ἕτερον συνοδικὸν σημείωμα γέγονεν ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Νικολάου, κελεῦον κατὰ τὸ τοιοῦτον χρυσόβουλλον δίδοσθαι τὰ κανονικὰ, καὶ τὰ ὑπὲρ χειροτονίας.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'. Περὶ χηρῶν γυναικῶν.

Ζήτει τὸ α' κεφάλαιον τοῦ Γ στοιχείου.

ΚΕΦΑΛ. Λ'. Περὶ τῶν χλευαζόντων τοὺς ἀσθενῶς τοῦ σώματος ἔχοντας.

Ζήτει τὸ α' κεφ. τοῦ Υ στοιχείου.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ' Περὶ τοῦ ἁγίου χρίσματος, καὶ τίνες χρίονται μόνον τῶν προσερχομένων τῇ Ἐκκλησίᾳ αἱρετικῶν.

Ζήτει ἐν τῷ θ' κεφ, τοῦ Μ στοιχείου κανόνα ς' τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ ἐν τῷ α' κεφ. τοῦ Β στοιχείου κανόνα μή' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ ἐν τῷ β' κεφ. τοῦ Α στοιχείου κανόνα ζ' τῆς β' συνόδου.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'. Περὶ Χριστιανισμοῦ.

Ὁ ρη' κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου τοὺς τὴν ἄσκησιν εἰσδεχομένους τῶν Χριστιανῶν ἐλευ-

A pretium requirit rei datæ, sed custodiam debitam dono oblato.

Leges.

Si quis pecunia data episcopus aut clericus fiat, vel peregrinorum, vel pauperum, vel ægrotantium præfectus, aut administrator cujuscunque domus Deo consecratæ, vel alius ecclesiastici ministerii curator, et is qui dat, et qui accipit, et mediator, sacerdotio suo aut clero, aut concredita administratione privabuntur.

Si quis tamen episcopus vel clericus ante ordinationem suam, vel post illam, de bonis suis largiri velit Ecclesiæ, ad quam vocatus est, non solum non prohibemus, sed etiam omni laude

B dignum decernimus.

De canonico, et iis quæ pro ordinatione, solvuntur.

Ex eodem vico ubi est ecclesia, pro ratione locorum, et discretione episcopi clerici ordinentur, et proprium agnoscant capitulum. Hujusce autem canonici causa, et eorum quæ pro ordinatione ex consuetudine data erant, Aurea Bulla venerabilis imperatoris Isaacii Commeni, inter alia, hæc decernit. Statuit imperatoria mea majestas, ut pro ordinatione sacerdotum, et canonico vetus forma obtineat, et nihil amplius pro ordinatione alicujus episcopus qui ordinat, recipiat, quam, solos septem aureos nummos, videlicet unum, quando eum lectorem creat, tres vero cum diacenatum confert, et alios tres, quando sacerdo-

C tem perficit. Et similiter decretum synodicum, quod sancitum est sub Michaele patriarcha (quod vide ad cap. 17 hujusce elementi) procanonico a loco, qui 30 caminos habet, unum nummum aureum, argenteos duos, arietem unum hordei modios sex, vini mensuras sex, tritici modios sex, et aves triginta. Sed et aliud edictum synodicum factum est sub patriarcha Nicolao, quod secundum hanc Auream Bullam solvi jubet jura canonica et quæ pro ordinatione erigi solent.

CAP. XXIX. *De Viduis.*

Vide. cap. 1 litt. Γ.

D CAP. XXX. *De his qui infirmitate aliqua corporali laborantes deridenl.*

Quære. cap. 1 litt. Υ.

270 CAP. XXXI. *De sacro chrismate : et quinam ex hæreticis, qui ad Ecclesiam revertuntur, per solam unctionem recipiuntur.*

Consule in cap. 9 litt. M canonem sextum synodi Carthaginensis, et in cap. 1 litt. B canonem 48 concilii Laodiceni, et in cap. 2 litt. A canonem 7 synodii secundæ.

CAP. XXXII. *De Christianismo.*

Canon 108 concilii Carthaginensis qui professionem sive exercitium Christianorum susciplunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ex voluntate libera, et sua sponte ad fidem accedere ordinat, non autem per vim atque ex necessitate ; ista enem neque firma sunt neque diuturna. Nam virtutem ex electione esse oportet, non coactam et invitam. Exercitationem vero nuncupans innuit, quod quemvis Christianum oportet virtutem exercere, ac continentiam et pudicitiam, et præ cæteris charitatem erga omnes. Ita ut qui non hoc modo vivat, nomine tenus Christianus sit, non revera.

Magnus autem Basilius in canone 45 : Qui nomen Christiani assumit, et mandatorum transgressione Christum contumelia afficit, nihil illi conducit mera appellatio. Paria scilicet dicens cum magno Jacobo : « Quid juvat, rogante, fratres mei, si quis fidem se habere dicat, opera vero non habeat? num fides illum queat servare? » Nam ut splendore virtutum in nobis relucente glorificatur Deus, juxta illud ; « Splendeat lux vestra coram hominibus, » etc., ita tenebris vitiorum nosmet obfuscantibus contingit ut Deus blasphemiis proscindatur inter gentes.

CAP. XXXIII. *De chorepiscopis.*

Quære cap. 31 litt. K.

INITIUM LITTERÆ Ψ.

CAP. I. *Quomodo psallere et orare oportet.*

Vide 35 cap. litt. E.

CAP. II. *De cantoribus et lectoribus.*

Vide in cap. 9 litt. E canonem 23 synodi Laodicenæ.

CAP. III. *Quod hæreticorum pseudomartyres sequi non licet.*

Quære in 2 cap. litt. A canonem 9 et 34 synodi Laodicenæ.

CAP. IV. *Quomodo in ordinationibus fiant suffragia.*

Quære in litt. X cap. 1 et 2.

INITIUM LITTERÆ Ω.

CAP. I. *Quibusnam licet horarium gestare.*

Vide in mono capite litt. E canones 22 et 23 concilli Lao diceni.

A θέρᾳ προαιρέσει καὶ αὐτεξουσίῳ νομοθετεῖ προσιέναι τῇ πίστει, ἀλλὰ μὴ βίᾳ, μοδ' ἐξ ἀνάγκης· τὰ γὰρ τοιαῦτα οὐ βέβαια, οὐδὲ νόμιμα. Αἱρετὴν γὰρ εἶναι δεῖ τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ βεβιασμένην, ἢ ἀκούσιον. Ἄσκησιν δὲ νιπὼν, ἐνέφηνεν, ὅτι πᾶσαν δεῖ τὸν Χριστιανὸν ἀρετὴν ἀσκεῖν, ἐγκράτειαν, καὶ σωφροσύνην, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὴν εἰς ἅπαντας ἀγάπην· ὡς ὅ γε μὴ ταύτῃ βιοὺς ὀνόματι μόνον Χριστιανὸς, ἀλλ' οὐ πράγματι λέγεται.

Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ μα' κανόνι, Ὁ τὴν τοῦ Χριστιανοῦς, φησὶ, προσηγορίαν εἰληφὼς, καὶ διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν παραβάσεως τὸν Χριστὸν ἐνυβρίζων, οὐδὲν ἐκ τῆς ἐπωνυμίας ἀπώνατο μόνης, ἀδελφὰ τῷ μεγάλῳ φιλοσοφῶν Ἰακώβῳ, « Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, φάσκοντι, ἐὰν πίστιν τις λέγῃ B ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ ; » μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν ; Ὥσπερ γὰρ τῆς αὐγῆς τῶν ἀρετῶν ἐν ἡμῖν ἀστραπνούσης δοξάζεται ὁ Θεὸς, λατὰ τὸ, « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ». καὶ τὰ ἐξῆς, οὕτω τοῦ ζόφου προσαναχρωννόντος ἡμᾶς τῶν παθῶν, βλασφημεῖσθαι τὸν Θεὸν συμβαίνει παρὰ τοῖς ἔθνεσι.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'. Περὶ χωρεπισκόπων.

Ζήτει τὸ λα' κεφάλαιον τοῦ Ε στοιχείου.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ψ ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

ΚΕΦΑΛ. Α' Πῶς δεῖ ψάλλειν καὶ εὔχεσθαι.

Ζήτει τὸ λε' κεφ. τοῦ Ε στοιχείου.

ΚΕΦΑΛ. Β'. Περὶ ψαλτῶν καὶ ἀναγνωστῶν.

Ζήτει ἐν τῷ θ' κεφ. τοῦ Ε στοιχείου κανόνα κγ' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου.

C ΚΕΦΑΛ. Γ'. Ὅτι πρὸς τοὺς ψευδομάρτυρας τῶν αἱρετικῶν οὐ δεῖ ἀπιέναι.

Ζήτει ἐν τῷ β' κεφ. τοῦ Α στοιχείου κανόνα τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου θ' καὶ λδ'.

ΚΕΦΑΛ. Δ'. Ὅπως αἱ ψῆφοι γίνονται τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι.

Ζήτει τοῦ Χ στοιχείου κεφάλαιον α' καὶ β'.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ω ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

ΚΕΦΑΛ. Α'. Τίνα δεῖ ὡράριον φέρειν.

Ζήτει ἐν τῷ ι' κεφ. τοῦ Ε στοιχείου κανόνας τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κβ' καὶ κγ.

MATTHÆI BLASTARIS

CARMINA DUO

DE OFFICIIS ECCLESIÆ ET AULÆ CP.

Exstant in notis Goari ad Codinum. Vide tom. CLVII, col. 129.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ANNO DOMINI MCCCXXXII.

THEODULUS MONACHUS

SIVE

THOMAS MAGISTER.

NOTITIA.

(Cave De Script. eccles. ad an. 1311.)

Theodulus monachus, qui alio nomine Thomas Magister dicitur natione Græcus, patria, si L. Allatio fides Thessalonicensis, claruit sub Andronico Palæologo avo, Theodoro Metochitæ familiaris, Niphoni patriarchæ charus, anno 1311. Ex variis ejus appellationibus varia eum munera obiisse, et quod Græcis istius ævi solemne fuit, a forensibus negotiis ad monasticam ἡσυχίαν transiisse, utriusque item status culmen attigisse, ac rhethorum magistrum, cœnobii abbatem aliquando fuisse, conjectari fas est. Exstat ejus *Oratio encomiastica* in S. Gregorium Theologum Nazianzenum. Habetur ms. in Bibl. Vindob. cod. jurid. XII, n. x, *Orationes gratulatoriæ quatuor; prima* ad Angelum sub Andronico Seniore imp. magnum stratopedarcham; *secunda*, ad Theodorum Metochitam, magnum logothetam; *tertia*, ad Niphonem patriarcham nuper renuntiatum; *quarta*, ad regem Cypri. *Epistolæ* septem. Opera hactenus numerata cum sua versione edidit *Laur. Normannus*, Upsaliæ 1693, 4°, *Dictionum Atticarum* Sylloge Græce prodiit Romæ, 1517, 1525. Paris. 1532. 8° sub nomine *Thomæ Magistri* cura Nic. Blancardi nuper recusa, ac indice auctorum locupletata, Franequer. 1690, 8°. Idem opus exstat MS. Theodulo Magistro ascriptum in Bibliotheca regia Parisiensi cod. 1853. In eodem cod. habentur ejusdem Theoduli *Declamationes* aliquot, *Epistolæ et Orationes*, testante Cl. du Cangio. *Ind. Auct. ad Glossar. Græc.* Quæ utrum ab iis a Normanno editis diversæ sint, merito dubitandum est, cum ex iis una sit in *Triphonem* Patr. CP. pro quo *Niphonem* substituendum esse temporis ratio omnino postulat. Hujus etiam censendæ sunt *Declamationes* nonnullæ; *Oratio* ad Thessalonicenses de pace et concordia. Pr. Οὔ μοι δοκῶ τῶν πάντων οὐδέν. *Oratio* in legatione habita ad imp. Andronicum Palæologum. *Ad Philosophum* Josephum de iis quæ in expeditione Italorum et Persarum gesta sunt. *Sermo* in S. Euthymium Thaumaturgum episcopum Madytarum. *Encomium* maris et universæ aquarum naturæ, et quædam alia, quæ una cum iis nuper editis a nobis supra memoratis Græce habentur MS. in *Bibl. Residentiæ Soc. Jesu Constantinop.* Varia etiam ejus opuscula Græca in quadam Italiæ Bibliotheca latitare narrat Simlerus, *viz.* Ad *Athenienses* in Olynthiis; *de Navigatione* e Thessalonica Byzantium, et rursus Byzantio Thessalonicam; *De regno, de repub.* etc. *Epistolæ* etiam nonnullæ MSS. in cod. Regio Paris. 185 habentur. *Scholia* ejus *in Aristophanem, Euripidem et Pindarum*, quorum etiam *Vitas* conscripsit, uti et *grammatica* quædam et istiusmodi alia, partim impressa, partim mss. non sunt hujus loci.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΘΕΟΔΟΥΛΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΗΤΟΙ

ΘΩΜΑ ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ

ΤΟΝ ΘΕΟΛΟΓΟΝ.

—

THEODULI MONACHI

SIVE

THOMÆ MAGISTRI

LAUDATIO S. GREGORII THEOLOGI.

(Edidit Laur. Normannus Upsaliæ 1693.)

—

1. Neminem ego mortalium omnium fore arbitror, qui jure mihi ulla ex parte succenseat, aut amentiæ cujusdam temeritatisque reum faciat, si neque causæ hujus gravitate pensitata deterritus, neque quod impar ad illam ego pertractandam accedo, ita nunc audacter tamen periclitari voluerim, ut viribus meis majora aggredi minime dubitaverim. Verum e contrario potius, ut rem verbo complectar, omnium judicio, rectam sat scio consilii rationem me secutum visum iri, neque alia, quam hujusmodi animi alacritate in causam incumbendum fuisse. Quando enim, quæ præcipue suscipere, verbisque extollere, et nihil quidquam quod huc faciat, omittere, omnes sane debemus; nec periculo denique eorumdem neglectio vacat; quanquam cæteris, metu, ut apparet, revocante, hæc ipsa silentio prætermittentibus, causæque susceptionem detrectantibus, hic ego unus quoque quasi afflatu, aut novo animi robore impletus, cum verba mihi faciunda, tum incredibili studio faciunda censeo; numquid causæ est, quo minus vel hoc ipso nomine eximiam quamdam promeritus esse laudem videar, quod honesti justique haud paulo majorem hac ipsa debiti officii persolutione, quidquid id est quod præ magnitudine sua tamdiu procrastinaverim,

II. Id quod ita profecto patet. Nimirum cum in laudatione tua, o supreme theologorum apex, longeque omnibus in rebus præstantissime vir, duo quædam potissimum contineantur, quod et dicere necesse sit, et quid deceat aptumque sit in dicendo

Α'. Οὐχ ὅπως οὐδ' ἄν εἷς οἶμαι τῶν πάντων οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐμοὶ νεμεσήσαι, οὐδ' ἀπονοίας ἠστινοσοῦν ἕλοι καὶ θρασους, εἰ μηδὲν μήτε τὸ μέγεθος ὑπολογισάμενος τοῦ παρόντος ἀγῶνος, οὐθ' ὡς οὐκ ἀποχρῶν εἶην τὰ τοιαῦτα περαίνειν, ἔπειθ' οὕτω παρακινδυνεύειν εἱλόμην ὡς μείζοσιν ἢ κατ' ἐμαυτὸν πράγμασιν ἐγχειρεῖν, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῖς κριταῖς εὖ οἶδα δόξειν ὀρθῶς βεβουλεῦσθαι, καὶ ὡς οὐκ ἄλλως, ἢ τοῦτον ἐχρῆν προτεθυμῆσθαι τὸν τρόπον· Ὅταν γὰρ ἃ μάλιστα πάντων θαυμάζειν τε καὶ κοσμεῖν, καὶ μηδενὸς ἀφίστασθαι των εἰς τοῦτο φερόντων, ὑπόχρεῳ καθέσταμεν πάντες· καὶ τὸ λιπεῖν οὐκ ἀκίνδυνον, ταῦτα τῶν ἄλλων διὰ δέος οἶμαι σιγώντων καὶ πρὸς τὴν ἐγχείρησιν ἀποκνούντων, μόνος αὐτὸς ὥσπερ τινὸς κατοχῆς ἢ μένους πλησθεὶς, λέγειν οἶομαι δεῖν. καὶ θαυμαστήν τινα ταύτην ποιεισθαι σπουδὴν πῶς οὐκ αὐτό γε τοῦτο, πολλοῦ τινος ἂν ἄξιος εἴην, τοῦ μὲν καλοῦ καὶ δικαίου ποιησάμενος λόγον, τοῦ δὲ κατ' ἐμαυτὸν ἀφειδήσας καὶ πάντα κίνδυνον ἐλάττω κρίνας ταυτησὶ τῆς φορᾶς; ἦν καὶ ὅτι περ ἐς τοσοῦτον ἀνεβαλλόμην διὰ τὸ μέγεθος ἐμαυτῷ δυσχεραίνω.

quam mei ipsius rationem habuerim? quodque periculi, levius esse duxerim? Quam utique rem ipsi mihi nunc propemodum succenseo.

Β'. Δῆλον δέ. Δυοῖδ γὰρ ὄντοιν ἐπὶ τῶν ἐγκωμίων, ὦ θεολογούντων ἀκρότης, καὶ πάντ' ἄριστε σὺ, τοῦ τε λέγειν ἀνάγκην εἶναι, τοῦ τε τὰ γιγνόμενα σώζειν· εἰ μὲν ἄμφω ταῦτα πράττειν ἐξῆν, πᾶς τις ἂν ἀπεδίδου, καὶ οὐκ ἄν εἴχομεν πράγματα·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὅτε δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀνάγκην ἐξ ἀνάγκης εἴκομεν, καὶ λέγειν βουλόμεθα πάντες, τὸ δὲ τῆς ἀξίας βουλόμεθα μὲν, οὐ δυνάμεθα δὲ, ἀλογίᾳ τῳόντι περιφανὴς · ἐπεὶ τοῦτο οὐκ ἔξεστι μηδ' ἐκεῖνο πράσσειν αἱρεῖσθαι, ἀλλ' ἑκατέρωθεν ἁμαρτάνειν, ἔκ τε ὧν λέγειν ἀνάγκην ἔχοντες παραλείπομεν, ἔκ τε ὧν τῆς ἀξίας λειπόμεθα, δέον τοὺς μὴ ταύτῃ γε παρεσκευασμένους, ἐκείνως γοῦν ἐκτινύναι · ἐπεὶ καὶ τοῦ λέγειν ἁπλῶς, οὐ τοῦ προσαξίαν λέγειν ἐστὶν ἀνάγκη · ἄνευ γὰρ τοῦ μὴ δ' ἠντινοῦν μὲν αἰσχύνην τοῖς λέγουσιν εἶναι παρὰ τὴν ἧτταν, κοινὸν γὰρ τοῦτο τῶν ζώντων ἐν λόγοις, μεγίστην δ' ἀγνωμοσύνην, ἐὰν τοῦτ' αὐτὸ δεδιότες σιγᾷν ἀξιῶμεν, ἃ λέγειν ἀνάγκη, καὶ ὑπὲρ ὧν ἡμῖν καὶ τῶν Ὁμήρου στομάτων, εἴπερ οἷόν τ' ἦν, παρὰ πάντ' ἔδει τὸν χρόνον, τίς οὐκ οἶδεν ὡς οἷς αὐτὸς λόγων, καὶ ἀρετῆς, καὶ δογμάτων, καὶ ξυμπάντων ὡς εἰπεῖν τῶν καλλιστων κεφάλαιον ἀνεφάνης τῷ βίῳ, καὶ μόνος ἔσχει παρὰ πάντων ἐν τούτοις τὸ συγκεχωρηκὸς, τοῦ μὲν διὰ πάντα ταῦτα θαυμάζεσθαι παρὰ πάντας, ὀφειλέτας ἅπαντας ἴσχεις · τοῦ δὲ προσαξίαν, οὐδένα · μόνης γὰρ τῆς σῆς γλώττης εἴπερ οἷόν τε σπούδασμα τοῦτ' ἂν ἦν. Καὶ μόνος ὑπὲρ αὐτὸς σαυτοῦ τοῦτον ἂν εἰσέδυς ἀποχρώντως τὸν ἆθλον · οὐ μὴν διὰ τοῦτο κἀκεῖνο λιπεῖν ἡμᾶς δεῖ, οὐδὲ τοῦ παντὸς ὑστερῆσαι τὸ μέρος οὐκ ἔχοντας · ἀλλὰ μάλιστα μὲν εἰσφέρειν ἐκ τῶν ἐνόντων καὶ τὴν νομιζομένην ἀποδιδόναι δήπου συντέλειαν · εἰ δὲ τὴν γιγνομένην οὐκ ἔνεστιν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς · ἀλλὰ σύ γ' αὐτὸς τούτου σαυτὸν αἰτιῶ, πᾶσαν λόγου δύναμιν ὑπερβαίνων, καὶ μόνος τοῖς ἐπαινεῖν αἱρουμένοις ἀνέφικτος ὢν, ὡς που καὶ αὐτὸς ἐν πεύσεως εἶδει, τοῦτ' ἀποφηνάμενος ἔφθης, Τίς ἡμᾶς ἐπαινέσεται ; φήσας· ὥσπερ προϋπογράφων τὸ μέλλον, καὶ συστέλλων πάντας πρὸς τὴν ἐγχείρησιν · καὶ οὐ λέγω ὅτι καὶ τοῦθ' ὑπὲρ σοῦ μᾶλλον, ἢ θάτερον γίγνεται · οὐ γὰρ τοσαύτην ἔκπληξιν ἔξει τὰ σὰ διὰ μέγεθος σιωπώμενα, ὅσην ἂν, εἰ πάντες ἐπαινεῖν προελόμενοι, πάντες ἀποτυγχάνοιεν · καὶ μὴν εἰ τὸ καταξίαν ζητήσαις, οὐ μόνον οὐδ' ὀντινοῦν ποτε τὸν εἰσφέροντα ἕξεις (πάντες γὰρ ἴσασιν ἐλάττους ὄντες τῶν σῶν ἐγκωμίων, καὶ πάντες παντάπασιν ἀποστήσονται), ἀλλὰ καὶ τρόπον ἂν ἕτερον, ὥσπερ εἰς αἴνιγμα πέσῃς, καὶ δόξῃς ὁ αὐτὸς θαύμαστός τε εἶναι καὶ μή · τὸ μὲν, οἷς οὕτως ἔχεις · τὸ δὲ, οἷς οὐ τοὺς θαυμάζοντας ἔχεις · ὑπὲρ οὗ μοι δοκεῖ καὶ τοὺς ἐκείνους αὐτοὺς, εἰ μὴ κατ' ἀνθρώπους πρότερον ἦσαν, πάντως ἂν, νυνὶ νενομίσθαι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν λαβεῖν.

servare, si utrumque assequi liceret, hoc tibi quisque officium haud dubie redditurus erat, nihilque nostro nunc labore opus fuerat. Cæterum ut necessitati ex necessitate cedimus, et de te quidem dicere omnes avemus ; sed digne satis dicere, avemus non item possumus : heic sane manifeste absurdum fuerit, si quoniam hoc non datur, ideo ne quidem illud nobis agendum statuamus, verum utrinque potius ab officio discedere malimus, tum eo, quod licet dicendi imposita nobis necessitas sit, non dicamus tamen, tum quod a dignitate operis longius absimus, cum contra oporteret, si ad dignitatem istam minus instructi essemus, quod debebamus, utcunque dicendo persolvere : siquidem dicere duntaxat, non autem ex merito dicere, necesse est. Præter id enim, quod nulla dicentibus, si inferiores discedimus, subeunda ignominia est, quando tralatitium hos iis ac commune, qui his in litteris ætatem agunt, sed maxima potius iniquitatis opinio, si metu ignominiæ hujus silere ea malimus, quæ dicere necesse est ; quibusque exprimendis dena illa Homeri ora (1), si qua fieri posset, nobis perpetuo opus essent : quis, quæso, est qui nesciat, quod hoc ipso quo tu et eloquentiæ, et virtutis, et dogmatum religionis, et ut semel dicam, pulcherrimarum rerum omnium, caput ac fastigium generi humano apparuisti, et his in rebus summa omnium consensione, primas tibi uni concessas tenes ; simul ob hæc omnia ut super alios omnis celebreris, universos obstrictos tibi debitores habeas, neminem vero, ut pro merito celebreris. Quod si fieri poterat, unius tui oris opus erat. Solus enim tua causa idoneus in hoc certamen athleta descensurus eras. Quanquam nec hac sane de causa illud tui celebrandi deserendum fuerit officium, nec toto desistendum, quod parte illius aliqua deficimur. Contra vero potius quo ad facultas feret large ac liberaliter conferre, ratamque communis pensionis partem repræsentare debemus : quod si tantam, quantam par erat, haud valemus, nihil illud profecto nostra refert, sed tute tibi imputes licet, qui facultatem orationis omnem supervectus, unusque laudatoribus tuis inaccessus es. Quod et ipse quodam loco (2), interrogatiuncula aliqua jam declarasti : « Ecquis, inquiens, nos laudaturus est ? » quasi præsignificans quod futurum erat, omnesque ab hoc incepto deducens. Verumtamen haud facile dixerim honorificentius hoc tibi futurum silentium illo laudandi conatu. Non enim perinde obstupefactura homines decora tua erunt silentio transmissa, atque si et laudare te omnes insistant, et frustra tamen omnibus hi conatus sint. Quod si te vero dignum omnino præconium quæris, cum nullum inquam qui operam suam huc conferat reperies (nemo enim nescit quanto laudibus tuis minor sit ; unde et universi iis penitus absistent), tum et alia qua ratione velut in ænigma quoddam incides, videberisque vir idem admirabilis pariter esse, et non esse : alterum, quod talis reapse es, alterum, quod admiratores laudatoresque nullos habes. Cujus equidem causa, si minus antea usurpatæ hominibus hujuscemodi laudationes fuissent, utique nunc primum instituendas, et ab hoc exemplo originem sumpturas fuisse crediderim.

(1) *Iliad. B.* vers. 489.

(2) Fine *Epitaphii in Basilium*,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

III. Si illud itaque decorum tibi est; nam hoc alterum neutiquam probaveris : est enim necesse, in admiratione hominum te tuaque versari ; quod et proprium hoc virtutis est, cujus primas merito partes ipse fers : et quod universis hominibus, qui nunc sunt, quique postea futuri sunt, in exemplar et typum pulchri omnis et honesti, vitam tuam maxime propositam esse oportet : æquum proinde fuerit, ut laudes tuas justa magnanimitate excipias, ferasque quod te non dignam satis prædicationem auferas. Eo namque mode haud paucos ultro operam collaturos habebis : quippe omneis, quibus nonnihil cum eloquentia usus intercedit, in laudationis tuæ consortium necessario etiam venturos : non equidem quo res tuas ornaltores se facturos sperent, sed ex eisdem claritudinem relaturos. Quale quiddam circa oculorum, ut opinor, usum contingit, qui quod solem contuentur ac suspiciunt, eo nihil illi gloriæ addunt ; verum se potius ipsos ornant, insitam nimirum videndi vim ope solis in actum provehentes. Proinde optimos quosque viros, quamlibet alloqui sui ipsorum præcones ipsi testesque sunt, hoc ipso quod boni probique sunt, omniumque pradicatione digni, laudari tamen ab aliis cernimus, suæque virtutis hanc velut mercedem ferre : quod tu utrumque, singulari quadam prærogativa, a te ipso acceptum habes ; tum quod summe inter omneis admirandus par te es, tum quod facundiæ tuæ fructum ipse percipis, ex eo quod propinquitate tibi conjunctissimos, ut quisque diem suum obiit, funebri allocutione collaudasti, quo non illos magis quam temetipsum cohonestasti. Imo, ut rectius loquar, tum illos laudationibus tuis ornatiores fecisti, tum luculenter ostendisti, cujusmodi esse oporteat, qui te, qui cæteros omnes, laudando ornare se postulet. Quæ igitur tum ad præsens institutum adhiberi oportebat, tum queis potissimum inductus ad dicendum surrexerim, illamque in dicendo offensionem jucundiorem mihi omnino duxerim, quam vacuum periculo silentium, hæc fere sunt : quibus pulchrius quiddam honestiusque haud facile quemquam perspecturum arbitror, eademque ejusmodi, ut rebus ipsis paria ac suffectura credam.

Γ'. Εἰ τοίνυν ἐκεῖνο μὲν ὑπὲρ σοῦ · τοῦτο δ' οὐκ ἂν ἕλοιο · θαυμάζεσθαι γὰρ ἀνάγκη τὰ σά, καὶ ὅτι τοῦτ' ἀρετῆς ἴδιον, ἧς αὐτὸς φέρῃ τὰ πρῶτα, καὶ τοῦ γ' ἕνεκα πᾶσι μάλιστα χρῆναι, τοῖς τε νῦν οὖσι τοῖς τε ἐπιγιγνομένοις, παράδειγμα καὶ τύπον καλοῦ παντὸς προκεῖσθαι τὰ σά · δίκαιος ἂν εἴης μεγαλοψυχίᾳ πρὸς τοὺς ἐπαίνους κεχρῆσθαι, καὶ παραξίαν θαυμαζόμενος φέρειν. Οὕτω γὰρ οὐκ ὀλίγους ἕξεις εἰσφέροντας · πᾶσι γὰρ οἷς μέτεστι λόγων, καὶ τῶν ὑπὲρ σοῦ λόγων ἀνάγκη μετεῖναι · οὐχ ὥστε κοσμεῖν ἔχειν τὰ σά · ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν τούτους κοσμεῖσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν οἶμαι ξυμβαίνει. Οὐδὲ γὰρ οἷς οὗτοι τὸν ἥλιον ὁρῶντες θαυμάζουσι, τούτῳ δόξαν ἐντεῦθεν ἡντινοῦν ἐμποιοῦσιν · ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς μᾶλλον κοσμοῦσιν, ἣν τοῦ ὁρᾶν ἴσχουσι δύναμιν, ταύτην ἐκεῖθεν προάγοντες εἰς ἐνέργειαν. Ἅπαντας μὲν οὖν τοὺς ἀρίστους, εἰ καὶ ἄλλως οὗτοι σφῶν αὐτῶν εἰσιν ἐπαινέται καὶ μάρτυρες, τῷ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ γεγονέναι, καὶ οἷοι παρὰ πᾶσι θαυμάζεσθαι, ἀλλ' οὖν ἐπαινουμένους δῆπουθεν ὑφ' ἑτέρων ὁρῶμεν, καὶ τοῦτον μισθὸν κομιζομένους τῆς ἀρετῆς · σὺ δὲ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος παρὰ σαυτοῦ λαβὼν ἔχεις · τῷ τε μάλιστα πάντων θαυμαστὸς οἴκοθεν εἶναι, τῷ τε τῆς αὐτὸς σαυτοῦ γλώττης μετέχειν, ἐν οἷς τῶν οἰκειοτάτων οὐστινασοῦν ἀπογεγονότας προσεῖπες, οὐ μᾶλλον αὐτοὺς ἢ σαυτὸν ἐντεῦθεν κοσμῶν · μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τάληθὲς εἰπεῖν, ἐκείνους τε τοῖς παρὰ σαυτοῦ λόγοις ἀποφήνας καλλίους, αὐτός τε σαφῶς ἐπιδείξας ὁποίους τινὰς εἶνας χρὴ τοὺς σέ τε καὶ πάντας τοὺς ἄλλους κοσμεῖν αἱρουμένους · οἷς μὲν οὖν πρὸς τὴν παροῦσαν ἰσπουδὴν ἔδει κεχρῆσθαι καὶ ἃ μάλιστ' ἐμαυτὸν πεπεικὼς διανέστην, σιωπῆς ἀκινδύνου τὴν ἐν τῷ λέγειν ἥτταν ἡδίω παντάπασι κρίνας, ταῦτ' ἔστιν ὧν οὐδ' ἂν εἷς, ὥς γε ἐγὼ νομίζω, ξυνίδοι καλλίω καὶ τοῖς πράγμασιν ἀποχρῶντα.

IV. Jam igitur ad ipsam magni viri laudationem manum admoventi, eamque capessere instituenti mihi, haud aliud quidquam ante patriam, quæque illam attingunt, commemorandum videtur, imo vero de illa ante cætera omnino agendum, naturæ artisque oratoriæ vestigia, et æqua utriusque desideria, sequenti. Quippe ad hunc modum dirigi tractarique oportere orationem, cum ars ipsa velut lege sancit, tum et necessitatem suam natura adjungit. Siquidem priores liberis parentes, sunt, patria parentibus, quod ex ea, tanquam fundamento, aut radice subjecta, genera hominum ipsa oriuntur ; omni itaque ex parte optimum, rerumque naturæ convenientissimum est, ut priore loco de patria nostri dicamus, tum deinceps ad parentes veniamus, eisque quod jus fasque est reddamus.

Δ'. Ἤδη δέ με τοῖς ἐπαίνοις προσάγοντα τοῦ μεγάλου, καὶ τούτων ἐπιβαλλόμενον ἅπτεσθαι, οὐδενὸς οἶμαι δεῖν τῶν ἄλλων πρὸ τῆς πατρίδος μεμνῆσθαι, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ἔχοντος, ἀλλὰ καὶ μάλ' αὐτῆς πρὸ τῶν ἄλλων ἐπόμενον φύσει καὶ τέχνῃ, καὶ τῷ παρ' ἀμφοῖν ἀξιοῦντι. τῆς μὲν γάρ ἐστι νόμος οὕτω προάγειν χρῆναι τὸν λόγον, καὶ τοῦτον διαχειρίζειν τὸν τρόπον · ἡ δ' ἄρα φύσις καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς ἀνάγκην προστίθησιν, ἅπερ τῶν μὲν παίδων οἱ πατέρες πρότεροι, τούτων δ' αὖ ἡ πατρὶς, τῷ ταύτης ὥσπερ τινὸς κρηπῖδος ἢ ῥίζης ὑποκειμένης τὰ γένη φύεσθαι · κράτιστον οὖν ἂν εἴη πανταχόθεν καὶ τοῖς πράγμασιν εἶκον, τῆς ἐνεγκούσης πρόσθεν ποιησάμενον λόγον, ἔπειτ' ἐφεξῆς ἐπὶ τοὺς πατέρας χωρεῖν, κἀκείνοις τὸ νικὸς ἀπονέμειν.

V. Jam patria ejusmodi sane est, ut non modo nulla penitus carum rerum, quæ decorare urbes solent, destituatur sed et tanta eorum exsupe-

Ε'. Ἔστι τοίνυν αὕτη τοιαύτη, ὡς μὴ μόνον ἑνὸς μηδενὸς τῶν ὅσα πόλιν οἶδε σεμνύνειν μηδ' ὁπωστιοῦν ἀφεστάναι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοσῆσδε ταῦτ' ἔχειν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

περιουσίας, ὡς καὶ ταῖς διὰ πάντων παραβαλλομένη κρατίσταις εὑρίσκεσθαι πρώτη· οὕτω μὲν γὰρ ἔσχεν ἄειρος, ὡς τῶν μὲν ἁπανταχοῦ πασῶν ἄριστα κεκράσθαι δοκεῖν· πρὸς δὲ μεγίστην καὶ παντοδαπὴν καρπῶν τε καὶ ζώων ἐρρῶσθαι φορὰν, ἑκάστων τῆς γῆς τῶν μερῶν πλεῖστα καὶ κάλλιστα τὰ παρ' ἑαυτοῖς χορηγούντων, καὶ οἷα μὴ τοῖς ἐνοικοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι προσοίκοις τε καὶ τοῖς πόρρω παρελαύνειν τὴν χρείαν· οὕτω δ' αὖ ὡρῶν συμμετρίας, καὶ τοῦ κατ' αὐτὰς εὐδοκίμου, ὡς ἃ παρ' ἑκάσταις κρόσεστι δυσχερῆ, τούτων ἁπάντων τὸν ἀεὶ χρόνον ἐξίσης ἀφεστηκυῖα, μόνων τῶν ἀγαθῶν ἐκ περιουσίας μετέχειν, ὥσπερ ἐξεπίτηδες τὸ μὲν καθάπαξ λυσιτελὲς αἱρουμένη, τὰ δ' ἄλλα χαίρειν ἐῶσα. Τοσούτοις δὲ καὶ τηλικούτοις ἀγαθοῖς ἡ Καππαδοκῶν κοσμουμένη, καὶ οὕτω κομῶσα, ὡς καὶ τοὺς πᾶσι τοῖς καλοῖς οὐκ οἶδ' ὅπως ἀξιοῦντας βασκαίνειν, καὶ τὸ κακῶς λέγειν τέχνην ὡς εἰπεῖν ποιουμένους, θαυμαστούς τινας ἄγαν ἐπαινέτας κακτῆσθαι, καὶ τῷ μηδὲν ὅλως ἀντειπεῖν ἔχειν, τιμῶντας αὐτὴν τὰ γιγνόμενα, τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν ἐπ' εὐσεβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ καὶ λόγοις, ἔτι τε τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας ἀγῶσι, καὶ πᾶσιν οἷς ἄν τις φήσαι βελτίστοις θαυμαζομένων πεπλούτηκεν, ὡς μήτε ταύτην ἑτέρων ἢ τούτων χρῆναι μητέρα καὶ τροφὴν γεγενῆσθαι, μήτ' αὐτοὺς τούτους ἐξ ἄλλης ἡστινοσοῦν ἢ ταυτησὶ προελθεῖν, ἀλλ' ἐπ' ἄμφω τὸ εἰκὸς ἀπαντῆσαι, καὶ τὴν ἁρμονίαν ταυτησὶ τῆς κιθάρας, ἐντελῆ καταστῆναι, καὶ διὰ πασῶν, ὡς εἰπεῖν, ὧν πρῶτος καὶ μέσος καὶ τελευταῖος, ὁ νῦν εὐφημούμενος· τὸ μὲν, ὅτι πρὸς μηδέν τι τοιοῦτον παράδειγμα βλέπων, οὕτω διὰ πάντων ἐξέλαμψε· τὸ δ' ὅτι μετὰ πολλοὺς τινας ἑτέρους καλοὺς κἀγαθοὺς, μόνος οὗτος ἀνεφάνη τοιοῦτος.

rantia præstet, ut eum florentissimis quibusque, quacunque in re collata, jure ipsa primas ferat. Nempe et aeris ea natura est, ut omnium quæ usquam sunt urbium, temperatissima facile sit, et ad uberrimum omnis generis frugum animaliumque proventum instructissima; singulis illius partibus, quæ in qualibet nascuntur, tum plurima, tum præstantissima, suppeditantibus, nec incolarum modo, sed finitimorum item et longinquorum omnium necessitates satis superque expletura. Adhæc ita partium anni congruentia, et quidquid in iis maxime commendatur, comparata sunt, ut ab incommodis cujusque partis omnibus perpetuo æqualiter remota, solis commodis, et his cumulatissimis, perfruatur : velut consulto, quod solidam utilitatem habet adsciscens, cæteris repudiatis. Tot vero tantisque naturæ bonis ornata Cappadocia, adeoque florens, ut qui pulchris rebus omnibus haud scio qua ratione invidere student, et maledicendi libidinem artem quodammodo suam fecere, hos mirificos certe sui laudatores habeat : quippe qui dum nihil habent quod obloquantur, meritis ipsam laudibus honorant, tanta eadem præsantissimorum virorum, pietate, Christiana philosophia, litterarum studiis, obitisque item pro veritate certaminibus atque optimis quibusque, quæ a quopiam nominari queunt, ornamentis, maxime illustrium, ditata copia fuit, ut neque illa aliorum, quam horumce parens altrixque esse debuerit, neque hi ipsi aliunde, quam ex illa prodire, atque utrisque quod æquum erat evenire eoque modo citharæ hujus concentum, per omnes, quod dicitur, fides plene absolvi. Quorum virorum primus idem, et medius, et postremus hic ipse, cujus nunc laudes celebramus, merito est : partim quod tametsi nullum ille tale tantumque exemplar intueretur, ita in omnibus tamen emicuerit : partim quod post tot præclaræ virtutis homines, solus ille talis tantusque evaserit.

ς'. Ἀλλὰ μὲν καὶ ὅτι μηδένα πω τῶν πάντων τοιοῦτον γενόμενον ἴσμεν, δεδόσθω δὲ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, μηδ' εἰς ἔπειτ' ἐσόμενον, τὸν τελευταῖον ὅρον τῆς περὶ πᾶσαν ἀρετὴν εὐκληρίας εἰλήφει· ἧς οὐ μικρόν ἐστι μέρος ἡ θαυμαστὴ τῶν τεκόντων ἐπιτυχία καὶ τὸ λαμπρούς τινας ἄγαν αὐτῷ τῆς ἐς τὸν βίον προόδου τοὺς αἰτίους γενέσθαι· εἰ γὰρ καὶ μείζων αὐτῶν ἀνεφάνη τοῖς ὅλοις, ἀλλ' οἷς τὰ σπέρματα ταυτησὶ τῆς πλεονεξίας ἐκεῖθεν λαβὼν, εἰς ἑκατὸν κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν ἐξήνεγκε σπόρον, κοινωνοὺς ἴσχει κἀκείνους τῆς νίκης, καὶ ξυναγωνιστὰς τοῦ κρατεῖν. Τό τε γὰρ κατ' αὐτὸν τοῦτον « τὰ τῶν παίδων τῷ πατρὶ λογίζεσθαι, τῶν ἐννομωτάτων τε καὶ δικαιοτάτων, » χωρὶς τε τούτου « αἴτιον εἶναι τῶν φύντων, τὸν τὸ σπέρμα παρασχόντα » φασὶν οἱ σοφοί· ὥστε τούτου κρατοῦντος, κἀκείνους ἐξ ἀνάγκης κρατεῖν· καὶ τὸ μέγιστον, οὐχ ὅσον τῶν ἄλλων πατέρων, ἀλλὰ καὶ σφῶν αὐτῶν ἐν τούτῳ τῷ μέρει.

VI. Sed et neminem mortalium omnium aut adhuc talem tantumque fuisse, aut, sed detur, quæso, mihi plena eloquendi libertas, in posterum futurum, scimus, quoniam ultimam in omni virtute felicitatis metam ipse attigit. Cujus non minima sane pars mirifica illius circa parentes prosperitas est, et quod tam illustres sui in vitam ingressus auctores habuit. Quibus quanquam per omnia major ipse erat, quoniam tamen prætantiæ hujus accepta a parentibus semina, ad sementis evangelicæ modum, *cum centesimo fœnore* [1] reddidit, partæ illos victoriæ socios habet, ut pariendæ adjutores habuit. Nam et ex ipsius sententia (1), « æquissimum justissimumque est parti liberorum attribuere virtutes, » et præter ipsum, « enatæ segetis auctorem esse, qui semen præbuit, » adfirmant sapientes (2). Eo itaque vincente, simul et parentes vincere necesse est. Et quod caput est, non alios duntaxat vincere parentes, sed hac in parte etiam semetipsos.

[1] **Matth. XIII, 8 ; Marc. IV, 8 ; Luc. VIII, 8.**

(1) *De Machabeis*, I, 399.

(2) Demosth. *Coron.* LII.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

VII. Quippe et propria ipsorum virtus clara adeo ac illustris fuit, ut splendidissimum a filio elogium tulerit; nec enim parte quadam morum optimorum instructi erant, parte alia non item; nec hac parte plus, illa minus, sed omnia simul et eximie complexi, summo adhibebantur opere, ne qua virtutum particula deficerentur: et qui tales jam per se erant, ea haud paulo gloriosius fuit, qui hujus tanti filii parentes fierent dignos Deo visos. Quamobrem istuc? Quoniam illa quidem certe ratione pares sibi nonnullos, virtutisque æqualitate haud facile cessuros, nec illos tamen admodum multos, habituri; de hac ipsa omnium hominum neminem in certamen admittunt. Unde, si fas est dicere, Gregorius et Nonna, par conjugum beatissimum, et una cum filio sanctissimam Trinitatem ordine et forma quodammodo referens, probitatis ne suæ pretium dicam nescio, an certum exceptura ipsos olim beatitudinis pignus, an utrumque potius, divinum hunc filium, a Deo, qui quanti et ipsos et illum faceret hoc modo monstrabat, accepisse mihi videntur.

Ζ'. Τῆς γὰρ προσούσης ἀρετῆς οὕτω λαμπρᾶς τινος καὶ περιφανοῦς γεγονυίας, ὡς καὶ παρὰ τοῦ παιδὸς ἐπιεικῶς προσειρῆσθαι· οὐ γὰρ τὸ μὲν· αὐτοῖς προσῆν τῶν καλῶν, τὸ δ' οὔ· οὐδὲ τὸ μὲν μᾶλλον, τὸδ' ἧττον· ἀλλὰ πάνθ' ὁμοῦ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς συνειλήφεσαν, ὥσπερ φιλονεικοῦντες μηδενὸς τῶν ἀγαθῶν ἐλλελεῖφθαι· τοιούτοις τοίνυν αὐτοῖς οὖσι, μεῖζον εἰς δόξαν τὸ τούτου πατέρας ἠξιῶσθαι γενέσθαι· διατί; Ὅτι ἐκείνως μὲν ἄν, εἰ καὶ μὴ πολλοὺς, ἀλλ' οὖν παραπλησίους ὁή νινας σχοῖεν καὶ τῶν ἴσων ἀμφισβητοῦντας· οὕτω δὲ οὐδ' ὁντινοῦν τῶν ἁπάντων. Ὥστ' εἰ καὶ τοῦτ' εἰπεῖν δεῖ, δοκοῦσί μοι Γρηγόριός τε καὶ Νόννα, ἡ μακαρία δυὰς, καὶ τῇ Τριάδι μετὰ τοῦ παιδὸς σύσσιχός τε καὶ σύμμορφος, οὐκ οἶδ' εἴτε γέρας καλοκἀγαθίας, εἴτε σύμβολον ἐναργὲς, τῆς εἰσέπειτ' αὐτοὺς ἐκδεξομένης μακαριότητός, εἴτε καὶ ἄμφω ταυτὶ τὸν θαυμαστὸν τουτονὶ κεκομίσθαι θεόθεν, ὅσου τινὸς αὐτούς τε καὶ τοῦτον ἄγει δεικνύντος.

VIII. Quando enim et filium longe et optimum eminentissimumque futurum, ne quid illi ad omnigenam felicitatem deesset, similes item nancisci oportuit parentes, et pari ratione parentes ipsos, ob summam vitæ sanctimoniam, spectatamque in omnibus probitatem, claros in primis ac beatos, omniumque Deo charissimos, admirabili quadam ipsisque simillima dignari prole, ita convenienter prorsus utrinque accidit, alterique ab alteris quod par est accipiunt, debitumque ordinem capiunt. Nam propria quisque sua mutuo tradentes, invicemque recipientes, sic conveniunt penitus, ut junctim ubique commemorentur audianturque, et sint, quod dicitur, « terque quaterque beati. » Quapropter cum publice ac privatim tum separatim singuli, itemque inter se comparati, admirabiles profecto sunt, maximisque dignissimi laudibus: qui non essent tane tales, nisi tales essent; sunt autem tales, quoniam tales sunt.

Η'. Ἐπειδὴ γὰρ ἔδει τὸν μὲν, οἷς ἄριστος ἔμελλεν ἔσεσθαι καὶ πάνυ τοι προὔχων παραπλησίων τυχεῖν καὶ πατέρων, ὡς ἂν αὐτῷ πανταχόθεν εἴη τὸ εὐδαιμον, ἔδει δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ σφᾶς διὰ τὴν τοῦ βίου φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἐς πάντα χρηστότητα, λαμπρούς τινας ἄγαν καὶ ζηλωτοὺς γεγονότας, καὶ μάλιστα πάντων θεοφιλεῖς, θαυμαστῆς τινος ἠξιῶσθαι καὶ τῆς γονῆς, καὶ μάλ' αὐτοῖς ἐοικυίας· ἄμφω γίνεται καταλλήλως· καὶ παρ' ἑκατέρων ἑκάτεροι δέχονται τὸ εἰκός. Καὶ τὴν γιγνομένην λαμβάνουσι τάξιν· τὰ γὰρ δὴ σφέτερ' αὐτῶν ἀλλήλοις ἀντιδιδόντες, καὶ παρ' ἀλλήλων ἀντιλαμβάνοντες, οὕτω καθάπαξ συμβαίνουσιν, ὡς συλλαλεῖσθαι καὶ συνακούεσθαι, « τρισμάκαρες ὄντες » ὡς εἰπεῖν καὶ τετράκις· ἀνθ' ὧν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ καὶ καθ' αὑτοὺς ἀμέλει καὶ πρὸς ἀλλήλους, θαυμαστῶς εἰσιν ἔχοντες, καὶ μεγίστων ἀξιόχρεῳ τῶν ἐπαίνων, οὐκ ἄν, ὄντες τοιοῦτοι μὴ τοιοῦτοί γε ὄντες· τοιοῦτο δὲ ὄντες, ἅτ' ὄντες τοιοῦτοι.

IX. Huc et illiud adjungendum: minime quidem ad injuriam parentis magni Gregorii, ut suspicari quisquam fortasse possit, pertinens; verum partæ hominis gloriæ maximum potius cumulum adjiciens, magnæque cujusdam virtutis testimonium perhibens. Quanquam enim pristinis suis circa sacra opinionibus Deo adversari visus erat, per ea tamen quæ operibus ipsis spectanda exhibuit, quodammodo cum illo facere sentiebatur: et cum alia omnia animo sentiret, rebus ipsis arcanam nostræ religionis significationem dare videbatur, ita ut nihilo secius actionum suarum affectione noster esset, quam cultu sacrorum alienus. Qui enim præoccupatum Hypsistariorum hæresi animum gerebat, quam luem tanquam partem aliquam paternæ hæreditatis creverat; postea, o admiranda Dei judicia, « qui facit omnia transformatque [1], » solo ar-

Θ'. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνο προσθεῖναί δεῖ· οὐκ εἰς ὄνειδος, ὡς ἄν τις εἰκάσαι, φέρον τῷ τοῦ μεγάλου πατρὶ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ξυναιρόμενον παὸς ἦν κέκτηται δόξαν, καὶ τὰ μεγάλ' αὐτῷ μαρτοροῦν· ὃς εἰ καὶ δι' ὧν πρόσθεν ἐνόμιζεν ἀντιπράττειν ἐδόκει Θεῷ, ἀλλὰ δι' ὧν ἐπεδείκνυ τοῖς ἔργοις συμπράττων πως αὐτῷ ἐωρᾶτο· καὶ τἀναντία φρονῶν τοῖς ἔργοις τὸ καθ' ἡμᾶς ὑποσημαίνειν ἐδόκει· οὐχ ἧττον ἀπὸ τοῦ διακειμένου τῶν ἔργων ἡμέτερος ὤν, ἢ διὰ τὸ σέβας ἀλλότριος· τὸ γὰρ προκπτειλῆφθαι μὲν τῇ τῶν Ὑψισταρίων αἱρέσει· καὶ ταύτην ὥσπερ ἄλλον τινὰ κλῆρον πατρῷων διαδεδέχθαι τὴν νόσον, ἔπειτ', ὦ Θεοῦ κριμάτων! « τοῦ πάντα ποιοῦντος καὶ μετασκευάζοντος » μόνῳ τῷ βούλεσθαι, τῆς μὲν ὡς πονηροτάτης κατεγνωκέναι τε καὶ μισῆσαι· καὶ μὴ μόνον αὐτὸ τοῦτο χαίρειν ἐάσαι, ἀλλὰ καὶ τῆς μνήμης παντάπασιν ἐξελεῖν, καὶ μηδ' ὁντινοῦν ἔτ' αὖ-

[1] Amos. v, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς ἔννοιαν σχεῖν · οὕτω δὲ γνησίως καὶ μετὰ τοσ- A
αύτης εἰλικρινείας, ὥσπερ ἐκ δυοῖν ποδοῖν τὸ τοῦ
λόγου τῷ Χριστῷ προσχωρῆσαι, ὡς καὶ τῆς εὐσε-
βείας καὶ τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων, ἧς ἐρρωμε-
νέστατα πάντων ἀντεποιεῖτο · καὶ θαυμαστὸς ἦγ
ἀθλητὴς τῶν τοιούτων, μισθὸν ὡσπερεὶ κεκομίσθαι,
τὴν τῶν λογικῶν τοῦ Χριστοῦ θρεμμάτων ποιμαντι-
κὴν προστασίαν, καὶ ὧν τέως ἠγνόει, τούτων ἔπειτ'
αὐτὸν διδάσκαλον, τοῖς ἄλλοις καὶ παιδευτὴν κατα-
στῆναι. Διὰ δὴ τούτων ἁπάντων, ἔδειξεν ἐναργῶς ὡς
οὐ κακουργῶν καὶ πονηρευόμενος, οὐδ' ὡς ἂν τινες
φιλονεικίᾳ καὶ σκαιότητι γνώμης, τὸ ψεῦδος τάλη-
θοῦς προτιμῶν, δυσσεβῶν ἐγνωρίζετο · ἀλλ' ὧν δεῖ
φρονεῖν ἐπιστήμην οὐκ ἔχων, οὐδ' ἃ διώκειν ἐγνώκει
ταῦθ' ὅπως φεύξεται ξυνοράων.

bitrio suo; ita hanc ipsam ut pestilentissimam perosum damnavisse, nec reliquisse modo, verum penitus etiam de memoria revulisse, de illaque haud ullam amplius suscepisse cogitationem : tum vero e contrario fide adeo integra ac sincera, velut utroque pede, quod proverbio dicitur, ad Christum sese contulisse, ut pietatis suæ, veræque pietatis doctrinæ, quam acerrimo complexus studio, sacrorum illius in di retulerit pastoralem præfecturam rationalium Christi ovium, eorumque, quæ ipse antea nescierat, magister aliis doctorque evaserit, Quibus universis sanequam manifestum fecit, non ulla se perversitate, malaque malitia peccando, nec libidine altercandi animique prævitate, more quorumdam, vero falsum præferendo, voluntaria impietate insignem fuisse : verum rectioris sententiæ ignarum haud perspicere potuisse fugienda esse, quæ ipse sibi sectanda proposuerat.

Ι'. Ταῦτ' ἄρα καὶ πρὶν τὴν θαυμαστὴν ταύτην ἀλ- B
λοίωσιν ἠλλοιῶσθαι καὶ πρὸς τὰ βελτίω μεταβαλεῖν,
τοῦ καθ' ἡμᾶς ὡς εἰπεῖν ἦν συνεδρίου · οὐδενὸς γοῦν
τῶν θείων ἐπιταγμάτων, τὸ γοῦν εἰς αὐτὸν ἦκον
ὑπερεώρα, ἀλλὰ πᾶσιν ἁπλῶς ἐπέβαλε χεῖρα, καὶ
τὴν ψυχὴν εἶχε μεστὴν ἀρετῶν, καὶ οἷον εὖ παρ-
εσκευασμένην πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν καὶ
τῶν ὀρθῶν δογμάτων ὑποδοχήν, εἰς ἣν καὶ προ-
κλήθη, παρὰ τοῦ « πλάσαντος καταμόνας τὰς καρδίας
ἡμῶν καὶ συνιέντος εἰς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν, » ἐμοὶ
δοκεῖν οὐκ ἀνεχομένου, μήτ' αὐτὸν τοιοῦτον ὄντα,
καὶ οὕτως ἔχοντα γνώμης ἐγκαταλιπεῖν, καὶ μὴ
παρ' ἑαυτοῦ τοῦτον ἐντελῆ καταστῆσαι τοῖς ὅλοις,
καὶ οἷον ἐχρῆν, μήτ' αὖ παριδεῖν τὴν ἰδίαν κληρονο-
μίαν ἀνδρὸς ἐπιπολὺ στερομένην τοιούτου, ἀλλὰ τὸν
πάλαι προσήκοντα κόσμον αὐτῇ κεχαρίσθαι, καὶ C
τιμῆσαι τὴν μὲν τῇ τοῦδε προσθήκῃ, τὸν δὲ τῷ
προσαγαγέσθαι καὶ προσλαβεῖν καὶ φίλον καὶ ἀδελ-
φὸν καὶ οἰκεῖον, καὶ τὸ μέγιστον, συγκληρονόμον
καὶ τὰ τοιαῦτα εἰργάσθαι.

X. Per hæc itaque omnia, etiam priusquam mirabili illa mutatione mutatus, et ad meliora traductus esset, nostri jam, ut ita dicam, Synedrii erat. Itaque nullum ille divinorum præceptorum, quantum poterat, prætermittere, verum omnibus simpliciter manum admovere, animumque virtutibus refertum, et bene quasi præparatum ad veritatis intelligentiam, rectorumque dogmatum susceptionem afferre. Ad quam etiam vocatus ab illo est, « qui finxit sigillatim corda nostra qui animadvertit ad omnia opera nostra[3]. » Quippe qui, ut mihi videtur, pati haudquaquam poterat, ut ejusmodi virum itaque animatum, in cœno suo relinqueret, ac non potuis sua ipsius ope illum omni ex parte perfectum, et qualem esse decebat, efficeret : neque rursus dissimulanter ferre, ut diu tali viro orba hæreditas sua maneret; debitum itaque jamdudum Ecclesiæ mundum largitus, tum illam viri hujus accessione honestabat; tum ipsum eo quod inter suos allectum cooptatumque, amicum, fratrem, familiarem, et quod maximum est, cohæredem suum, aliaque id genus. Ecclesia faceret.

ΙΑ'. Τοιοῦτος μὲν δὴ τοκαταρχὰς Γρηγόριος ὤν, D
τοιοῦτος ἡμῖν ἔπειθ' ὑπῆρξεν, ὥσθ' ἕνεκα λόγων
ἱερῶν, καὶ τῶν ἐν τούτοις νομίμων · καὶ τοῦ, τί
μὲν Ἐκκλησίας θεσμός, τί δὲ ψυχῶν προβεβλῆσθαι ·
καὶ ὅλως τίσι, καὶ ὅτε · καὶ τίνων δεῖ τῶν φαρμά-
κων · καὶ πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν τοιούτων, ἵνα μὴ
καθέκαστον λέγω, μηδενὶ τῶν ἁπάντων, ὑπερβολὴν
λελοιπέναι. Νόννης δὲ πέρι τῆς πάντα καλῆς καὶ
γενναίας τοσοῦτον ἔχομεν λέγειν, ὅτιπερ ἐν τοῖς
τῆς εὐσεβείας ἀκηράτοις λειμῶσι καὶ φῦσα καὶ
τραφεῖσα καὶ αὐξηθεῖσα, οὐ τούτοις μόνοις δεῖν μέ-
νειν ᾤήθη, οὐδ' ἐφ' οἷς ἔλαβε στῆναι · οὐδὲ τὸ καλεῖ-
σθαι μόνον ἀπὸ Χριστοῦ καὶ πρὸς τὴν πίστιν ἐρρῶ-
σθαι κέκρικεν ἀποχρῶν, ἀλλ' εἰ μὴ μετὰ πολλοῦ τοῦ
περιόντος, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς αὔτη προσθείη · καὶ
οἷον εἶναι χρὴ κἀν τοῖς ἔργοις, τὸν ἐκεῖθεν προσει-
ρημένον παρασκευάσειεν ἑαυτήν, μικρὸν ἔχειν ἢ
οὐδὲν ἡγουμένη, σώματος μὲν καὶ τῶν τοῦ σώματος

XI. Verumenim vero qui illiusmodi olim fuerat Gregorius, postea hujusmodi nobis fuit, ut sacrarum Litterarum, et quæ in iis habentur sanctionum, intellectu, tum quid Ecclesiæ decreta valerent, quid suscepta animarum tutela ac propugnatio exigeret, et summatim, quibus, quove tempore, et quænam danda essent medicamenta; rerumque hujus generis omnium respectu, ut ne sigillatim de iis agam, nihil cuiquam ad summam excellentiam reliqui fecerit. De Nonna vero, matrona optima et generosissima, hoc dicere habemus, quod in integerrimis pietatis viridariis et nata, et educata, et adulta, neutiquam in iis solis manendum sibi duxit, aut ad ea quæ aliunde acceperat consistendum : neque ab solidum fidei robur satis valere existimabat sumpti duntaxat de Christo cognomenti consortium. Quippe nisi luculenta accessione quidquid posset boni, ipsa præterea accumulasset, ad eumque se

[3] Psal. xxxiii, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

composuisset modum, quem opere ipso exhibere oporteat appellationis istius participes, parum profecto aut nihil adhuc consecutam sese rata : corpus suum, omnesque corporis veneres et gratias aspernabatur, ut nullo iis habenda loco, qui vitam aspectabilia omnia supergressam, sequerentur : unam vero quæ animo cernitur, respiciens pulchritudinem, omnibusque momentis anhelans, compluribus cujusque generis virtutibus animam exornabat : eaque omnia agere instituit, queis tum pulchritudinem istam inveniret, tum laudem insuper eximiam consequeretur. Atque illam quidem certe invenit, nec minus admirationis, quam vir ipse, retulit. Nimirum quoniam ut corporum, ita mutuam virtutum communionem exercebant, quæ sola vere admirabilis quædam communio est, officiique sui religionem tuetur : et invicem sibi capitis instar erant, ille ex Pauli præcepto[4], ut maritus, hæc ut marito dux ac magistra pietatis, et ad Christum perductrix. Hinc fiebat, ut omnibus in rebus fortunatissimi omnibus esse viderentur ; conjuges videlicet excellenti adeo pietate, ea morum probitate, ea vitæ propositique sanctitate, unoque verbo, re qualibet laudabili, insignes. Perinde itaque illos quisque iuuebatur, ut spirantes quasdam columnas, tum exactæ rerum divinarum notitiæ, tum rectissimæ vitæ, et ad sanctioris disciplinæ virtutisque numeros agendæ.

A ὑπερεώρα χαρίτων, ὡς οὐδὲν ὄντων τῶν τοιούτων τοῖς ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα ζῶσι · πρὸς δὲ μόνον τὸ νοητὸν ἀφορῶσα κάλλος, καὶ τοῦθ' ὅσαι ὥραι ποθοῦσα, πολλαῖς καὶ παντοδαπαῖς ἀρετῆς ἰδέαις τὴν ψυχὴν κατεκόσμει καὶ πάντα πράττειν ἠξίου. Δι' ὧν τοῦτ' ἔστιν εὑρεῖν, καὶ τὸ θαυμάζεσθαι προσλαβεῖν · καὶ μέντοι καὶ εὗρε · καὶ προστεθαύμασται τοῦ ἀνδρὸς οὐδὲν ἧττον · ἀλλ' ὥσπερ σωμάτων, οὕτω καὶ ἀρετῆς κοινωνοῦντες ἀλλήλοις, τὴν μόνην ὡς ἀληθῶς θαυμαστὴν κοινωνίαν καὶ τὰ γιγνόμενα σώζουσαν · καὶ κεφαλῆς λόγον ἀλλήλοις ἐπέχοντες, ὁ μὲν κατὰ τὴν Παύλου φωνὴν ὡς ἀνήρ · ἡδ' ὡς εὐσεβείας ἐκείνῳ καθηγεμῶν καὶ διδάσκαλος καὶ πρὸς Χριστὸν ἀγωγὸς, ζηλωτοὶ διὰ πάντων ἅπασιν ἦσαν · οὕτω μὲν εὐσεβείας, οὕτω δὲ χρηστῶν ἐχόντες τρόπων, καὶ βίου καὶ προαιρέσεως, καὶ ξυνόλως εἰπεῖν, παντὸς B τοῦ φέροντος ἔπαινον. Πρὸς γοῦν αὐτοὺς πάντες ἐώρων, ὥσπερ τινὰς στήλας ἐμψύχους οὐκ ἀκριβοῦς μόνον θεογνωσίας, ἀλλὰ καὶ τοῦ βίου εὖ μάλα καὶ κατ' ἀρετὴν πολιτεύειν.

XII. Atque hujusmodi sane vita moribusque par hocce conjugum fuit : cæterum « *si de fructu suo arbor noscitatur,* » quemadmodum divino proditum oraculo est[5], nec fallax hoc nativæ illius indolis, bonæ an malæ, indicium est ; etiam hoc modo illorum inculenter patescit præstantia, queis enim perse, etiam sejuncto filio, tantum virtutis superat, ut et sibi ipsis et mutuo alter alteri, satis ornamenti præstent, quosnam hos tandem accedente filio existimare conveniat ? quippe qui, etiamsi sua ipsorum causa nihil magnopere quo sibi placerent fuisset, de solo tamen filio haud injuria gloriari poterant ; ubi et filio hoc convenit decus, et eo decore suam illi cumulatum eunt gloriam, quomodo non undique exsplendescunt ? Et hoc eo magis, quod ex filio gloriam habere, quanquam non tantam, nonnullis illud tamen contigit, verum laudatorem etiam filium habere, nullis inquam post hominum memoriam, si hos excipias, illud gloriæ incrementum contigisse scimus. Optimo sane jure ; nam qui talem soli procreavere filium, hos solos talem a filio educationis mercedem referre æquum fuit : quasi si peculiarem rerum omnium novitatem fata ipsis destinavissent, et majora, quam quorum ulla exstarent exempla, ipsos experiri voluissent : cujusmodi et hoc est, planeque ejusdem, quod aiunt, gymnasii, non idem videlicet huic nostro quod aliis, nascendi initium fuisse, nec assueto naturæ ordine, sed ex singulari providentia divina, sanctique Spiritus prædictionibus, prout mox patebit.

IB'. Οὗτοι μὲν δὴ, τοιοῦτοι καὶ οὕτως ἔχοντες · εἰ δὲ καὶ τὸ δένδρον ἐκ τοῦ καρποῦ γίγνεται δῆλον, κατὰ τὸν θεῖον χρησμὸν, καὶ τῆς ὁποτερασοῦν ἕξεως ἐκείνου, τοῦτ' ἀπόδειξις ἐναργὴς, καὶ οὕτω τὸ κατ' αὐτοὺς δείκνυται προῦχον · οἷς γὰρ καὶ τοῦ παιδὸς ἄνευ ἀρετῆς τοσοῦτον περίεστιν, ὡς καὶ σφίσιν αὐ- C τοῖς καὶ ἀλλήλοις εἰς κόσμον ἀρκεῖν, τίνας ποτ' ἄρα τουτουσὶ νομιστέον, προσλαβόντας τὸν παῖδα ; ὅπου γὰρ εἰ καὶ μὴ παρ' ἑαυτῶν μέγα φρονεῖν εἶχον, ἐξ ἄρα μόνου τοῦ παιδὸς ἐπὶ τοῦτ' ἂν ἦκον δικαίως, ὅταν ἐκείνῳ καὶ τοῦτο προσῇ, καὶ μετὰ τῆς σφετέρας αὐτῶν καὶ τὴν ἐκεῖθεν προσλαμβάνουσι δόξαν, πῶς οὐ διὰ πάντων ἐκλάμπουσι ; καὶ τοσουτῳ μᾶλλον ὅσῳ τὸ μὲν διὰ τὸν παῖδα θαυμάζεσθαι, εἰ καὶ μὴ τοσοῦτον, ἀλλ' ἔστιν οἷς ξυνηνέχθη · τὸ δὲ καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν θαυμάζοντα ἔχειν, οὐδέσιν ἄλλοις τῶν ἐκ παντὸς αἰῶνος ταυτηνὶ τὴν προσθήκην, ὅτι- μὴ τοότοις ἐνυπάρχουσαν ἴσμεν · καὶ μάλα εἰκότως · τοὺς γὰρ δὴ μόνους τοιοῦτον προενεγκόντας, μόνους ἔδει καὶ τοιαῦτα παρ' αὐτοῦ κεκομίσθαι τροφεῖα · ὥσπερ τῆς καινότητος διαπάντων αὐτοῖς συγκεκλη- D ρωμένης · καὶ τοῦ μειζόνων, ἢ παράδειγμα δέχεσθαι τῶν πραγμάτων πειρᾶσθαι · ὁποῖον δή τι κἀκεῖνο βαί τοῦ αὐτοῦ φασι γυμνασίου, τὸ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως τούτῳ μὴ τὴν αὐτὴν τοῖς ἄλλοις γενέσθαι · μὴ δὲ κατὰ τὸ κρατοῦν ἔθος τῇ φύσει, ἀλλ' ἐξ ἄρα θείας ἐπιφροσύνης, καὶ τῶν τοῦ Πνεύματος θεσπισμάτων · δηλώσει δ' ὁ λόγος.

XIII. Postquam enim longo jam tempore masculæ prolis cupiditas parentes tenuerat, illiusque tam ardenti flagrabant desiderio, ut non modo (1) hanc

IΓ'. Ὡς γὰρ παιδὸς ἄῤῥενος ἐπιθυμοῦντες ἦσαν ἐκ πλείστου, καὶ οὕτω μανικός τις αὐτοὺς ἔρως κατεῖχε ταυτησὶ τῆς γονῆς, ὡς μὴ ὅτι στέγειν [nam.

[4] Cor. XI, 3 ; Ephes. V, 23. [5] Matth. XII, 33 ; Luc. VI, 44.

(1) An, *non contenti bonis suis essent?*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

στέργειν?] ἔτ' ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ μηδενὸς πάντα τἄλλ' ἀξιοῦν, μὴ καὶ τούτου προσόντος, τί γίγνεται; Ὃ πρῶτον καὶ μόνον, καὶ μάλιστα πάντων ἐχρῆν. Ἐπὶ τὴν μεγάλην καὶ θαυμαστὴν καταφεύγουσι πρυτανείαν, καὶ τὸν δυνάμενον ταῦτα πορίζειν Θεόν· καὶ οὕτω θερμῶς τοῦτ' ἄγαν καὶ μετ' ἀγαθῶν τῶν ἐλπίδων αἰτοῦνται, ὡς μὴ μόνον πάντως ἕξειν πιστεύειν τὸ σπουδαζόμενον, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἢ λαβεῖν, ἀναθήσειν τοῦθ' ὑποσχέσθαι· καὶ προκαταλαβέσθαι τὴν δόσιν· ἐλπίσιν ὡς ἄν τις εἴπῃ φωναῖς ταῖς τοῦ Πνεύματος· εὖ γὰρ ἤδεσαν διά τε τὴν τῆς ἀρετῆς οἰκειότητα καὶ τὸ τυγχάνειν ἀεὶ τῶν εὐχῶν, ὡς καὶ τοῦτο μειζόνως ἢ βούλονται λήψονται. Οὔκουν οὐδ' ἐψεύσαντο τῶν ἐλπίδων· ἀλλὰ καὶ προσυπερβαλέσθαι τοῖς πράγμασιν ἔσχον· χρηματίζεται γοῦν ἡ μήτηρ νυκτὸς ὀι' ἀγγέλου τὸν παῖδα, ὁποῖος ἔσται δηλοῦντος· καὶ ὅτι τοσοῦτον αὐτῷ τῆς χάριτος περιέσται, ὡς μὴ μόνον πράξει καὶ θεωρίᾳ, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς τῆς ἀρετῆς εἴδεσι τῶν ἄλλων ὑπερσχεῖν δεδυνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν λόγων ῥώμῃ τῇ τε ἄλλῃ, καὶ τῷ περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων μετὰ Θεοῦ καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐπιπνοίας φιλοσοφεῖν ἔχειν ἀξίως, ὀλίγοις καταλιπεῖν ἐγγὺς ἐλθεῖν ἑαυτοῦ. Ἀμφω δὲ ταῦτα δι' ἀμφοῖν βεβαιοῦνται· διὰ μὲν τοῦ τοιούτων χρησμῶν ἠξιῶσθαι, ἡ τῶν πατέρων κατ' ἀρετὴν εὐδοκίμησις· τὸ δ' ἀξίωμα τοῦ παιδὸς, διὰ τοῦ τοῦτον αὐτοῖς οὕτω δεδόσθαι· ὑ μὲρ γὰρ εἰ μὴ θαυμαστός τις ἔμελλεν ἔσεσθαι, οὐκ ἂν τοιαύτην γένεσιν ἔσχεν· οἱ δ' οὐκ ἂν οὕτω μεγαλοπρεπῶς εἰσηκούσθησαν, μὴ τὴν ἀπὸ τῶν τρόπων ἔχοντες συμμαχίαν.

A desiderii sui igniculum ferre diutius nequirent, sed reliqua sua omnia ne pili facerent, tantisper dum hoc unum deesset; quid tandem fit? Nimirum quod primum, et unice, et maxime omnium fieri oportebat, ad summam et divinam rerum gubernatricem potestatem, Deum videlicet, qui rem expedire ipoterat, confugiunt fervidisque adeo precibus et bona spe hoc orant, ut non modo fide indubia, quod cupiebant, adepturos sese crederent; sed et priusquam accepissent, Deo illud se totum dicaturos voverent: speque ita certa hoc donum prædicerent, velut divinis oraculis, ut sic dicamus, promissum: probe enim norant, tum ob summam virtutis familiaritatem, tum assiduam votorum suo B rum impetrationem, hoc se, majore etiam quam peterent mensura, consecuturos. Neque sua illos hic frustrata spes est; quam etiam reipsa vicerunt; quippe noctu per angelum divinitus de filio admonita mater, qui qualisque futurus esset monstrantem, et quod tanta divinæ gratiæ copia illi adfutura esset, ut non modo actione atque contemplatione, et universo virtutum agmine, cæteris mortalibus anteiturus esset, sed variæ item doctrinæ facundiæque vi, cum alia omni, tum præcique de Deo ac divinis rebus ope inspirationeque divina, dignum in modum disserendi ac philosophandi facultate, paucis id concessurus, ut proprius ad se accederent. Quod utrumque utrinque satis re comprobatum fuit, C parentum videlicet eximia virtutis gloria astructa, quod oraculis hujusmodi dignati essent: filii item præstantia ex eo, quod hoc modo iis donatus sit; qui nisi vir admirabilis evasurus fuisset, talem haudquaquam habiturus erat originem; neque rursus ample adeo et magnifice exauditi parentes fuissent, absque vitæ morum suorum suffragatione.

ΙΔ'. Οὕτως, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ τῶν μεγάλων τοῦ Θεοῦ μυστηρίων μάλιστα πάντων αὐτόπτα καὶ κοινωνέ· καὶ πρὶν ἢ γεγεννῆσθαι, θεοφιλὴς ἐτύγχανες ὤν· οὐκ ἐκ κοιλίας μητρὸς ὡς ὁ Παῦλος ἀφωρισμένος· ἀλλ' ἄνωθεν ὁποῖος ἔπειτ' ἔσῃ προωρισμένος καὶ προεγνωσμένος τῷ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν εἰδότι Θεῷ· ἐφῷ διὰ τῆς τῶν πατέρων προκλήσεως δεδόσθαι τῷ βίῳ κοινή τις ἀνθρώπων ὄνησις! Εἰ δὲ καὶ τὰ ἑφεξῆς τούτοις ξυμβαίνει, καὶ τῆς ὑποθέσεως ἀξιόχρεως ἀνεφάνης αὐτὸς καὶ μὴ πολὺ κρεῖττον θαυμαστότερος, ὅσῳ τὰ μὲν προτέλειαί τινές εἰσι καὶ παρασκευαὶ, τὰδ' εἰς ἔπειτ' ἀγῶνες καὶ ἔργων ἐπίδειξις καὶ πρᾶξις ὑπερφυὴς, τίς οὐκ οἶδε τῶν πάντων, μᾶλλον δὲ τίς εἰδὼς, οὐ διαφερόντως θαυμάζει τε καὶ ξυγχαίρει, καί σοι μόνῳ τῶν πάντων τίθεται; Ἀλλὰ μήπω τοῦτο· ἀλλ' ὅτι παραδόξως οὕτω τεχθεὶς, παράδοξον οὐχ ἧττον καὶ τὴν ἐντεῦθεν πρόοδον ἔσχεν.

XIV. Hunc in modum, o divinum ac sanctum caput, et magnorum Dei mysteriorum spectator arbiterque intime, Deo etiam priusquam in lucem susceptus charus eras: non ex utero materno, ut Paulus [6], selectus, sed jamdudum qualis postomodum futurus esses prædestinatus prænotusque Deo, « qui omnia antequam fiant perspecta habet [7], » ut commune quoddam generis humani bonum, par vota parentum in vitam veniret! Utrum vero cætera recte conveniant, tantæque destinationi per revera exstiteris, et non potius multo magis admirabilis, D quod hæc hactenusinitia quædam et apparatus fuere, secutura autem vera erunt certamina, operumque specimina, et actiones heroicæ, quis mortalium unus est, qui nesciat? imo vero potius quis est rerum istarum notitia instructus, qui non majorem in modum eas admiretur congratuleturque, tibique ex omnibus uni potissimum suffragetur? Verum enimvero nondum his locus erat: potius enim nunc ostendendum, qui ita inusitato modo in lucem prodierat, deinceps non minus singularem novumque vitæ progressum habuisse.

ΙΕ'. Οὐ γὰρ δὴ παῖς ὢν καὶ κατ' αὐτοὺς τούτους εἴλετο ζῆν, καὶ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἠττᾶσθαι, ὡς νῦν μὲν ἡδονὰς καὶ κρότους καὶ ἄλση καὶ παραδείσων χάριτας, νῦν δὲ γυμνάσια καὶ λουτρὰ, καὶ

XV. Minime enim ille in primis adolescentiæ spatiis versans, ætatis illius adoptare mores, quibusque illa capitur, capi vincique: et modo voluntates, et plausus, et prata, et lucos, et paradisorum

[6] Galat. I, 15. [7] Dan. XIII, 42.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

amœnitates ; modo rursus gymnasia, et balneas, et ludos circenseis, et theatralia spectacula sectari, non ille circa venationes insanire, non armis in camp exerceri, non arcum scienter contendere, aut apte ad scopum collineare ; non item fritillum exercere, aut choreas ducere, aut pila lusitare, aut alia hujusmodi factitare, quibus ut plurimum ætatulam suam juventus oblectat, quorum Gregorio nostro placebat omnino nihil, multum profecto aberat : verum his omnibus longum valere jussi, sut suo judicio abjectæ animæ vitiosis affectionibus verius quam disciplinis ; contra rebus omnium gravissimis pulcherrimisque, et quæ summo apud Deum hominesque in pretio sunt, totum sese addixit, quamque hæ commentationem atque diligentiam exigunt, ea assiduitate complectebatur, ut solas hasce delicias suas duceret, operæque suæ pretia haberet. Tum quod maximum utique est, non ille vicissim et alternis ad hæc studia incumbebat ; neque nunc hæc, nunc illa, sed simul utraque tractabat : quippe qui compertam haberet utrorumque mutuam inter se relationem, sociatasque operas, quandoquidem officia virtutis recte antea præstari nequeunt, quam ratio illorum accurata commentatione perspecta fuerit : rursus doctrina virtute marumque probitate orbata, ne doctrina esse videtur, sed irrationabilis quædam ut sic loquar, doctrina ; sin vero magni facienda harum rerum copulatio est, summo profecto studio simul illæ nobis capessendæ erunt, si non modo nobismetipsis majores, sed Deo etiam similes fieri omnino studemus.

XVI. Etenim quæ sunt, qua sunt, mente complecti, rerumque divinarum et humanarum intelligentia pollare, et jam nunc velut in concilio cœlestium versari, nec rei terrestrium rerum ulli affixos adhærescere, quod indefessæ ac beatæ cujusdam naturæ proprium est, id de virtute bonisque litteris nobis provenit : quarum supra omneis omnis memoriæ homines ingenti amore noster perculsus, et earum possessionem rebus aliis omnibus antiquiorem ducens, aut verius si has habiturus esset omnia esse habiturum ratus, continentiæ maxime assiduisque laboribus operam dabat : cum somno vero in primis ejusque necessitate pugnabat, ita ut non parum de sueta ac debita quiete deduceret, aliaque item omnia agebat, queis tum « corpereas cupiditates perdomaret [8], » et « terrestris membra funditus exstirparet [9] ; tum mentem perpugaret acueretque, et ad divina pariter litterarumque studia promptam expeditamque pararet Animi namque remissionibus ac genio liberalius indulgere, a præscripta vivendi lege per mollitiem delicere est, quasique præ sagina crassescere, et in terram degenerare ; nihilque eorum quæ necessaria sunt, neque animo concipere, neque opere libenter exsequi : tenebras animo offundente, quæ ex immodicis epulis excitatur, nebula, rectumque rationis cursum præpediente : contra moderata esculentorum abstinentia, contento studio atque sobrietate con-

ἵππων ἀμίλλας, καὶ θεατροσκοπίας διώκειν· οὐδὲ περὶ θήρας μαίνεσθαι καὶ ὅπλα μεταχειρίζειν· καὶ τόξον ἐντείνειν εὖ εἰδέναι, καὶ μετὰ σκοπὸν βάλλειν· καὶ προσέτι κυβεύειν, ὀρχεῖσθαι, σφαῖραν παίζειν, τἄλλα ποιεῖν οἷς εἰκὸς τοὺς ἐν νεότητι χαίρειν. τούτων οὐδὲν ἐκείνῳ πρὸς λόγον· πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλ' ἐῤῥῶσθαι τούτοις ἅπασι φράσας, καὶ ψυχῆς ἀγεννοῦς παθήματα ταῦτ' εἶναι μᾶλλον ἢ μαθήματα κρίνας, ὁ δὲ τοῖς πάντων σπουδαιοτάτοις τε καὶ καλλίστοις καὶ παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις μεγάλων ἀξιουμένοις τῶν πραγμάτων φέρων ἑαυτὸν ἐμπαμέσχε· καὶ τὴν ἐν τούτοις μελέτην τε καὶ σπουδὴν τοσαύτης ἠξίου σπουδῆς, ὡς μόνα ταῦτα νομίζειν ἑαυτοῦ παιδικὰ καὶ προῦργου ποιεῖσθαι· καὶ τὸ μέγιστον, οὐ παρὰ μέρος τούτοις ἐχρῆτο, οὐδὲ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δ' ἐκεῖνο, ἀλλὰ κατὰ ταυτὸν ἄμφω μετῄει· τὴν ἑκατέρων εἰδὼς πρὸς ἄλληλα σχέσιν τε καὶ συντέλειαν· οὔτε γὰρ ἃ δεῖ πράττειν ἐστὶ πρὶν ἔδει [an ἤδη aut denuo ἃ δεῖ] γνῶναι τῷ λόγῳ, ὅ τε λόγος εἰ μὴ μετ' ἀρετῆς καὶ τρόπων εἴη χρηστῶν, κινδυνεύει μηδὲ λόγος τις εἶναι, ἀλλὰ λόγος ἄλογος ὡς εἰπεῖν· εἰ δ' ὁ τούτων συνδυασμὸς πολλοῦ τινος ἄξιος, πῶς οὐκ ἀντιληπτέον ἡμῖν ἐστιν ἀμφοτέρων, εἴ γε βουλοίμεθα, μὴ ὅτι γε μείζους ἡμῶν αὐτῶν γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ θεοείκελοί τινες ἀπτχνῶς ;

ΙϚ'. Τὸ γὰρ ᾗ ὄντα ἐστὶ τὰ ὄντα εἰδέναι, καὶ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπιστήμονας εἶναι, καὶ πολιτεύειν ἐν οὐρανῷ δύνασθαι, μὴ δ' ὁτιφοῦν τῶν τῇδε προσπάσχοντας, ἀκαμάτου καὶ μακαρίας φύσεως ἴδιον ὄν, ἐξ ἄρ' ἀρετῆς καὶ λόγων ἔστιν ἡμῖν· ὧν οὗτος παρ' ὀντινοῦν ὧν ἴσμεν εἰς ἔρωτα μανικὸν καταστάς, καὶ ὅπως κτήσαιτο ταῦτα περὶ πλείονος ἄγων τῶν ἀλλων, μᾶλλον δ' εἰ ταῦθ' ἕξει, τὰ πάνθ' ἕξειν, νομίζων, ἐγκρατείᾳ καὶ πόνοις ὡς μάλιστ' ἐχρῆτο· καὶ παρεβάλλετο μὲν πρὸς ὕπνον καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀνάγκην· ὡς καὶ τοῦ νομιζομένου τε καὶ προσήκοντος οὐ μικρὸν ὑφιέναι· πάντα δ' ἐποίει, ὁμοῦ μὲν τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς καταστέλλων, καὶ τἀπὶ γῆς μέλη νεκρῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ οὸν νοῦν καθαίρων τε καὶ λεπτύνων, καὶ πρός τε τὰ θεῖα καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς ἑτοίμως ἔχειν παρασκευάζων· τὸ μὲν γὰρ ἀνέσεως καὶ τρυφῆς ἀπολαύειν ἐκλύεσθαι του καθεστηκότος ἐστὶ, καὶ οἷον παχύνεσθαι καὶ γεοῦσθαι, καὶ μηδὲν τῶν δεόντων μήτε νοεῖν, μήτε πράσσειν αἱρεῖσθαι, τῆς ἀναδιδομένης ἐντεῦθεν ἐπισκοτούσης ἀχλύος, καὶ χωρεῖν κατὰ φύσιν τὸν λογισμὸν οὐκ ἐώσης, τὸ δὲ τῆς γιγνομένης ἀσιτίας τυγχάνειν, μετὰ συντόνου σπουδῆς καὶ νήφειν καθάπαξ μετέωρόν τινα καὶ κοῦφον παρασκευάζει τὸν νοῦν, καὶ κρείττω καὶ δεινότερον τοῖς πράγμασι χρῆσθαι· ἀνθ' ὧν ἑαυτὸν οἷς ἔφην ἐξήσκει· καὶ τοίνυν τῇ τῆς φύσεως περιουσίᾳ καὶ ῥώμῃ καὶ τὰ τῆς σπουδῆς ἐξ ἀντιῤῥόπου παρα-

[8] Rom. VIII, 6, 7. [9] Col. III, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σκευῆς ὄντως προσθεὶς, καὶ καταλλήλως ἄμφω κεράσας καὶ συνηφῶς, ἐξ ὧν ἀνθρώποις τὰ κράτιστα γίγνεται, οὕτως ὀξέως εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἀπάσης λογικῆς ἐπιστήμης εἰς ἄκρον ἦλασε, καὶ τὰ πολλῷ πόνῳ καὶ μόγις τοῖς ἄλλοις κτηθέντα, μετὰ τοσαύτης οὐτοσὶ κατωρθώκει ῥᾳστώνης, ὡς μηδὲ μεμαθηκέναι ταῦτα δόξαι σχεδὸν, ἀλλ' ἀναμνησθῆναι, καὶ ὥσπερ προεγνωσμένα πάλιν ἀναλαβεῖν. ὡς καὶ κινδυνεύειν ἐπ' αὐτοῦ μόνου τὸν τοῦ Σαμίου τοῦ σοφοῦ λόγον χώραν κεκτῆσθαι; καὶ τὴν μάθησιν ἀνάμνησιν εἶναι.

A juncta, animum sublimem omino agilemque et ad dextrum rerum usum acriorem solertioremque reddit. Ob hæc igitur, ita ut diximus, diligentissime sese exercuit : et ingenii præstantiæ opibusque æquali apparatu diligentiam bona fide adjungens, convenientique utrumque ratione temperans ac connectens, ex quibus id quod perfectissimum est hominibus exsistere solet; ita celeriter, si verbo dicenda res omnis liberalis doctrinæ verticem occupavit, et quæ multo labore ægre difficulterque aliis comparantur, tanta facilitate felicitateque absolvit, ut illa propemodum non didicisse, sed reminiscendo recognovisse, velutique præcognita denuo recoluisse, videretur. Adeo ut in uno Gregorio locum habuisse videri queat sapientis Samii dictum : « doctrinæ perceptionem recordationem esse. »

ΙΖ'. Ἀλλὰ « τοὺς μὲν ἐγκυκλίους καὶ προτελείους τῶν λόγων, » ὅταν δὲ ταῦτα λέγω, καὶ ποιητὰς ξυλλαμβάνω, ἡ πατρὶς εὖ μάλα καὶ μετὰ πολλοῦ B τοῦ περιόντος τούτῳ παρέσχεν ἐκμελετῆσαί τε καὶ σπουδάσαι καὶ κατεργάσασθαι, ἐπιτηδείως πρὸς τοῦτ' ἔχουσα, καὶ δυναμένη τοὺς ἐξ αὐτῆς καὶ τούτοις δωρεῖσθαι· τό γε μὴν εὖ δύνασθαι λέγειν, καὶ εἶναι ῥητορικὸν καὶ δεινὸν ἐν συλλόγοις, καὶ πείθειν ἔχειν ἐκασταχοῦ μετὰ παντὸς τοῦ δικαίου, καὶ νῦν μὲν τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν, νῦν δὲ ἀδικουμένοις ἀμύνειν, καὶ νόμων προίστασθαι, καὶ τἀκείνων βεβαιοῦν, καὶ τὸ μέγιστον, λόγους τοὺς μὲν ποιεῖν, τοὺς δὲ, κρίνειν εἰδέναι, καὶ τὸ γινόμενον σώζειν ἀπανταχοῦ, τὴν τοίνυν τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα δυναμένην ῥητορικὴν, καὶ μέγα μὲν τῷ βίῳ κατὰ τὸ ἔπος ὄνειαρ οὖσαν· ζηλωτοὺς δὲ ἄγαν τοὺς εἰδότας δεικνῦσαν, ἐκτήσατο μὲν εἰς Παλαιστίνην ἐλθὼν, καὶ τοῖς ἐκεῖ παιδευτηρίοις ἐνδιατρίψας μάλιστα πάντων ἀντιποιουμένοις τῆς τέχνης· οὕτω C δὲ τῷ μεγαλοφυεῖ τῆς αὐτοῦ διανοίας, ἅπερ εἴληφεν, ηὔξησε καὶ κεκόσμηκεν, ὡς τοὺς αὐσοῦ λόγους, καινόν τι καὶ ἀλλόκοτον εἶναι χρῆμα δοκεῖν, θαυμαζομένους μὲν ὑφ' ἁπάντων, μηδενὶ δὲ πρὸς ζῆλον ἰόντας.

XVII. Cæterum corbem illum artium liberalium, variæque eruditiones initiamenta, » in quorum censu et poetas comprehendo, pridem ipsi patria egregie plenaque manu ediscenda, serioque studio portractanda tradiderat, satis illa sane idonea ad hanc rem magistra, et quæ hasce etiam artes civibus suis impertire posset. Porro ut bene ornateque dicendi facultatem consequeretur, et in conjunctionibus diserti oratoris partes tueretur, omnique loco animorum habenas æquissimo jure teneret, sive optima quæque suaderet, sive injuria oppressis adesset, legumque ipsarum causam susciperet, iisque auctoritatem suam astrueret : et quod facile primum est, ut orationes et ipse conficeret, et de alienis perite sententiam ferret, omnibusque in rebus decorum servaret; hanc inquam, quæ tales tantasque una efficere res potest, artem rhetoricam, vitæ humanæ, ut poetico verbo utar (1) « ingens præsidium et columen » invidendæque felicitatis familiaribus suis conciliatricem, in Palæstinam profectus, ejusque in scholis versans, quæ studiosissime omnium oratoriæ operam dant, sibi comparabat : mox insita animi magnitudine quæ illic hauserat in tantum auxit ornavitque, ut illius oratio, res quædam nova et inusitata esse videretur : admiranda quidem omnibus, sed quæ nemini æmulationis spem relinqueret.

ΙΗ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ πάντων μεγίστου καὶ καλλίστου καὶ τελεωτάτου τυχεῖν ἐπεθύμει, καὶ οὗ χωρὶς οὐδ' ἂν εἷς πάντων εἴη σοφὸς, κἂν εἰ πᾶσι προῦχῃ τοῖς ἄλλοις, τὸ μέγιστον πάντων οὐκ ἔχων, μέγιστον δὲ πάντων φιλοσοφία, ἅτε τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν, δεῖν ἔγνω τούτου χάριν τὴν Παλαιστίνην λιπὼν, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου χωρῆσαι, οὐ μόνον κάλλει κατὰ θέσιν καὶ μεγέθει, καὶ D πᾶσιν οἷς μεγαλαυχοῦνται πόλεις σεμνυνομένην, ἀλλὰ καὶ τῷ λόγων εὖ ἥκειν τοτηνικαῦτα καὶ προῦχειν ἔχειν ἐν τούτοις τοσοῦτο θαυμαζομένην, ὡς πάντοθεν πάντας τούς τε ἄλλους, καὶ οἷς λόγων ἔνεστι λόγος, πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶσθαί τε καὶ καλεῖν, παιδείας καὶ λόγων μεθέξοντας, καὶ προσέτι τῶν ἐν τοῖς δημοσίοις ταμείοις ἐναποκειμένων βιβλίων, παντοδαπὴν μοῦσαν ἐχόντων, καὶ ὄντων τοσούτων, ὅσων οὐδ' ἐν ἁπάσῃ σχεδὸν τῇ Ἑλλάδι, ὃ

XVIII. Porro quoniam illud etiam quod inter cætera studiorum genera et maximum, et pulcherrimum, et perfectissimum est, consequi avebat : suæ quo fieri nequit, ut mortalium quisquam sapiens sit, etiamsi in cæteris omnibus præstet, usque eo dum maximo illo careat. Est autem omnium maximum philosophia, quippe ars artium, et scientia scientiarum (2). Idcirco relicta Palæstina Alexandriam ire constituit : urbem tum elegantia, et situ, et amplitudine, et omnibus iis de quibus gloriari urbes solent, inclytam : tum optimarum artium cultu, illa tempestate florentissimo, in tantum commendatam, ut et alios omnes undique ad se attraheret acciretque, et eos præcipue, qui cum politiore humanitate aliquid rationis habebant, doctrinæ facundiæque participes futuros, et librorum etiam publicis in bibliothecis repositurum. Qui et universas

(1) *Odyss.* IV, 444.

(2) Joan Damase. *Dialect.* cap. 3

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Musarum opes complectebantur, et tot numero erant, quot vix in cuncta reperirentur Græcia. Quod urbem tanto amabiliorem studiosis et industriis hominibus reddebat. Cum igitur non longo tempore magnam illic lectissimarum doctrinarum vim collegisset, nihilque admodum, pene dicam extra se suamque discendi aviditatem reliquisset, quoniam parentem ac nutricem omnis sapientiæ Athens, solis animi sensibus e longinquo intuebatur, quarum amore jamdiu flagrabat, tum ut queis destituebatur, ea illic compararet ; tum ut urbem iis quæ habebat exornaret. Alexandria quamprimum solvens in viam illuc ferentem se dabat.

XIX. Conscensa itaque Æginetica navi, sunt autem Æginetæ rei nauticæ scientissimi, lætus cum lætis in altum provehitur ; nec initio adversi quidquam sentiebatur, nec erat omnino de quo quererentur, contra vero placida illis ac tranquilla omnia, cœlum, nubes, mare, aer, verbo mera undique securitas. Subinde vero conversa velut testula in contrarium res mutari ; commodum enim Parthenicum mare transmittentibus, decurso jam fere medio navigationis, atque adeo salutis item curriculo, hic turbo intolerandus omnique memoria, si nautis credimus, sævissimus, subito ingruit. Mox igitur mare cinni in modum misceri, sursum deorsumque magna vi exagitatum, nec usquam consistere situm ; sed et navigium nunc sublime evectum, nunc aquis demersum, præ fluctibus, præque crebra, et continua, et vehementissima undarum jactione, non exiguum ultimi periculi metum navigantibus injecit. Jam cæteris non modo mors ipsa imminens, sed et mors in undis sufferenda, perquam horribilis visa est, quod utrumque abominabantur, quanquam enim necessario alterum quandoque sibi eventurum norant, sive nunc hoc pacto, sive alio alias : de salute tamen ac vita, ut par erat, solliciti, suarumque necessitudinum quisque recordati, quas calamitatis suæ appendices habebant, lacrymis omnia ac lamentis complebant, nec quo se verterent, quidve cœptarent, reperire poterant. Gregorio non minus gravia et hæc ipsa accidebant ; multo gravius tamen, imo malorum omnium ultimum erat omnemque consolationem superabat, quad quoniam sanctissimis religionis mysteriis nondum initiatus erat, nec legitimum divinæ familiaritatis signaculum acceperat, in discrimine versaretur, ne Deum ipsum miser amitteret, illiusque gloria prorsus excideret.

XX. Quippe ut lustrali lavacro rite expiatum esse, docente Paulo [19], Christum induisse est, novoque quodam modo Christum factum esse, aqua nimirum spirituque perunctum ; sic necesse omnino est, a Christo etium disjunctum esse, quisquis lustrationem illam consecutus non est : quo quid dirius unquam accidere potest, non illi solum, qui et prius Deo consecratus quam conceptus erat, et postea et mentem, et vitam, et dictionem, et actio-

καὶ τὴν πόλιν ἐπέραστον μᾶλλον ἐποίει τάῖς φιλοπονεῖν αἱρουμένοις. Τὰ κράτιστα τοίνυν ἐντεῦθεν ἐν οὐ πολλῷ τῷ χρόνῳ ξυνειλοχὼς, καὶ μηδὲν ὡς εἰπεῖν ἔξω καταλιπὼν ἑαυτοῦ καὶ τοῦ καθ' αὐτὸν βουλομένου, ἐπεὶ τὴν μητέρα καὶ τροφὸν ἁπάσης σοφίας τὰς Ἀθήνας, πόρρωθεν ἐώρα τοῖς λογισμοῖς, καὶ τούτων ἐκπλείονος ἦρα, ὁμοῦ μὲν ὧν οὐκ εἶχε τευξόμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ ταύτας οἷς αὐτὸς εἶχε κοσμήσων, ἄρας ἐκεῖθεν ὡς τάχιστα, τῆς ἐνταῦθα φερούσης ἀντεποιεῖτο.

ΙΘ'. Καὶ δὴτα νεὼς ἐπιβὰς Αἰγιναίας, δεινοὶ δ' οὗτοι τὰ ναυτικὰ, χαίρων χαίρουσιν αὐτοῖς συνανήχθη· καὶ τέως μὲν δυσχεροῦς οὐδενὸς ἐπειρῶντο, οὐδ' εἶχον οὐδὲν οὐδοτιοῦν αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ πάντ' ἦν αὐτοῖς ἐν ῥᾳστώνῃ, καὶ οὐρανὸς καὶ νέφη, καὶ θάλαττα, καὶ ἀὴρ, καὶ τὸ καθάπαξ εἰπεῖν εἰς ἅπαν θαῤῥεῖν. Ἔπειθ' ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, εἰς τοὐναντίον τὰ πράγματα περιέστη· τὸ γὰρ παρθενικὸν διαβάλλουσι πέλαγος, καὶ σχεδὸν οὗσιν ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ πλοῦ, ἐν ἴσῳ δὲ [f. add. ὡς] εἰπεῖν καὶ τοῦ σώζεσθαι, τυφῶνός τινος ἐμπεσόντος ἀθρόως, οὔθ' οἵου καὶ φέρειν, καὶ τῶν εἰς μνήμην ἡκόντων χαλεπωτάτου ὡς τῶν ναυτῶν [f. add. ἦν] ἀκούειν, ἥ τε θάλαττα κυκεὼν ἐγεγόνει, ἄνω καὶ κάτω φερομένη τῇ βίᾳ, καὶ στῆναι μηδαμοῦ δυναμένη· τό τε σκάφος, νῦν μὲν μετέωρον, νῦν δ' ὕφαλον γιγνόμενον ὑπό τῶν κυμάτων, καὶ τῆς ἐπαλλήλου καὶ συνεχοῦς καὶ σφοδροτάτης τοῦ κλυδωνίου φορᾶς, οὐ μικρὸν αὐτοῖς τον περὶ τῶν ἐσχάτων φόβον ἐπῆγε. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις, οὐ τὸ τεθνήξεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῖς ὕδασι τοῦτο πείσεσθαι, δεινὸν ἐδόκει καὶ κατ' ἄμφω δυσχεραίνοντες ἦσαν· εἰ γὰρ καὶ θάτερον σφίσιν αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης ἐσόμενον ἤδεσαν, ἐάν τε νῦν οὕτως, ἐάν τ' ἄλλως [add. ἄλλοτε aut ὕστερον] ξυμβῇ, ἀλλ' ἄρα τοῦ περιεῖναι καὶ ζῆν ὡς εἰκὸς ποιούμενοι λόγον, καὶ ἅμα τῶν οἰκείων εἰς μνήμην ἰόντες καὶ τούτους ἐπιθήκην, τῆς συμφορᾶς κεκτημένοι, δακρύων ἅπαντ' ἐπλήρουν καὶ οἰμωγῶν, καὶ οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ γένοιντο. Τῷ δὲ, καὶ ταῦτα μὲν οὐδὲν ἧττον· πολλῷ δὲ πλέον, μᾶλλον δὲ κακῶν ἔσχατον ἦν, καὶ παραμυθίαν πᾶσαν ὑπερβαῖνον, τὸ κινδυνεύειν οἷς τῶν μεγίστων ἔτ' ἀτέλεστος ἦν, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος οὕτω τὴν γιγνομένην δεδεγμένος σφραγῖδα, θεὸν αὐτὸν ἀπολέσαι καὶ τῆς ἐκείνου δόξης παντάπασιν ἐκπεσεῖν.

Κ'. Ὡς γὰρ τὸ βαπτίσματος ἠξιῶσθαι, Χριστόν ἐστι κατὰ Παῦλον ἐνῆφθαι· καὶ ἄλλως Χριστὸν γεγονέναι ὕδατι χρισθέντα καὶ πνεύματι, οὕτως ἀνάγκη πᾶσα τὸν μὴ τούτου τυχόντα, καὶ Χριστοῦ κεχωρίσθαι· οὐ τί τῶν ἁπάντων ἐλεεινότερον, οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τῷ καὶ πρὸ συλλήψεως ἀφωσιωμένῳ Θεῷ, καὶ ὕστερον καὶ νοῦν καὶ βίον καὶ λόγον καὶ πρᾶξιν, καὶ πάνθ' ἑαυτὸν τῆς ἄνωθεν ἐξάψαντι δεξιᾶς, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἀνθρώπῳ νοῦν ἔχοντι, καὶ

[19] Galat. II, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

λογίζεσθαι δυναμενῳ, καὶ τοῦτ' εἰδότι καλῶς ὅτι κἂν τὴν οἰκουμένην πᾶσαν κατάσχῃ, κἂν τὸν ὑπὸ γῆν τε καὶ ὑπὲρ γῆς κτήσηται μόνος χρυσὸν, κἂν πάντας τοὺς τε ὄντας, τούς τ' ἐσομένους πρό τ' ἐόντας ἀνθρώπους εὐδαιμονίᾳ παρέλθῃ, οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται περὶ ψυχῆς κινδυνεύοντι. Ταῦτ' οὖν ἐκεῖνος τηνικαῦτ' ἐννοῶν, καὶ τούτους ἄνω καὶ κάτω στρέφων τοὺς λογισμοὺς, ἐπηρτημένου μὲν τοσούτου κινδύνου, τοῦ δὲ χειμῶνος οὔ τι λωφοῦντος, καὶ πρὸς ὑπερβολὴν αἰρομένου, ἀπορίας δὲ πάντοθεν οὔσης, ἐπιλειπουσῶν δὲ σχεδὸν τῶν ἐλπίδων, ἐπὶ ξυροῦ δὲ ἀκμῆς τῶν πραγμάτων ἑστώτων, τί ποιεῖ, καὶ τίνα λύσιν ἐπινοεῖ τοῦ δεινοῦς ; Πάσης ἡστινοσοῦν ἀνθρωπίνης ἀπεγνωκὼς ἐπινοίας καὶ μηδενὶ τούτων καὶ τοὺς ἄλλους πείσας προσέχειν, ἐπὶ τὸν ἐν ἀπόροις πόριμον καὶ πάντα ποιοῦντα καὶ μετασκευάζοντα μόνῳ τῷ βούλεσθαι δεῖν ἔγνω καταφεύγειν Θεὸν, καὶ τούτῳ πιστεύειν τὸ σώζεσθαι · εὖ εἰδὼς ὡς εἰ καὶ συμφοραῖς τισιν ἡμᾶς περιπεσεῖν ποτε ξυγχωροίη, εἴτε παροῦσαν ἀναστέλλων κακίαν, εἴτ' ἐσομένην προαναιρῶν, ἢ τιμωρούμενος γεγονυῖαν, τὸ γὰρ τῆς πείρας παρίημι, ἔστιν ὅτε καὶ ἐφ' ὧν γινομένης, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ βελτίους ἂν γεγενῆσθαι, καὶ κηδόμενος μᾶλλον ἢ κολάσαι βουλόμενος συγχωρεῖ τῆς γοῦν συνήθους εὐθὺς χρηστότητος ἔχεται καὶ οὐκ ἀνέχεται τοπαράπαν, οὔτ' ἐπιλελῆσθαι τοῦ οἰκτειρῆσαι, οὔτε τοὺς ἰκτιρμοὺς αὐτοῦ συνέχειν ἐν ὀργῇ · φιλάνθρωπος γάρ · καὶ τοῦτ' αὐτῷ μᾶλλον πρὸς τρόπου.

A nem, et se denique totum supernæ dexteræ velut appenderat; verum ulli omnino homini mentis compoti ac ratiocinationis, et quem illud minime fugiat, quod tametsi universum terrarum orbem in ditione sua ac potestate teneat, aurique vim omnem, quæ sub terra, aut super terram est, unus possideat; tametsi quotquot usquam sunt mortalium, aut in posterum futuri sunt, aut olim fuerunt, felicitate gaudeat, nihil id sibi tamen, de anima periclitanti, profuturum. Hæc ille tum secum reputans, et hujusmodi sursum deorsumque animo cogitationes versans, præsentissimo in periculo, nihil remittente procella, imo ad summum excessum intumescente, nulla usquam elabendi rima, nulla ferme residua specula, rebusque in acie novaculæ jam hærentibus, quid occipit, quæso, quamve B expediendorum malorum rationem init? Nempe damnata humana arte ac industria, cæterisque ne aliqua re hujusmodi confiderent admonitis, ad illum, qui in rebus inviis viam reperit, « *qui omniaque solo nutu suo facit ac immutat* [11], » confugiendum, suamque illi committendam salutem, statuit, haud ignarus, quod quanquam in adversa quædam nos nonnunquam incidere Deus sinat, sive ut præsens aliquod refrenet vitium, sive futurum præcidat, sive antea admissum vindicat; nam tentationem divinam, quæ aliquando, et in quibusdam fit, nunc omitto; ideo hoc tamen permittat, ut ad bonam redeamus frugem, et nostri potius curam agens, quam ultionem expetens, unde et suetam mox benignitatem suam amplectatur, nec omnino sustineat, *aut oblivisci misereri, aut præ iracundia coercere misericordias suas* [12]. Clemens, enim mitisque in genus humanum est, et id naturæ illius magis convenit.

ΚΑ'. Ταῦτ' ἄρα καὶ πάντων αὐτὸν ἀναμνήσας τῶν ἐξ ἀρχῆς τεραστίων, καὶ ὧν ἑκάστοτε διὰ πλῆθος ἐλέους καὶ πεποίηκε καὶ ποιεῖ, καὶ τούτοις προσθεῖναι τὸ κατ' αὐτὸν ἐξ ἄγαν ὀδυνωμένης δεηθεὶς τῆς καρδίας, ἐπεὶ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ συμπρεσβεύουσαν εἶχε, καὶ ταῖς εὐχαῖς συμμαχοῦσαν, οὕτως ἀπέλαυσε τῶν εὐχῶν καὶ αὐτὸς τῶν ἑαυτοῦ, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν αὐτοῦ, ὡς μὴ μόνον αὐτὸν δι' αὐτὸν, ἀλλὰ δι' αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους τεσῶσθαι · καὶ χαρισθῆναι μὲν αὐτὸν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σωτῆρα καὶ πρόμαχον εὐσεβείας, καὶ ξυναγωνιστὴν τῶν καλλίστων, καὶ πρὸς Θεὸν ἀγωγὴν (. ἀγωγὸν), χαρισθῆναι δὲ τούτῳ τοὺς ἄλλους καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ. Τῶν γὰρ ἀπίστων σχεδὸν ὄντες οἱ πλείους, οἷς τε παρὰ πᾶσαν ἡντινοῦν προσδοκίαν ἀπήλλαξεν τοῦ κινδύνου, καὶ οἷς οὕτω καινότατα, πρὸς Χριστὸν εὐθὺς μετετάξαντο · καὶ γεγόνασι προσθήκη τοῦ καθ' ἡμᾶς συνεδρίου · οὐ γὰρ κατὰ βραχὺ τὸ κλυδώνιον ὑπεδίδου οὐδὲ σχολῇ καὶ βάδην ὡς ἂν εἴπῃ τις ὁ χειμὼν ὑπεχώρει · ἀλλ' ὦ τῶν μεγίστων σου θαυμασίων ! Χριστὲ, ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον ἦν ὡς ὁ λόγος. Τὸ τῆς εὐχῆς, τὸ τοῦ σώζεσθαι, ὡς μηδὲ χειμῶνος οὑτινοσοῦν δοκεῖν ὡς εἰπεῖν πεπειρᾶσθαι.

C XXI. Ob hæc itaque miraculorum omnium, quæcunque a primordio rerum edita fuere, quæque identidem per multam misericordiam suam fecit facitque, Deum commonefaciens, illique ut suum hoc adjungeret exemplum, anxio admodum pectore obsecrans, quoniam benevolentiam erga homines Dei, adjutricem precum sociamque habebat; hoc ex precibus suis commodi ipse cæterique cepere, ut cum ipse per se, tum per ipsum reliqui, periculo liberati fuerint, ut orbique ipse universo vindex salutis pietatisque propugnator, et pulcherrimorum operum adjutor, et ad Deum dux ac signifer, datus sit, concessa simul illi, et per illum Deo, cætera vectorum turba. Quorum plerique fere infideles, quod ita præter omnem exspectationem ex D periculo evasissent, quod novo adeo insolitoque more, e vestigio ad Christum transibant, nostrique additamentum cœtus fiebant; non enim paulatim undarum subsidit tumor, nec cum moro aliqua ac pedetentium, ut eo utamur verbo, recessit procella, sed, o immensa miracula tua! Christe, simul dictum factumque erat, ut vulgo dicitur: simul votum nimirum et plena incolumitas ita, ut haud ullam probe dicam experti viderentur procellam.

ΚΒ'. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ προσετέθη τῷ θαύματι

XXII. Quin et novum miraculo accessit miracu-

[11] Amos. v. 8. [12] Psal. LXXVII, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lum ; quippe nocte eadem, ut postea compertum est, de periculo filii certiores divinitus facti parentes, pro eo ac debuerunt, graviter animo angebantur : et quidquid hic opis poterant, laboranti ferebant, ferventissimas in preces incumbentes, omniaque ut ipsum discrimini eriperent molientes : tum mox voti sese compotes factos esse liquido intelligere, abscedente illico non modo omni ægritudinis sensu, sed invicem ineffabili quadam voluptate animos ipsorum replente : quod clarissimum signum erat prosperioris filii status, quantæque una cum illo curæ Deo essent. Hujusmodi equidem navigatio fuit : adeo illa omnium difficillima ac asperrima, ut si evenissent quæ minitabatur haudquaquam digna esset cujus ulla superesset memoria : rursus tanto eadem postea in pretio merito habita, ut nec posteris silentio transmittantur, queis tot tantorumque bonorum præcipua nimirum causa fuit, dum cæteros quidem e tenebris in lucem venire, lustrico regenerationis lavacro Servatori suo adoptari, coegit : cui hoc ipsum fidei sacramentum, velut acceptæ salutis pretium deferebant. Gregorium vero non paulo meliorem constantioremque effecit, qui ita materna promissa renovabat, seque Deo totum bona fide addicebat.

XXIII. Jam vero hunc in locum adductam orationem, ut Athenas ipsas ingressura, virique illuc adventum expensura sit, quemadmodum recte atque ordine instituam ac exsequar, incertus hæreo, neque enim postquam in rerum harumce mentionem oratio incidit, illas omittere nobis integrum, rebus nimirum ipsis dicendi necessitatem afferentibus : quandoquidem omnia et singula nostri sua serie reddere nobis proposuimus. Rursus quoniam neutiquam par nobis, atque ipsi (Epitaphio Basilii) hæc ipsa describendi facultas est, illud nos propemodum ab iis quoquomodo attingendis revocat : scilicet solius Gregorii hoc proprium est, ut et factis egregiis cæteris hominibus antistet, et divina quadam gratia eadem commemoret ; solus illis enim revera, « *Verborum bonus arator, rerumque erat actor* (1). » Sed hoc tantum dicam, quod ita cum inter se mutuo, tum cum Atheniensibus noster et Basilius, vir optimus, Athenis vixerint, ut majore omnino in admiratione ac honore apud illos fuerint, quam hospitum quisquam, qui ea in urbe aliquando versati fuerant : idque tum ingenii virtutisque suæ merito, tum quod ultro omnes, omnibus in rebus, primas ad ipsos deferrent : rursus ipsi inter se non modo alter ipse uterque esse, sed plus etiam alter alteri, quam alteruter sibi, esse haberique adnitebantur : usque adeo novum conjunctissimæ familiaritatis exemplum per ipos vitæ humanæ ostensum fuit : sive potius quemadmodum in cæteris omnibus, ita in hoc etiam excellebant, quasi ferre nequirent, quin naturæ suæ præstantiam exemplis omnibus spectandam præberent, et quacunque in re palmam ipsi ferrent.

XXIV. Hunc in modum cum affecti animatique essent, quod discedere Basilius et ad sua redire

(1) *Iliad.* I, 445.

θαῦμα · τῆς γὰρ αὐτῆς νυκτὸς ὡς ἔπειτα καταφανὲς ἐγεγόνει, τὰ τοῦ παιδὸς δυσχερῆ θεόθεν οἱ γεννήτορες ἐμπνευσθέντες ἀγωνιῶντες ἦσαν ὡς εἰκός, καὶ οἷς εἶχον πρὸς συμμαχίαν ἐχρῶντο · θεοκλυτοῦντες πάνυ θερμῶς καὶ ὅπως οὗτος ἐξάντης ἔσται τοῦ κινδύνου πάντα ποιοῦντες · καὶ μέντοι καὶ ὧν ἐπήγγελλον τυλόντες, ἔγνωσαν ἐμφανῶς, οὐχ ὅπως τῆς ἀθυμίας παντάπασιν εὐθὺς ἀπιούσης, ἀλλὰ καὶ ἡδονῆς ἀφάτου πλησθέντες, τεκμήριον ἐναργὲς τῆς τοῦ παιδὸς εὐπραγίας, καὶ ὅσον αὐτοῦ τε κἀκείνων μέλει Θεῷ. Ὁ μὲν δὴ πλοῦς, τοιοῦτος, καὶ τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον · οὕτω μὲν χαλεπώτατος καὶ δυσφορώτατος πάντων ἀναφανείς, ὡς εἰ ἃ πράξειν ἠπείλει ὕαῦτα προὐχώρησε, μηδ' ἂν ὅλως ἥκειν εἰς μνήμην ἀξιόχρεως εἶναι · οὕτω δὲ πολλοῦ τινος ἔπειτ' ἄξιος γεγονὼς, ὡς μηδὲ τοῖς ἐπιγιγνομένοις σιγᾶσθαι, τῷ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν σφίσιν αἰτιώτατος καταστῆναι · τοὺς μὲν ἐκ σκότους εἰς φῶς ἐλθεῖν ἀναγκάσας, καὶ διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας εἰσποιηθῆναι τῷ σώσαντι · ὥσπερ τινὰ σῶστρα προσενηνοχότας τὴν πίστιν · τὸν δὲ, πολλῷ καλλίω καὶ βεβαιότερον ἀποφήνας · ἀνανεωσάμενον μὲν τὰς τῆς μητρὸς ὑποσχέσεις, ὅλον δὲ καθάπαξ ἑαυτὸν ἀναθέντα Θεῷ.

ΚΓ'. Μέλλοντι δὲ Ἀθηνῶν ἐπιβαίνειν, καὶ τὴν ἐνταῦθα πάροδον τοῦ ἀνδρὸς ἐξετάζειν, οὐκ οἶδ' ὅ τι τῷ λόγῳ χρήσομαι, οὐδ' ὅπως ἂν αὐτὸν διαθείην · οὔτε γὰρ ἐπειδὴ τούτων οὕτος ἐμνήσθη παραλιπεῖν ἡμᾶς δεῖ, τῶν πραγμάτων λέγειν ἀναγκαζόντων, πάντα γὰρ ἐφεξῆς τὰ τούτου λέγειν προὐθέμεθα, τό τ' αὖ μὴ δύνασθαι τούτῳ παραπλησόως τούτων μνησθῆναι, ἀπάγει δήπως τοῦ καὶ ἀπηοῦν τούτων μνησθῆναι · μόνου γὰρ ἐκείνου καὶ πράττειν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους, καὶ μεθ' ὑπερφυῶν τῶν χαρίτων ταυτὶ διηγεῖσθαι, διὰ τὸ μόνον ὡς ἀληθῶς, « μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. » Ἰλὴν τοσοῦτον εἴποιμ' ἄν, ὅτι τοιοῦτοί δή τινες ἐνταῦθα πρὸς ἀλλήλους καὶ Ἀθηναίους αὐτός τε καὶ Βασίλειος γεγόνασιν ὁ χρηστὸς. ὡς τοῖς μὲν παρ' οὐστινασοῦν τῶν πώποτ' εἰς αὐτοὺς ἀφιγμένων θαυμασθῆναι καὶ σπουδασθῆναι · καὶ φύσεως εἵνεκα λέγω καὶ ἀρετῆς, καὶ τοῦ παρὰ πάντων ἐν ἅπασι συγκεχωρηκότος · αὐτοὶ δὲ οὐχ ὅσον ἄλλος αὐτὸς ἑκάτερος εἶναι σπουδάσαι, ἀλλὰ καὶ πλέον ἑκάτερος ἑκατέρῳ, ἢ ἑκάτερος ἑαυτῷ νομισθῆναι · οὕτως εἰς ἑταιρίος λόγοο, καινὸν τι χρῆμα τὸ κατ' αὐτοὺς ἀνεφάνη τῷ βίῳ · μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ ἐνταῦθα διαφέροντες ἦσαν · ὥσπερ οὐκ ἀνεχόμενοι μὴ τὴν τῆς φύσεως πλεονεξίαν διαπάντων δεικνύναι καὶ ὡς κατὰ παντὸς ὁτουοῦν φέρονται κράτος.

ΚΔ'. Οὕτω δ' ἔχοντες καὶ τοῦτον διακείμενοι δήπου τοὐ τρόπον, ἐπειδήπερ ὁ μὲν ἔμελλεν ἐκεῖθεν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀναχωρεῖν καὶ κάθοδον ἐπὶ τὰ οἴκοι ποιεῖσθαι, Γρηγορίῳ γε μὴν οὐκ ἔτ' ἀνεκτὸν τοῦτ' ἦν, οὐδὲ φιλοσοφεῖν οἷός τ' ἦν, ἀλλὰ καὶ πρὸς μόνην ἀπεχθῶ, ἔσχε τὴν ἀκοὴν, τότε δὴ σαφέστατα διεδείχθη καὶ τὸ τῆς συμπνοίας αὐτῶν διαπεφυκὸς, καὶ ὅσου δή τινος Ἀθηναίοις τὰ σφῶν ἐτιμᾶτο. Περιχυθέντες γὰρ καὶ προσφύντες ἀλλήλοις καὶ οἷον ἓν ἄμφω γενόμενοι τῇ τε τοῦ ἔρωτος κατοχῇ τῷ τε τοὺς Ἀθηναίους καὶ οἷς ἐποίουν καὶ οἷς ἔλεγον χορηγοῦντας οὐ μικρῶς ἴσχειν τῷ πάθει. Οὕτως εἶχοντο καὶ κατείχοντο, καὶ ὥσπερ σφῶν αὐτῶν ἀλλήλων ἀντείχοντο, ὡς ἑκάτερον ἑκατέρου τοῖς μέλεσιν ἐναποθανεῖν ἥδιου κρίνειν, ἢ καὶ ὁμωσοῦν διεζεῦχθαι, ἕως τὰ μὲν τῆς ἀνάγκης ὡς εἰκὸς ἡττηθέντες, τὰ δ' εἰδότες καὶ πεπεισμένοι ὡς ὅτι τάχιστ' ἀλλήλους ὄψονται καὶ συνέσονται· καὶ τὰ πόρρωθεν φιλοσοφίας πέρι καὶ τοῦ τῆς ὕλης δρασμοῦ συνδόξαντα σφίσιν ὅσον οὐκ ἤδη πέρας σχήσει χρηστὸν, μόλις διέστησαν εἶεν· τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον· ὃ δ' ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου μάλιστα λέγειν ἔχομεν, καὶ ὃ πρὸ τῶν ἄλλων ὧν ἔχει τοῦτον σεμνύνει καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τίθησιν, ἅτε πάντων ἀγαθῶν ὑπερέχον· καὶ τούτῳ διαφερόντως προσὸν, τοῦθ' ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δώσω τῷ λόγῳ· οὐδὲ γὰρ ἐπεὶ τὸν περὶ τούτων ἁπάντων λόγον ἅπαξ ἐνεστησάμην, καὶ τὸ καταξίαν ἐνεστησάμην. Οὐδὲ μικροῦ δεῖ· ἀλλὰ τοῦ λέγειν ἁπλῶς σωζομένου, ἐὰν μὲν καὶ τοῦτο προσῇ, πολλοῦ τινος ἔσται τῷ λόγῳ· ἐὰν δὲ μὴ, οὐδέν φασι πρὸς τὸν λόγον.

A jam parabat, non id æquo animo ferre Gregorius, nec philosophiæ suæ tranquillitatem tenere amplius poterat, sed vel solam discessus auditionem perhorrescebat. Hic sane luculentissimo documento et necessitudinis illorum germana penitusque inscita indoles apparuit, et quanto ipsis Atheniensibus in pretio essent. Quippe circumfusi arctissimoque amplexu alter alteri hærentes et ambo velut in unum confusi corpus, tum mutui amoris vi atque afflatu, tum quod multum olei huic illorum igni dictis factisque suis Athenienses superfunderent, ita hærebant continebanturque, neque aliter alter alterum quam semetipsum complexus detinebat: ut utrique dulcius videretur amici inhærentem artubus animam efflare, B quam ullo inde modo divelli. Donec tum necessitate ipsa, ut par erat, expugnati, tum ignari ac persuasi fore ut perbrevi temporis intervallo, iterum inter se viderent ac conversarentur, et quod dudum de sanctiore philosophia, materiæque corporeæ fuga, constitutum habebant, paulo post ad optatum exitium perventurum esset, ægre tandem diversi abitant. Sed hæc, quæ hujusmodi fuere, hactenus. Cæterum quod præcipue de Gregorio nostro dicere habemus, quod illum supra cæteras ipsius dotes commendat, cæterosque supra mortales attollit, ut bonorum omnium primum, et quo ille singulariter ornatus erat, id nunc prout potero verbis complectar. Quanquam enim de universis nostri rebus semel dicere institui, minime ideo pro dignitate earum dicere institui; nihil profecto minus, nimirum dum bona fide modo dicamus, si et hoc accesserit decus, magni equidem illud ad orationis splendorem referret: sin minus, nihil id, quod aiunt, ad orationem ipsam faciet.

ΚΕ'. Ἀπάντων μὲν οὖν μετασχεῖν τῶν καλλίστων, καὶ ταῦθ' ὁμοῦ ξυλλαβεῖν, οὐκ οἶδα ὅτῳ τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ὑπῆξεν, οὔκουν ὀντινοῦν ἔχομεν φάναι διὰ πάντων ἰόντα, καὶ τοῦ καθάπαξ ἐπιτυχεῖν· ἀλλὰ τὸν μὲν, τοῦτο· τὸν δ' ἐκεῖνο· ἔστι δ' ὧν καὶ πλείω κατωρθωκότα· ὃς δ' εἰς ἅπαντα καθῆκεν ἑαυτὸν, ἐργῶδες εὑρεῖν· πλὴν εἴ τις ἐφ' οὕτω τοῖς προῦβη τῆς τύχης, θαυμαστὸς οὗτος τῳότι ταυτησὶ τῆς φορᾶς, καὶ μόνος τοῦ παντὸς ἀξιώτατος χρῆσθαι· ὅταν δ' αὐτὸς ἡμῖν καὶ σοφίαν μετὰ πάντων τυγχάνῃς κατωρθωκὼς, οὐ τὴν καθ' ἡμᾶς μόνον ἧς ἔχεις τὰ πρῶτα, καὶ ἣν οἱ τῶν ἀνθρώπων ἀνδραποδώδεις καὶ τὴν γνώμην ὡς ἀληθῶς βάναυσοι, κακίζειν τολμῶντες, σφῶν αὐτῶν καταδικάζουσιν ἀλογίαν, οἷς ἄγαν ἀλόγως περὶ τὰ λόγου παντὸς ἄξια διατίθενται, καὶ ταύτης οὐ μέρος ἀλλ' ὅλην αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν ἰδέαν, ποίαν τινα περὶ σοῦ δόξαν ἐκτέον, καὶ τί σε δεῖ προσειπεῖν; Πότερον ὑπεράνθρωπον ἄνθρωπον, καὶ οἷόν τινα τελευταῖον ξυμπάσης τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως ὅρον, ἢ θεσπέσιόν τι καὶ ὑπερφυὲς καὶ καινότατον χρῆμα καὶ παντοδαπὸν ἀγαθὸν, καὶ ὅλως μοναδικήν τινα καὶ ξένην οὐσίαν καλοῦ, ἐξ ἅρα πάντων τῶν τῆς ἀρετῆς μορίων συγκεκραμένην οὔτε πρὸς παράδειγμα φέρουσαν, οὔτ' αὖ ἐσομένην παράδειγμα, ἀλλ' αὐτὴν πρώτην καὶ μόνην ἀναφανεῖσαν τῷ βίῳ καθάπερ φασὶν τὸν ὄρνιν τὸν ἱερὸν; Οὕτω σοι στεφάνων πανταχόθεν προσήκει, καὶ οὐδὲν οὐδοτιοῦν

C XXV. Jam ut pulcherrimarum rerum omnium particeps quisquam fuerit, easque pariter complexus sit, id haud scio cui unquam post hominum memoriam, contigerit; itaque neminem proferre possumus, qui per omnia gradum intulerit, rectequo cuncta assecutus sit; alios quidem in alio alioque optimarum artium genere sigillatim, nonnullos item in compluribus præclare elaborasset: qui ad omnia sese demiserit, haud facile repertum iri; verumtamen si eo fortunæ quisquam progressus fuit, hic ipse certe ob singularem progressionem admirandus, unusque porro dignissimus erat, qui universa ista felicitate in solidum frueretur. Quando vero tute nobis sapientiam una cum cæteris omnibus perfecte hausisti, non D nostram Christianorum modo, cujus primas tenes, et quam servili homines ingenio, et vere illiberali abjectoque animo præditi, dum incessere non verentur, semet ratione destitui arguunt, eo quod valde irrationabili modo erga ea affecti sunt, quorum summa merito habenda ratio erat: tum et sapientiæ hujus non partem aliquam tenes, sed ipsam totam, ut verbo dicam, ideam; quam sano de te habere convenit opinionem, quove te nemine compellabimus? Utrum plus quam humanum hominem, et velut extremum totius naturæ nostræ terminum? an divinam quamdam humanumque fa-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

stigium egressam, et novitate sua rarissimam rem, bonumque quoddam universale; et postremo unicam omnino atque peregrinam quampiam pulchri essentiam, ex universis virtutis partibus conflatam: eamque de nullo exemplari expressam, nec imitabile aliis exemplar futuram, sed primam eamdem ac solam mortalibus ostensam, more sacræ avis, quam dicunt, usque adeo undique tibi coronæ debentur: nihilque pulcherrimarum rerum est, quod non tuis laudibus materiam suppeditet, tuæque gloriæ mirifice velificetur. Verumenimvero quod nulla penitus re, ad censum virtutum pertinente, abstinueris, sed hæc omnia ita simpliciter complexus fueris, ut nemo alius ullam virtutem unam, illius rei clarissimum argumentum est incredibilis tua ad Deum familiaritas, et quod ex divino hoc consortio Deus tutemet ipse pene evasisti: cujus consortii, tametsi dictu fortasse absurdum videatur, hunc in modum particeps jam eras, priusquam esse cœperas, hominesque inter censeri.

A ἐστὶ τῶν καλλίστων, ὃ μὴ πρὸς ἔπαινον τὸν σὸν χρηγεῖ· καὶ τὰ μεγάλα πρὸς εὐφημίαν ξυμβάλλεται· ἀλλ' ὅτι μὲν τῶν εἰς ἀρετὴν φερόντων ἑνὸς οὐδενὸς τοπαράπαν ἀπέσχου, ἀλλὰ καὶ πάντων τούτων ἁπλῶς οὑτωσὶ περιέσχου, ὡς οὐδενός τινος τῶν ἄλλων οὐδείς, τεκμήριον ἐναργὲς, ἡ θαυμαστή σοι πρὸς Θεὸν οἰκειότης, καὶ τὸ Θεὸν ἀμέλει γενέσθαι τῇ πρὸς αὐτὸν κοινωνίᾳ· ἧς εἰ καὶ παράδοξον φάναι, καὶ πρὶν ἥφθαι τοῦ εἶναι, καὶ πρὶν εἰς ἀνθρώπους τελέσαι, τοῦτον τὸν τρόπον διετέλεις μετέχων.

XXVI. Quippe si quos egregie bonos seque dignos futuros præcognovit Deus, eos necdum susceptos natosque prædestinat, et ut ingens aliquod emolumentum, omnisque decoris publici sæculo auctores futuros, despondet; tu vero de illis eras, quos longe optimos idem præcognovit, eaque re prædestinavit; ita probabile sane, sive verius omnino necesse est, non eo duntaxat tempore quod dixi, charum te Deo familiaremque fuisse, sed et omnis virtutis, ut verbo dicam, excellentissimum opificem, nimirum virtutis causa prædestinatus, valde item admirabilis, aliisque omnibus excelsior factus es, virque profecto illiusmodi, ut tametsi prædestinatus non fuisses, merito prædestinari debueris; quippe qui unus omnia aliis omnibus sigillatim præstita junctim comprehenderis confecerisque.

B ΚΖ'. Εἰ γὰρ οὓς μὲν καλοὺς κἀγαθοὺς ἐσομένους, καὶ μᾶλ' ἀξιόχρεως ἑαυτοῦ προῄδει Θεὸς, τουτουσὶ προορίζει καὶ μήπω γεγονότας· ὡς μέγιστον ἀγαθὸν καὶ πάντ' ἐσομένους τῷ βίῳ προμνᾶται· σὺ δὲ τῶν μάλιστ' αὐτῷ προεγνωσμένων βελτίστων, καὶ διατοῦτο προωρισμένων ὑπῆρξας, ἔοικας, μᾶλλον δὲ πᾶσα ἀνάγκη, οὐ μόνον καθ' ὃν ἔφην χρόνον θεοφιλής τις εἶναι, καὶ οἰκεῖος αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀρετῆς ὡς εἰπεῖν ἄκρος ἐργάτης. Δι' ἣν καὶ προωρισμένος θαυμαστός τις ἄγαν καὶ ὑπὲρ πάντας ἐγεγόνεις τοὺς ἄλλους, καὶ οἷος, εἰ καὶ μὴ προώρισο, εἰκότως ἂν προωρίσθαι· ὡς πάντα τὰ πᾶσι τοῖς ἄλλοις καθὲν εἰργασμένα, μόνος αὐτὸς συνειληφώς τε καὶ καταπράξας.

XXVII. Porro de eloquentia tua dicere aggrediens tuam mihi eloquentiam tuæque orationis robur contingere velim, quo ex merito illam suo commendare queam; is etenim tu es, si summatim res exponenda, qui non aliter in omnibus orationis formis, quam in una quapiam elaboraveris. Rursus unamquamque ita perfecte accurateque pertractaveris, ut haud promptum videre sit, in quanam potissimum regnes, et cui primæ penes te debeantur partos. Non enim ad philosophiam solam, omissa oratoria, animum appellendum duxisti, neque e contrario in arte oratoria operam omnem, spreta philosophia, tibi ponendam existimabas.

C ΚΖ'. Λόγων δὲ πέρι λέγειν ἐθέλων τῶν σῶν, λόγους ἂν τοὺς σοὺς ἐβουλόμην, καὶ τὴν τῶν σῶν λόγων ῥώμην κεκτῆσθαι, ὡς τὰ γιγνόμενα περὶ αὐτῶν διϊέναι· σὺ γὰρ οὖν, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ὁ λόγων μὲν πᾶσαν ἰδίαν ὡς δή τινα μίαν ἐξησκηκώς· οὕτω δ' εἰς ἄκρον καὶ μετ' ἀκριβείας ἑκάστην, ὡς ξυνιδεῖν ἄπορον εἶναι ποτέρᾳ τούτων πλεονεκτεῖς, καὶ τίνι δοῦναι δεῖ τὰ πρεσβεῖα. Οὐ γὰρ αὐτὸ τοῦτο μόνον φιλοσοφεῖν ᾧου δεῖν, ῥητορεύειν δ' οὐκέτι· οὐδ' αὖ ῥητορεύειν μὲν καθάπαξ, τοῦ δὲ φιλοσοφεῖν ἀλογεῖν.

XXVIII. Rursus neque utriusque tu quidem rationem habebas, sed ex parte quadam duntaxat habebas, ita ut neutrius disciplinæ plenus integerque tibi usus in solidum constaret; verum uniusrationis ambas hasce partes esse ratus, cum præterea scires perfecte sapientem per omnia permeaturum, ita hisce te studiis dedidisti, ut nihilosecius et philosophando eloquentiæ operam dares, et invicem causas orando philosophiam excoleres, et in utroque genere admirabilis esses, et hac in parte velut tibi ipsi longe præstares, quod nec studia philosophiæ oratoria facultate spoliares, neque hanc ipsam philosophiæ præsidiis destitutam exiberes, sed alteram alteri magna dexteritate copulares, mutuisque utramque exornares ornamentis.

D ΚΗ'. Οὐ τοίνυν οὐδέ σοι τῶν ἑκατέρων ἐμέλησε μὲν, ἐμέλησε δὲ ἀπὸ μέρους, ὡς ἐνδεῶς καὶ τούτῳ κἀκείνῳ κεχρῆσθαι· καὶ μηδενὶ διαρκῶς, ἀλλ' ἑνὸς ἄμφω ταῦτα λόγου μέρη νομίσας, καὶ τὸν τῳόντι σοφὸν εἰδὼς διὰ πάντων ἥκοντα, οὕτω τούτοις σαυτὸν ἐμπαρέσχες, ὡς μηδὲν ἧττον καὶ οἷς φιλοσοφεῖς ῥητορεύειν, καὶ οἷς ῥητορεύεις φιλοσοφεῖν, καὶ εἶναι θαυμαστὸς ἐν ἀμφοῖν, καὶ οἷον βέλτιστος αὐτὸς σεαυτοῦ τούτῳ τῷ μέρει, οὔτε τὸ φιλοσοφεῖν ῥητορείας ἀποστερῶν, οὔτ' αὐτὴν ταύτην ἀμέτοχον φιλοσοφίας δεικνύς· ἀλλ' ἑκάτερον ἑκατέρῳ δεξιῶς ἄγαν συνάπτων, καὶ δι' ἑκατέρου κοσμῶν ἑκάτερον.

XXIX. Quanquam quid est quod dico? sic hæc

ΚΘ'. Καίτοι τί λέγω; οὕτω γὰρ Ἑρμῆς κατ' Αἰσχύ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λον ταῦτ' εὐλόγως ξυνήγαγεν, ὥς τε τοὺς μὲν φιλοσοφοῦντας τῷ ῥητορεύειν, τοὺς δὲ ῥητορικοὺς φιλοσοφίᾳ παρέρχῃ· μᾶλλον δὲ φιλοσόφους μὲν τῷ φιλοσοφεῖν, ῥητορικῇ δὲ τοὺς ῥήτορας: τοὺς δὲ καὶ ἄμφω δεινοὺς, τῷ τούτοις αὐτὸς διαφερόντως ἐκλάμπειν, καὶ εἶναι προσέτι ποιητικός· οὗ τοσοῦτον αὐτῷ περίεστι καὶ οὕτω μετέχει τουτωνὶ τῶν χαρίτων, ὡς οὐχ ὅπως μηδὲν ἧττον φιλοτιμίαν ἐντεῦθεν, ἢ ἐξ ὧν ἔφην τούτῳ προσεῖναι, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτῶν αὐτῷ προσήκειν ἐπαίνωνιεί γὰρ μηδὲν [*f.* μηδὲ] ἐκεῖνα προσῆν, τοῦτο δ' αὐτῷ μόνον παρῆν, τοσαύτην ἂν περὶ λόγους ἐξ ἄρα τούτου μόνου δόξαν ἔμελλεν ἴσχειν, ὅσην τούτου κἀκείνων ἅμα προσόντων, κέκτηται νῦν, καὶ ἄκρος ἐξίσης ἀκούειν.

A enim probabiliter conduxit Mercurius, ut apud Æschylum est, ut philosophiæ sectatores oratoriæ artis studio, dicendi studios philosophiæ peritia anteires, aut ut rectius dicam, philosophus exqui sita phylosophiæ notitia, oratores arte oratoria, vinceres: rursus qui utraque præstarent, quod ipse et eximio utriusque splendore præfulgeres, et insuper poeticæ perstudiosus esses, cujus artis tanta noster facultate pollet, illiusque gratiis ita circumfluit, ut non modo nihil illi minus gloriæ inde partum sit, quam ex iis disciplinis, quas diximus; sed et eædem illi debeantur laudes, quippe etiamsi illæ penitus abessent, sola ipsi residua manente poetica, tantum em haud dubie solidæ gloriæ ex hac una habiturus erat, quantum nunc ex universis simul indeptus est, et perinde summus futurus.

Λ'. Τίς γὰρ τούτου κοῖς ἔπεσιν ἐντυχὼν, οὐκ εὐθὺς ἀνίσταται τὴν ψυχὴν, καὶ τούτων ὅλος ὑφ' ἡδονῆς γεγονὼς, γυσαποσπάστως ἔχει; Καὶ παραμένειν εἰσάπαν ἐθέλει, καὶ μηδαμῶς ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ θαυμαστήν τινα ψῆφον ἐκφέρειν περὶ αὐτῶν. Καὶ οἵαν οὐδείς πω περὶ οὐδενὸς τῶν προτέρων καὶ δόξαν ἐπὶ τηλικούτοις ἐχόντων, ὁμοῦ μὲν τοῦ κάλλους αὐτὰ καὶ τοῦ πλήθους θαυμάζων, ὁμοῦ δὲ καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς θείας κατὰ τὸ ἔπος ὁμφῆς, ἀπορρήτῳ τινὶ πεδούμενος κατοχῇ, ἣν ὁποία τις ἐστὶ λέγειν οὐχ οἷός τε ὤν. Μόνη γὰρ αὕτη πεῖρας, οὐ λόγου, δεῖται πρὸς μάθησιν, ἐκεῖνο μετὰ πάντων καὶ λέγω καὶ διατείνομαι, ὡς οὔτε τὸ κάλλος αὐτῶν ἀμβλύνεται δήπου διὰ τὸ πλῆθος, τό τε πλῆθος ἐκτασταχοῦ τὸ κάλλος καὶ τὸν ὄγκον φυλάττον, οὐδαμοῦ τούτων οὐδὲ καθοντινοῦν ἡδήποτε τρόπον ἐκπίπτει· ἀλλ' ἓν εἶναι σῶμα συμβαίνει τὸ πᾶν, ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας τὸ γιγνόμενον σῶζον ὡς τὸ μὲν κάλλος ἐντεῦθεν πολλῷ ποθεινότερον καὶ ἡδιον εἶναι διὰ τὸ πλῆθος· τὸ δ' αὖ πλῆθος, μηδ' ὀντινοῦν κόρον ὁτῳοῦν ἐμποιεῖν τῷ περιόντι τοῦ κάλλους· ἀλλὰ μὴν τὸ παντοδαπὸν τῆς ἐν τούτνις σοφίας καὶ τὴν διαφορὰν τῶν ῥυθμῶν τε καὶ μέτρων, μόνος ἐξεῦρε, μόνος δ' οὕτω κατώρθωκεν ὡς πάντας ἐκπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν καὶ μιμητὰς γίγνεσθαι μὲν ἐθέλειν, γέγνεσθαι δὲ οὐδὲν μᾶλλον εἰκότως.

B XXX. Quis enim est qui cum in carmina nostri inciderit, non protinus animo excitetur, præ ingenuaque ista voluptate totum sese iis dedens non ægre illinc avelli queat? cupit ille nimirum perpetuo iis immorari, nulloque inde modo discebere, sed et honorificentissimam de iis sententiam ferre, et qualem nemo adhuc de ullo veteris ævi, et illustri laude celebratorum, poetarum, tulit: simul videlicet venustatem carminum ingentemque numerum admiratus, simul item « divini sonitus, » ut cum poeta loquar (2), ineffabili vi attonitus vinctusque. Quæ vis cujusmodi sit cum explicare nequeam, soli namque illi ut recte intelligatur experientia, non verbi opus est, hoc una cum aliis affirmo ac contendo, quod nihil venustati corminum multitudo officiat quod ipsaque illa multitudo, dum C elegantiam suam ac magnificam gravitatem ubique retinet, nullo usquam loco modoque suis hisce dotibus excidat; unde fit sane, ut unum continuumqua hoc omne corpus fit, atque a summo vertice ad imos usque talos suam sibi competentiam servet; adeo ut hac ipsa copia haud paulo amabilior suaviorque venustas reddatur, et copia rursus ob adjunctam summam elegantiam, nullam cuiquam satietatem afferat. Sed et omnigenam carminum artem, rhythmorunque ac metrorum differentiam solus item hactenus perfecit, ut magna omnes in admiratione ac stupore versentur, imitarique aveant. et nihilo tamen plus, ut consentaneum est, imitari queant.

ΛΑ'. Οὔτε γὰρ ἐστὶν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν κόσμον ἐμποιούντων τοῖς λόγοις καὶ τούτους ἡδίους ἐργαζομένων, οὗ μὴ μειζόνως οὗτος καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐγγάτης κατέστη· καὶ μόνος συνείληχεν [*f.* συνείλεχεν] ἃ τοὺς ἄλλους ἰδίᾳ σεμνύνει. Ἐάν τε γὰρ νοημάτων πλῆθος περὶ πλείστου ποιῇς ὀξέων καὶ πιθανῶν, καὶ ποικίλων καὶ συνεχῶς ἄλληλα διαδεχομένων, καὶ θαυμαστήν τινα καὶ ἄτοπον εἰσαγωγὴν καὶ διαχείρησιν (1) τούτων· ἐάν γε λέξεων τὰς εὐγενε-

D XXXI. Non est enim, non est vero quidquam eorum quæ ornatum orationi inducere, eamque dulciorem efficere idonea sunt, cujus non majorem in modum supraque cæteros excellens noster artifex fuerit, solusque ea cuncta complexus tenuerit, quæ alios singula commendant. Quippe sive sententiarum fecundam copiam maximo in pretio habeas, scilicet quæ acutæ, aptæque ad persuadendum, et multa varietate distinctæ sunt, in-

(1) Διαχείρησιν. Sic perspicue librarius noster pro διαχείρισιν. Etiam alibi, ut Libanii epist. 66 fine, ἀπάλλαξον τοὺς οἰκέτας τῆς διαχειρίσεως, grandiusculo plane ἰῶτα et recentiore attramento sub quo vetus η delitescens adhuc transparet. Simile quiddam de voce μεταχείρισις ad Aristidem adnotavimus p. 483.

(2) *Iliad.* B, 41.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vicemque sese perpetua quadam consecutione excipiunt, harumque porro sententiarum mirificam ac inusitatam inductionem tractationemque ; sive verba generosissima, et mundissima, et exquisitissima, et Attricum ubique habitum retinentia, spectes ; sive rursus densissimas figurarum variationes, argutam celeritatem, flexusque, et artificiosas innovationes, et simul accuratam compositionem, decentemque numerorum collocationem, tum præterea venustatem cum festiva gravitate, morumque concinnitate junctam; adhæc item, et una cum his perpetuum in omnibus consensum conceniumque, ut musicam quamdam totum orationis animantem corpus : si hæc, inquam, universa quæris, in unius Gregorii orationibus, longeque profecto optima, eadem reperies : ita vero, ut neutiquam perspicere queas, quonam ipse genere præstet maxime ac eluceat : nempe primo quidque aspectu melius cæteris præstantiusque videtur, sed mox tamen paria inter se omnia, eademque cura ac divina animi incitatione scripta deprehenduntur, vincentia nimirum quidquid hujusmodi apud alios occurrit, sed a se invicem superata.

A στάτας καὶ καθαρωτάτας καὶ ἀκριβεστάτας καὶ τῆς ἀττικιζούσης ἕξεως εἰς ἅπαν ἰούσας· ἐάν τε σχημάτων ἐναλλαγαῖς [ἐναλλαγὰς] ἐπαλλήλους καὶ γοργότητας καὶ στροφὰς καὶ καινοτομίας ἐντέχνους, καὶ μὴν καὶ συνθέσεως ἀκρίβειαν καὶ ῥυθμοῦ τάξιν, καὶ κάλλος μετὰ σεμνότητος κεχαρισμένης καὶ ἤθους· καὶ πρὸς τούτοις καὶ μετὰ τούτων, τὴν διαπάντων ὁμολογίαν καὶ μουσικὴν τὴν τὸ ὅλον ψυχοῦσαν· ἐὰν ταῦτα πάντα ζητῇς, ἐν μὲν τοῖς αὐτοῦ λόγοις μόνοις εὑρήσεις μετὰ παντὸς τοῦ βελτίονος· ἐν ᾧ δὲ τούτῳ τὸ μᾶλλόν ἐστι καὶ ᾧ μειζόνως ἐκλάμπει, τὸ δ' οὐκ ἄν ποτε γνοίης· ἕκαστον γοῦν δοκεῖ μέν πως ὡς γ' ἐκ τοῦ προφαινομένου κρεῖττον δήπουθεν εἶναι καὶ τῶν λοιπῶν ὑπερέχον· ἐλέγχεται δὲ πάντ' εὐθὺς ὄντα τῶν ἴσων, καὶ τῆς αὐτῆς B σπουδῆς καὶ βακχείας, νεκῶντα μὲν τὴν [an τὰ ?] τῶν ἄλλων, ὑπὸ δ' ἀλλήλων νικώμενα.

XXXII. Scilicet quemadmodum sol non in alia locorum plus, in alia minus radios suos jacit, sed pari et simili per omnia gradu fertur, eodemque universa fulgore replet ; ad eumdem et noster modum, illud ubique sequitur, quod in suis præcipue eminet, utque in omnibus ipse æqualiter optimus sit laborat, velut necessistate quadam sibi statuta, ne quid usquam ulloque modo de altissima illa sublimitate sua remittat : quo fit, ut quidquid admirationis cunctis pariter tum poetis, tum oratoribus debetur, id omne unus sibi meritissime C vindicet. Quippe quæ cæteri membratim modo attigerunt, ipse permensus universa ; qui item ut suis rebus omnibus longe cæteros anteit, ita hac in parte etiam semetipsum prævertit. Ea namque contentione adnixus est, ut neque ulla penitus proba venustaque orationis idea minus ipse instructus esset, neque rursus ut vitæ integritate illi concederet, quem facultate dicendi proximum haberet ; tam vero item ut ipsam eloquentiæ artem in altius fastigium attolleret exornaretque, et meliorem ei illustrioremque circumfunderet gloriam.

ΛΒ'. Ὡς γὰρ ὁ ἥλιος οὐ τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δ' ἧττον ἐπαφίησι τὰς ἀκτῖνας, ἀλλὰ δι' ἴσου καὶ ὁμοίου χωρεῖ, καὶ τῆς αὐτῆς πάντ' ἐμπίπλησιν αἴγλης, ὡς δὲ καὶ οὗτος ἑκασταχοῦ τῶν αὐτοῦ μεγίστου λόγον ποιεῖται καὶ τοῦ γε διαπάντων κράτιστος εἶναι· ὥσπερ εἰς ἀνάγκην δή τινα καταστὰς, μηδαμοῦ τῆς ὑπερβολῆς μηδ' ὁπωστιοῦν ὑφιέναι· ὥσθ' ὅ πᾶσιν ὁμοῦ καὶ ποιηταῖς καὶ λογοποιοῖς ὀφείλεται θαῦμα, μόνος οὗτος τούτου τογχάνειν δίκαιος ἂν εἴη. εἴπερ ὁ μὲν διαπάντων ἀφῖκτο, οἱ δ' ἐπὶ μέρους ἐχρήσαντο τούτοις· ὅπου γε καὶ τοῖς αὐτοῦ πᾶσι τοὺς ἄλλους καθάπαξ νικῶν ἐν τούτῳ τῷ μέρει, καὶ αὐτὸν παρελαύνει· οὕτως ἐσπούδακε μήτ' αὐτὸς μηδ' ἡστινοσοῦν τοπαράπαν δοκίμου καὶ κεχαρισμένης λόγων ἰδίας ἀπολελεῖφθαι, μήτε μὴν τὸν ἐγγὺς ἂν αὐτοῦ γεγονότα τῷ βίῳ καταλιπεῖν, ἀλλὰ τοὺς λόγους αὐτοὺς εἰς ὕψος ἄραί τε καὶ κοσμῆσαι καὶ βελτίω καὶ περιφανεστέραν δόξαν αὐτοῖς περιθέσθαι.

XXXIII. Quippe si quisquis artem quamlibet de iis quæ ab se inhonoratæ sordidæque habentur perfectissime excoluit, sua ipse laude eamdem paritur cohonestat : quid de te, quæso, nobis dicendum, qui ita omnem sane liberalem artem solus assecutus es, ut nemo alius unam quampiam ? D solus item unamquamque adeo feliciter perdidicisti perfecistique, tum supra alios omnes quæ jam reperta tradebantur exercendo, tum ad hæc plurima et optima adinveniendo pertractandoque, ut inde non modo acriore studio expeti majoreque in pretio has esse disciplinas videamus, sed et si quo casu de medio sublatæ fuissent, de te tuisque scriptis nihilo certe deterius, quam inveniæ olim fuerant denuo ipsas restitui in vitamque revocari potuisse.

ΛΓ'. Εἰ γὰρ ὁ τέχνην ἡντινοῦν τῶν εὐτελῶν τε καὶ φαύλων εἰς ἄκρον κατωρθωκὼς οἷς αὐτὸς ἐπαινεῖται ταύτην σεμνύνει, τί περὶ σοῦ φήσομεν, τοῦ μόνου μὲν ἁπάσης λογικῆς ἐπιστήμης οὕτω μετεσχηκότος, ὡς οὐδενός του τῶν πάντων μιᾶς ; μόνου δ' ἑκάστην οὕτως ἐξησκηκότος τε καὶ κατωρθωκότος καὶ οἷς ὑπὲρ πάντας τοὺς ἄλλους τοῖς κειμένοις ἐχρήσω, καὶ οἷς πλεῖστα καὶ κάλλιστ' αὐτὸς προσεξεῦρές τε καὶ προσεξειργάσω, ὡς οὐχ ὅσον ἐντεῦθεν αὐτὰς ζηλωτοτέρας ὁρᾶν καὶ μείζω δεχομένας ἔπαινον ἀλλὰ καὶ εἴ πως ἐκ μέσου ταυτασὶ γεγενῆσθαι ξυνέβη, ἐξ ἄρα σοῦ καὶ τῶν σῶν λόγων, ἀναλαβεῖν ἔχειν ἔτ' αὖθις τῶν εὑρηκότων πρόσθεν οὐχ ἧττον, καὶ κατεστῆσαι πάλιν τῷ βίῳ ;

XXXIV. Quam meam sententiam vel inde rectius quisquam animadvertat. Quippe si et artis

ΛΔ'. Γνοίη δ' ἄν τις ἐκεῖθεν ἀκριβέστερον ὃ λέγω. Εἰ γὰρ ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας ἐξετάσει τὰ εἴδη,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σὲ πάντως παντων ἄκρον εὑρήσει τεχνίτην πολλῷ θαυμαστότερον καὶ καλλίω τῶν ἐξ ἀρχῆς προστατῶν· τῆς μὲν, πρὸς τῷ πρακτικῷ, τό τε θεωρητικὸν καὶ θεολογικὸν καὶ προσέτι διαλεκτικὸν ὑπερφυῶς κεκτημένον· οἷς δὲ ῥητορικὸς ὢν τυγχάνεις, δεινότατον πάντων, νῦν μὲν πανηγυρίζειν, νῦν δὲ συμβουλεύειν, νῦν δὲ θατέρῳ κεχρῆσθαι καὶ εἶναι δικανικόν· ἔστι δ' οὗ καὶ πᾶσι τούτοις ὁμοῦ· μάρτυρες δὲ ἀξιόχρεῳ, οἱ σοὶ μάλιστα λόγοι πᾶσαν τηλικαύτην ἰδέαν δεικνύντες ἐκ περιττοῦ, καὶ πάντας ἐκπλήττοντες καὶ προσέτι πείθοντες, μὴ μόνον σὲ γλῶτταν σοφίας, ἀλλὰ καὶ νοῦν ἁπλῶς ὀνομάζειν παντὸς μᾶλλον Ἀναξαγόρου, ὃν οἱ πρόσθεν νοῦν ἐπικάλουν, διὰ τὸ τοῦ τον οὕτω τοῖς πράγμασιν ἐπιβάλλειν δύνασθαι, ὥσπερ τινὰ λελυμένον σώματος. Ἀλλὰ μὴν ἀστρονομίας πέρι καὶ γεωμετρίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν ταυταισὶ ξυνημμένων, ἐκεῖνο λέγω ὅτι καὶ τούτων εἴπερ τις καὶ οὗτος κτησάμενο, ἐπιστήμην, καὶ ὅπως ταῦτ' ἔχει καταμαθὼν, οὐδὲν γὰρ ἀνεπιχείρητον οὐδ' ἀνεξέταστον τῷ σοφῷ, πολλοῦ γε καὶ τοῦ παντὸς ἐδέησε τούτοις πᾶσι κεχρῆσθαι· ἀλλὰ τοῖς μὲν, τοῖς δ' οὔ· ὅσα γὰρ αὐτῶν εἰκότα καὶ ἀναγκαῖα, ταῦτα παρ' ἑαυτῷ κατασχὼν, τἄλλα τοῖς ἄλλοις παρῆκεν, ὡς ὄντα πόρρω τῶν ἱερῶν καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς αἱρέσεως· οὐχ ὧν προείλετο θαυμαζόμενος μᾶλλον, ἢ ὧν ὑπερεῖδεν· ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς πάντα μὲν οἶδεν ὡσαύτως τά τε λυσιτελοῦντα τῶν φαρμάκων καὶ ἄττα πρὸς βλάβην, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀπέχει καθάπαξ ὡς ἄν τις μὴ γνοὺς, ἃ δὲ πρὸς μὲν τῶν καμνόντων ἐστὶ, τῇ νόσῳ δὲ πολεμεῖ, μετὰ δὲ τῆς τέχνης ἵσταται τούτων ὡς οἰκείων ἀντιποιεῖται, καὶ τούτοις προσέχει τὸν νοῦν, ὁμοῦ μὲν ὡς ἐπίσταιτο σώζειν, ὁμοῦ δὲ καὶ ὡς ἑκατέρων εἴη τεχνίτης δεικνὺς, τῷ μὴ τηνάλλως μηδ' εἰκῇ φέρεσθαι, ἀλλ' ἃ προσήκει, ταῦτ' ἐκ παντὸς τρόπου διώκων, ἃ μὴ προσήκει καὶ προσέτι λυμαίνεται, ταῦτα χαίρειν ἐᾷ.

A oratoriæ et philosophiæ partes excutiat, omnium te omnino summum reperiet artificem, longeque mirabilem magis præstantioremque primis ipsis cujusque magistris, quando philosophiæ partes omnes tum activam, tum contemplativam, divinæque item naturæ explicatricem, atque illam præterea quæ disserendi rationem complectitur, pene ultra humani ingenii molum tenebas, rursusqua oratorii ingenii studiique specimen præbes, omnium te solertissimum comperiet, modo in panegyrico, modo in suasorio causarum genere, modo rursus ut et horum alterutrum usurpes, et simul judiciali impetu feraris, aliquando item ut hæc omnia in unum conducas: cujus rei sane quam locupletes testes tuæ orationes sunt, in quibus formas hasce omnes luculentissime expressas videre est, quæ B cum admirationem omnibus movent, tum te non os modo linguamque sapientiæ, sed et mentem simpliciter appellandum esse persuadent. Idque non paulo rectius quam Anaxagoram quempiam, quem hoc veteres nomine vocabant, quod haud aliter in naturas rerum penetraret, quam mens quædam suo exsoluta corpore. De astronomia vero et geometria, cæterisque quæ cum iis cohærent disciplinis, hoc habeo dicere, quod etsi earum, si quis unquam alius, eximie noster peritus erat, quoque illa omnia comparata modo essent compertum habeat, nihil enim vir sapientissimus intactum inexcussumque omisit: procul ille tamen, imo longissime ab eo abfuerit, ut iisdem omnibus postea uteretur; aliis enim usus est, aliis non item nempe C retentis quam maxime probabilibus atque necessariis, cætera aliis, velut a religione sacrisque nostris longius remota, linquebat. In quo non magis ille admirandus ob ea est quæ sibi delegit, quam quæ rejecit: quandoquidem et medicus omnium pariter notitiam medicamentorum habet, tum salutarium, tum pestiferorum; sed his ille quidem perinde abstinet, atque eorum quispiam penitus ignarus; quæ vero ægrotantibus prosunt, et morbo adversantur, artemque adjuvant, illa ut familiaria et sua sibi vindicat, illisque animum advertit certam hoc ipso fidem faciens, quod et ægris medendi peritus, et cæterorum item intelligene artifex existimatorque, sit, dum non frustra, nec temere fertur, nimirum quæ opportuna ac domestica sunt, ea modis omnibus consectans, alienis, eisque noxiis, rejectis.

ΛΕ'. Τὸ μὲν δὴ περὶ τοὺν λόγους αὐτῷ κράτος καὶ τὴν τῆς σοφίας ὑπερβολὴν, καὶ ὡς κάν τούτῳ τῷ μέρει πάντων καθάπαξ ὑπέρκειται, οὐ προσαξίαν οὐδ' ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι δοκῷ, ἀλλ' ὅσον ἐξ ἄρα ῥαύλων καὶ μικρῶν τῶν ἀκτίνων, τὸ τοῦ ἡλίου λαμπρὸν ἐνδεδεῖχθαι. Ὅτι μὲν γὰρ τοῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ τοῦτον ἀμέλει τὸν τρόπον, ἅπαντες ἴσμεν καὶ πάνυ τοι μέγα βοῶμεν· ὁποῖον δ' ἄρα καὶ ὅπως ἔχον ἐστὶν, οὐδ' ἂν εἷς οἶμαι τῶν ἄκρων ἐν λόγοις δύναιτο φάναι, ἀλλ' ἅπασαν λόγων ἰσχὺν ἡ τῶν τούτου λόγων ὑπερβαίνει περιουσία. Καὶ ὥσπερ εἴσω τῆς αὐτοῦ μούσης ἅπαντες πίπτουσι, καὶ ὡς τῶν πάντων οὐδεὶς ἀμφισβητῶν εἴη τῶν ἴσων, οὐδ' ἔτ' ἐσαῦθις ἀμφισβητήσων, οὐ μᾶλλόν γε ἢ καὶ ὁ τὴν αὐτοῦ σκιὰν ὑπερβῆναι σπουδάζων, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοῦ λέγειν ὑπὲρ αὐτῆς ταύτης ἔχειν, ἐκπίπτουσι πάντες ὁμοίως.

XXXV. Sic igitur eximiam nostri in arte dicendi præstantiam summamque sapientiam, et D quod hac etiam in parte longo omnes intervallo supervectus est, neutiquam digne nec plene satis exsecutus mihi videor, sed hactenus, ut ex obscuris quibusdam exilibusque radiis fulgentissimus solis splendor utcunque monstretur. Hæc enim hunc omnino ad modum comparata esse omnes equidem exploratum habemus, magnaque voce confirmamus; qualia vero illa, et cujusmodi reapse sint, id vix, ac ne vix quidem, eloquentissimorum aliquis oratorum facile exposuerit. Omnes videlicet eloquentiæ vires excellens orationum nostri artificium exsuperat. Perinde enim ut infra illius musam omnes subsidunt, atque nemo omnium cum illo de palma nunc, aut olim, certare ausit, haud saltu trasilire se postulet, eodem utique modo ut meliore sane spe quam qui suam ipsius umbram nostri facundia, prout meretur, dicant, omnes atque irrito conatu laborant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

XXXVI. Sed tempus nunc tandem fuerit commemorare nostri in patriam reditum, et simul ostendere, tum quod insito ille erga parentes amore adductus summum gloriæ gradum facile neglexerit, tum quod Athenienses in maximis id omnino posuerint, ut ipsum in omne sibi tempus auctoratum tenerent. Quippe ubi ea quorum causa urbem adiisset, perfectissime hauserat feliciusque quam alius quisquam, nobis cognitus, absolverat, votique sui omnis plane compos factus erat; ita Athenis excedere, et ad domesticum farem redire statuit, quando nihil præterea supererat, quod iis in locis illum detineret. Nam et suorum illum parentum urgebat desiderium et ante id ipsum, itemque post idipsum, jampridem nuncupatum Deo sanctioris vitæ votum, et magna hæcce promissa atque destinata. Surgit igitur et Athenis, illo oratoriæ domicilio, verisimum ipse artis illius domicilium, abit: atque in patriam ad suos lætus lattantesque revertitur, tanto Atheniensibus, quod eos reliquisset, relicto luctu, quantam allaturus fuerat voluptatem, si apud ipsos manere animum induxisset. Quippe qui omnes adhibebant machinas ad hominem perpetuo tenendum, sophistici professoriique subsellii, summorum item maximorumque honorum auctoramento, quo hos tandem animo fuisse credas illo jam iter suum ingreniente? Quanquam vero ut maneret ab ipso impetrare nequebant, non ideo missum penitus faciebant, verum quibus monstrare modis poterant, hoc ipso, quod hominem apud se non retinuissent, eo maximam sese jacturam, suopte judicio fecisse, eamque ferre vix posse; et hanc tamen sui contemptionem non modo non ægrius sane accipere, sed contra unumquemque identidem hunc nostrum, ut optime de se meritum, spirare nominisque illius commemorationem pro linguæ oblectamento habere, omniaque alia perpeti promptius, quam vel minimum ab usurpatione memoriæ laudumque ipsius digredi, illiud non obscure monstrabant. Hunc itaque in modum cum erga illum animati essent, nihilo ipsum secius apud se retinebant, tametsi hominem ipsum nulla ex parte retinerent, retinebant illum videlicet in pulcherrimo et appositissimo loco, suo ipsorum animo. Id quod haud paulo gloriosius nostro, mea sententia, fuit, quam positæ olim Harmodio atque Aristogitoni statuæ: illæ nimirum in foro publico collocatæ stabant, at noster in animis omnium intimisque sensibus dedicatus erat; illas ævi vetustas consumpsit, noster ævo omni vigens virensque persistit, non sine summa admiratione sermonibus mortalium usurpatus auditusque, perinde ut maxima Athenieusium tropæa, Marathon, et Salamis, et nobile Artemisium. Proinde absens etiam tanto Atheniensibus studio colebatur, ut unus singulari modo, supraque præstantissimos quosque admirabilis haberetur, omniumque in ore ut longe omnium princeps esset. Præterea ita addicti absenti erant adhærebantque, sic uniceque de illius gratiis pendebant, ut non modo velut cum ipso præsente agere viderentur, eumque intueri, et cum

ΛΣ. Καιρὸς δ' ἂν εἴη λοιπὸν, καὶ τῆς πρὸς τὴν πατρίδα τούτῳ καθόδου μνησθῆναι. καὶ δεῖξαι τὸν μὲν, διὰ τὴν πρὸς τοὺς γεγεννηκότας στοργὴν, δόξης τῆς μεγίστης ὑπεριδόντα, Ἀθηναίους δὲ τὸ τοῦτον εἰσάπαν κεκτῆσθαι, τοῦ παντὸς τιμωμένους. Ὡς γὰρ ὧν εἵνεκ' ἀφῖκτο, ταῦτ' εἰς ἄκρον ἀσκήσας, καὶ ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις κατωρθωκὼς, καὶ τῆς ἐφέσεως ἁπάσης τυχὼν, ἔπειτ' ἀναχωρεῖν Ἀθήνηθεν ἔγνω καὶ πρὸς τὰ οἴκοι χωρεῖν, ἑνὸς οὐδενὸς ἔτ' ὄντος, ὃ τοῦτον ἐνταῦθα καθέξει· ὅ τε γὰρ τῶν τοκέων κατήπειγε πόθος, καὶ πρὸ τούτου καὶ μετὰ τοῦτον αἱ πρὸς Θεὸν ἐξ ἀρχῆς ὑπὲρ φιλοσοφίας ξυνθῆκαι, καὶ τα μεγάλα ταῦτ' ἐπαγγέλματα καὶ βουλεύματα, ἀπανίσταται μὲν Ἀθηνῶν καὶ τῆς τῶν λόγων ἑστίας, ἡ τῶν λόγων ὄντως ἑστία· πρὸς δὲ τὴν πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους χαίρων χαίροντας ἐπανήκει· τοσοῦτον Ἀθηναίοις ὅτι τούτους ἀπέλιπε πένθος καταλιπών, ὅσην εἰ παρ' αὐτοῖς μένειν ἠρεῖτο παρέσχεν ἂν ἡδονήν. Οἱ γὰρ ὅπως τοῦτον εἰς τέλος κατάσχοιεν πάντα ποιοῦντες, καὶ τοῦτο μὲν, τὸν σοφιστικὸν καὶ παιδευτικὸν αὐτῷ θρονον, τοῦτο δὲ τὰς πρώτας καὶ μεγίστας διδόντες τιμὰς, πῶς ποτ' αὐτοὺς διατεθεῖσθαι νομίζεις ἀναχωροῦντος ἐκείνου; Οὐ μὴν οἷς πεῖσαι οὐκ ἴσχυσαν καὶ τούτου καθάπαξ ἀπέστησαν· ἀλλ' οἷς ἔσχον ὅτι μὴ παρ' ἑαυτοῖς τοῦτον κατέσχον, ὡς τῶν μεγιστων ἀποστερεῖσθαι νομίζειν, καὶ μὴ δύνασθαι φέρειν, καὶ μὴ μόνον δυσχερῶς ὑπερφρονούμενοι σχεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦτον ὡς εὐεργέτην ἑκάστοτε πνεῖν, καὶ γλώττης τρυφὴν ποιεῖσθαι τὰ τοῦδε· καὶ πάντα παθεῖν ἔχειν ἑτοίμως, ἢ τῆς αὐτοῦ μνήμης καὶ τῶν ἐπαίνων καὶ μικρὸν ἀποστῆναι· δηλοῦσι δήπου σαφῶς καὶ οἷς οὕτως ἔσχον, οὐδὲν ἧττον κατέσχον, καὶ μηδὲ αὐτὸν κατασχόντες· ἐν γὰρ καλλίστῳ καὶ καιριωτάτῳ τῇ σφῶν διανοίᾳ τοῦτον κατέσχον· Ὃ καὶ μεῖζον εἰς φιλοτιμίαν ἔγωγε τούτῳ νομίζω, ἢ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι τὰς εἰκόνας, εἴπερ αἱ μὲν ἐπ' ἀγορᾶς σφίσιν ἑστᾶσιν, ὁ δ' ἐν ταῖς ἁπάντων ἵδρυται ψυχαῖς καὶ ταῖς γνώμαις· καὶ νὰς μὲν ἀνεῖλετ ὁ χρόνος· ὁ δὲ κατὰ παντὸς ἀκμάζων ἕστηκε χρόνου, λεγόμενός τε καὶ ἀκουόμενος σὺν ὅτι μάλιστα τῇ ἐκπλήξει· καθάπερ τὰ μέγιστ' αὐτοῖς τῶν τροπαίων. Μαρπθών τε καὶ Σαλαμὶς, καὶ τὸ καλὸν Ἀρτεμίσιον. Ὁ μὲν οὖν καὶ ἀπὼν, Ἀθηναίοις οὕτω περισπούδαστος ἦν, ὡς διαφερόντως καὶ πάντας θαυμαζεσθαι τοὺς ἀρίστους, κἀν τοῖς ἁπάντων ὡς προὔχων ἁπάντων στόμασιν εἶναι. Καὶ πάλιν ἀπόντος οὗτοι τοσοῦτον εἶχοντό τε καὶ περιεἶχοντο, καὶ τῶν αὐτοῦ καθάπαξ χαρίτων ἐξείχοντο, ὡς μὴ μόνον ὡς παρόντι τούτῳ ξυνεῖναι δοκεῖν καὶ ὁρᾶν καὶ κεχρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ μονονοὺ τὴν ψυχὴν ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ λόγοις ἐχειν, καὶ τούτῳ ζῆν μᾶλλον ἢ σφίσιν αὐτοῖς· ἐπεὶ καὶ ψυχή τις αὐτῶν ὡς εἰπεῖν ἐδόκει παρῶν· τοὺς μὲν προσάγων καὶ ξυνιστὰς τῷ Θεῷ· τοὺς δ' ἐπιβεβαιῶν καὶ στηρίζων καὶ ἀκλονήτους καθάπαξ τιθείς· καὶ ἁπλῶς καὶ τούτους κἀκείνους θείαις ὑποθήκαις καὶ δόγμασι συνάγων καὶ συγκροτῶν, καὶ τὴν ἀληθινὴν καὶ μόνην ζωὴν ζῆν τούτους παρασκευάζων.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illo conversari, sed et animam pene ipsam in suis de illo sermonibus effunderent, illique magis quam sibimet ipsis viverent, quandoquidem dum præsens adhuc erat, velut anima quædam ipsorum fuerat : dum ex iis partim Deo edducit ac conciliat, partim in pietate confirmat stabilitque, et penitus concussos reddit, tum simpliciter hos pariter illosque divinis monitis præceptisque conjungit ac instruit, et ad veram illam unicamque vitam condocefacit.

ΛΖ'. Οὕτω δὲ ἐπανήκων, πρῶτα μὲν τοῦ θείου καὶ A ἱεροῦ, καὶ πάντων ἡμᾶς τῶν κακῶν ἐξάντες ποιοῦντος, καὶ πᾶσαν πλημμελημάτων κηλῖδα καθάπαξ ἐκπλύνοντος, Θεῷ δὲ συνιστάντος, βαπτίσματος ἀξιοῦται, καὶ τὴν τοῦ λουτροῦ δέχεται χάριν, ὁ καὶ πρὶν οὐδὲν ἧττον ταύτης ἠξιωμένος · οἷς οὖν κατειλήφει τὰ οἰκοι καὶ μετὰ τῶν τεκόντων γέγονε, χάριν εἰδὼς τῷ Θεῷ · οἷς τοῦ μεγίστου πάντων μετέσχε, καὶ τὰ μεγάλα μεμύηται καὶ τῶν τὰ θεῖα κατάπαξ ἀπηρτισμένων ὑπῆρξε, πολλῷ μείζω τούτῳ καὶ πολλαπλασίω ταύτην ὡς εἰκὸς ἀπεδίδου, ὅσῳ καὶ μεῖζον ἐνταῦθα τὸ εὖ πεπονθέναι, καὶ περιφανεστέθας ἀφορμὰς ἔσχε τὸ γάννος. Ἔπειτ' ἐντεῦθεν ὅρον αὐτῷ τίθησιν, ὃς τοῖς πολλοῖς οὐκ ἀμίμητος μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἀνέφικτος ὡς εἰπεῖν, μητ' αὐτὸς κἂν ᾖ πᾶσα ἀνάγκη, ὅρκῳ χρήσασθαι διὰ βίου παντὸς, B μήτε τοὺς ἄλλους ἐπὶ τοῦτο προτρέψαι · τὸ γὰρ πρὸς ὅρκους ἑτοίμως χωρεῖν ἐθέλειν, εἰς ἐπιορκίαν κατ' αὐτὸν τοῦτον ἐξάγει, ἣν οὐκ ἀθέτησιν Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕβριν, ὡς ἐγώ τε καὶ πάντες ἂν οἶμαι συμφαῖεν · ὃν καὶ εἰς τέλος οὕτως ἐφύλαξεν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ κατ' ἀρχὰς ὠμωπόκει φυλάξειν.

XXXVII. Ubi in patriam noster hoc modo revertit, primum sanctissimo divini baptismatis sacramento, quod a malis omnibus immunes nos efficit, et omnem delictorum labem penitus eluit Deoque conciliat initiari merebatur; et lavacri illius gratiam adeptus est, qua etiam antea nihilominus exornatus erat; quapropter ut eam ob rem quod larem familiarem iterum videret, parentibusque suis redditus esset grates Deo debitas agebat; ita quod rei omnium maximæ particeps factus, et magnis fidei mysteriis initiatus et ex eorum jam numero esset qui sacras religionis cæremonias perfecte explessent multo majorem Deo, eamque multiplicem, ut par erat, referebat gratiam, quanto utique majus erat hoc ornatum esse beneficio, quantoque illustriores causas hoc habebat gaudium. Mox deinceps certam sibi vivendi legem statuit, vulgo mortalium non inimitabilem modo, sed omnibus etiam, prope dixerim, inaccessam, ut nec ipse nimirum toto vitæ suæ spatio, quantalibet urgente necessitate, jusjurandum usurparet, neque alii, jurandi auctor fieret; nam ad dejerandum promptius prorumpere, id ex nostri sententia (1), ad pejerationem adducit, quam uno mecum omnes ore, non solum rejectionem Dei, sed et contumeliam appellaturos arbitror. Atque hanc ille legem ad supremum usque vitæ diem ita religiose servavit, quasi principio ad illam servandam jurejurando sese astrinxisset.

ΛΗ'. Οἱ μὲν οὖν πατέρες αὐτῷ, μάλιστα μὲν καὶ γήρᾳ καὶ χρόνῳ καὶ νόσῳ καὶ τοῖς ἐκεῖθεν δεινοῖς, οὐκ ἧκιστα δὲ καὶ παιδὸς ἀπουσίᾳ, παιδὸς οἷον οὐδένα, οὔτ' αὐτοὶ δήπουθεν ἔσχον, οὔτε σχεδὸν τῶν πάντων οὐδένες, τούτους τοίνυν οἷς ἔφην ἀπειρηκότας, καὶ πρὸς τὸ μηδὲν ὡς εἰπεῖν ἤδη χωροῦντας, οὕτως ἐπιφανεὶς ἐπέῤῥωσε καὶ κρείττους εἰργάσατο σφῶν αὐτῶν, ὡς εἰς ἀκμάζοντας δόξαι τελεῖν, οἷόν τι μένος κατὰ τὸ ἔπος τούτοις ἐμπεπνευκώς, καθάπερ ποτὲ ψυχὴν ὁ Θεσβίτης τῷ τῆς Σαραφθίας υἱεῖ. Τούτους μὲν οὕτως ἔχοντας οὕτω παρεσκεύακεν ἔχειν, καὶ νέους ἀντὶ πρεσβυτέρων τοῦτον εἶναι τὸν τρόπον, ὥσπερ ἐπιλελησμένους ὅτι περ ἦσαν τοιοῦτοι.

XXXVIII. Porro parentes nostri, maxime illos quidem et affecta ætate, et spatio temporis, et ægra valetudine, et ortis inde incommodis, neque minus tamen longa filii absentia, filii autem illiusmodi, qualem nec ipsi videlicet alium habebant, neque alii omnium fere hominum ulli; his illos, inquam, jam confectos, ad nihilumque propemodum redactos, eum ille admodum conspectus recreabat, seque ipsis valentiores efficiebat, ut ætate virentibus quodammodo accensendi viderentur, quasi si novam vim vigoremque, ut poetæ loquuntur, illis inspiravisset, perinde ut animam olim Saraphtiæ mulieris filio reddebat vates Thesbites [18]. Hos equidem ita antea affectos ita mox ille reficiebat, atque ut juvenes hoc modo ex senibus facti veluti obliviscerentur qua essent ætate efficiebat.

ΛΘ'. Ἥ γε μὴν πατρὶς, ἀλλὰ καὶ ταύτην τίς οὐκ ἂν ἀγασθείη, οὐ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἁπλῶς διατεθεμένου, εὖ τοῦτο λέγω · μαρτυρεῖται γὰρ τοῦτο πᾶσαις ταῖς ψήφοις ἐξ ἄρα τῶν ἁπανταχοῦ παντῶν διαφερόντως θαυμαζόντων τε καὶ κρατούντων καὶ οἰκειουμένων τὰ τοῦδε, ἀλλ' οἷς ἐχρήσαντο περὶ τὴν κάθοδον τοῦδε. Οὕτω γὰρ πάντες ἐπανήκοντος ἔσχον, καὶ τοσαύτης καὶ τηλικαύτης ἐπειδὰν τοῦτον εἶδον ἐπλήσθησαν ἡδονῆς καὶ βακχείας, ὥστ' εἰ καὶ σφό- D

XXXIX. Cæterum quod ad patriam attinet, quis non et illam merito suspiciat, non ob singularem modo erga nostrum benevolentiam, de qua nunc non loquor, hæc enim calculis omnibus punctisque inde profecto testatissima est, quod ingenti supra alios omnes, omnibusque in rebus, admiratione atque applausu omnia nostri ut sua ac propria complectebantur, sed ob ea potissimum quæ sub reditum illius usurpata fuere; sic enim tum omnes

[18] I Reg. xvii, 22.

(1) Orat. 2 in Pascha, q. 688.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

affici animis tantaque ac tali ex illius conspectu jucunditate gestientique exsultatione perfundi, ut tametsi summo id quispiam studio agat, vix idoneis tamen rem verbis unquam exprimat, ea lætitiæ illius magnitudo erat, esse continendi impotentia. Quanquam quid hoc est quod dico ego? in tantum enim cives suos vel solo aspectu cepit, popularisque cujusdam ducis in morem sibi devinxit, ut non supinis modo quod aiunt, manibus, verum toto penitus pectore ac animo, et quidquid unquam nominari potest, illum reciperent, deducentes in publico, concelebrantes, concinentes, quidve porro indictum infectumque omittentes? imo vero cum omnia et dicerent et facerent, nullam se tamen meritorum illius partem consequi existimantes. Nec enim quem dudum cognitum habebant oculis se suis cernere, sed quem cernebant cœlo in terras delapsum suæ ipsorum felicitatis causa adventare credebant: quam ob rem etiam supra quam natura erat mortalium, hominem colebant observabantque. Tametsi vir maximus altioraque humano captu animo agitans, quippe mortale fastigium egressus, et humanis idem majoribus ornatus virtutibus, acclamationes hominum ac plausus, ac reliquam id genus popularium laudum coacervationem, nullo admodum numero ducebat; meras nimirum nugas, viliumque animarum, et qua pertinacius ad terram adhærescunt, seque suaque nobilitate indignarum, pabula et illecebras hæc ipsa esse ratus; cæterum quæ ad cœlum ducunt studia rerumque cœlestium non participes solum homines, sed divos item prope dicam ex hominibus officere queunt: hæc perpetua nostro cura commentatioque fuere, his addictus unice erat, in his ætatem agebat, nempe laudari ille, non pro beato prædicari studebat, quorum hoc ob externa quædam bona usurpari, rursus laudem ob illa tribui quæ ex virtute acta sunt, inter omnes convenit. Sed hæc hactenus.

XL. Cæterum dum in his vir summus erat, flagrantibusque suorum omnium studiis colebatur, ubi debita pietatis officia parentibus et patriæ cumulatissime explerat, interea religiosi otii secessusque desiderium vehementius se insinuat: vetus illud sane, et quod jam olim hominem complexum penitus insederat, nec vel tantillum recesserat, verum præ immenso ac incredibili eloquentiæ velut furore, qui in animo nostri prævalidus, ut ipso posteriora omnia ducerentur efficiebat, neque aliud interea quidquam attingi suscipique sinebat, in rem ipsam antea deduci nequitum. Ut vero in hæc dicendi ratione plurimum, idque adeo singulariter profecerat, ut nec artem ipsam humano corpore indutam pulchrius aliquod sui specimen daturam, nec quid ipsa omnino sit, quove comparata modo, clarius monstraturam crediderim: et jam aliquando cæteris omnibus expeditum, quam tandiu tantoque concupierat opere, frui quiete, et ipsum sibi vivere, qui nunquam non sibi vixerat, oportebat; quid hic tandem homo facere institit? Nimirum continuo, leonis catenas suas dirumpentis modo, tum parentes ipsos missos facere, tum propin-

A δρα βούλοιτό τις, οὐκ ἐνδεδεῖχθαι τουτὶ δεδυνῆσθαι· τοσαύτη τις ἦν ἡ περιουσία τοῦ γάννους, καὶ τοῦ μὴ σφᾶς αὐτοὺς ἔχειν κατέχειν. Καίτοι τί λέγως τοσοῦτο γὰρ αὐτοὺς εἶλε καὶ καταδεδημαγωγήκει μόνῃ τῇ θέᾳ, ὥσθ' οὐχ ὅσον ὑπτίαις χερσὶ τὸ τοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ πάσῃ ψυχῇ τε καὶ γνώμῃ, καὶ ὅ τι ἂν εἴποι τις τοῦτον προσέσθαι· δημοσίᾳ προπέμποντες, κηρύττοντες, παιανίζοντες, τί μὲν οὐ λέγοντες, τί δὲ οὐ ποιοῦντες, μᾶλλον δὲ πάντα μὲν λέγοντες καὶ ποιοῦντες, οὐδὲν δέ τῶν εἰκότων ἀποδιδόναι νομίζοντες. Οὐ γὰρ ὃν ᾔδεσαν ἐδόκουν ὁρᾷν, ἀλλ' ὃν ἐώρων, οὐρανόθεν εἰς γῆν ἥκειν ἐδόκουν ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τῇ σφῶν· καὶ διατοῦτο μεῖζον ἡ κατ' ἀνθρώπους τούτῳ προσεῖχον, εἰ καὶ μεῖζον ἢ κατ' ἀνθρώπους ὁ μέγας φρονῶν, ἅτε μείζων ἢ κατ'
B ἀνθρώπους ὤν· τῷ μείζοσιν ἢ κατ' ἀνθρώπους ἀρεταῖς κεκοσμῆσθαι, τὰς μὲν ἐκβοήσεις ἐκείνων καὶ κρότους καὶ τὴν τοιαύτην τοῦ δήμου συντέλειαν, οὐδενός τινος ἠξίου τοῦ λόγου, φλήναφον ἀτεχνῶς ταῦτα νομίζων· καὶ ψυχῶν ἀγεννῶν δελεάσματα, καὶ οἷς πρὸς γῆν ἔχουσι σφῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ κατ' αὐτὰς ἀναξίων· ἃ δὲ εἰς Ὄλυμπον φέρει καὶ τῶν Ὀλύμπου πραγμάτων μὴ ὅτι κοινωνοὺς τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων ὡς εἰπεῖν οἵδε ποιεῖν, ταῦτ' ἦν αὐτῷ διηνεκὴς φροντὶς, καὶ μελέτη· καὶ τούτων ἐξείχετο, καὶ τούτοις συνέζη, ἐπαινεῖσθαι γὰρ οὐ μακαρίζεσθαι ἤλεθε, τοῦ μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκτὸς γιγνομένου, ἐπὶ δὲ τοῖς κατ' ἀρετὴν τὸν ἔπαινον ἴσμεν. Εἶεν.

XL. M'. Οὕτω δ' ἔχοντι καὶ παρὰ πάντων τῷ γενναίῳ
C θαυμαζομένῳ, καὶ τὸ εἰκὸς τοῖς τε γονεῦσι τῇ τε πατρίδι παντάπασιν ἀφοσιωσαμένῳ, σφοδρότερον ὁ τῆς ἡσυχίας καὶ ἀναχωρήσεως ἔρως ἐμπίπτει· ἄνωθεν μὲν καὶ ἐξαρχῆς τοῦτον ἔχων τε καὶ συνέχων, καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν ἀφιστάμενος, ὑπὸ δὲ τῆς ἀτόπου καὶ θαυμασκῆς τῶν λόγων μανίας εἰς ἔργον ἥκει εἰργόμενος, κατακρατούσης τὸν λογισμὸν, καὶ πάντα δεύτερ' αὐτῆς ποιουμένης καὶ οὐκ ἐώσης ἑτέρου δήτινος ἅπτεσθαι· ὡς δ' οἱ μὲν, ἐπιτοσοῦτον αὐτῷ κατώρθωντο, καὶ οὕτως ὑπερφυῶς, ὡς μηδ' ἂν οἶμαι ταυτηνὶ τὴν σοφίαν σῶμα λαβοῦσαν κάλλιον τὰ αὐτῆς ἐνδεδεῖχθαι, καὶ ὅτι ποτ' εἴη, καὶ ὅπως ἔχει οὐ μᾶλλον ποιῆσαι καταφανὲς. Ἔδει δὲ πάντων ἀφειμένον τῶν ἄλλων, ἧς ἐξ ἀρχῆς ἦρα σχολῆς
D ἀπολαῦσαι, καὶ καθ' ἑαυτὸν γεγονέναι, ὁ τὸν ἐπὶ χρόνον καθ' ἑαυτὸν ὢν, τί ποιεῖ; Εὐθὺς ὥσπερ λέων τὸν δεσμὸν ἀποῤῥήξας, ὑπερφρονεῖ μὲν πατέρων, καταφρονεῖ δὲ ξυγγενῶν καὶ οἰκείων καὶ φίλων, καὶ οὔτι γῆρας ἐκείνων ἢ νόσον ὑπολογισάμενος ὅλως, (1) ἀλλὰ πάντων ἀνώτερος γεγονὼς, ὅλῃ γνώμῃ καὶ ὅλῳ ποδὶ πρὸς τὴν ἡσυχίαν χωρεῖ, τὴν τῆς φιλοσοφίας μητέρα, καὶ δυοῖν τῶν προδρόμων παιδαγωγὸ

(1) Deest alterum membrum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὡς ἂν εἴποι τις καὶ τροφὸν, ἐφ' ᾧ Θεῷ τὲ καὶ ἑαυτῷ καταμόνας ἔχειν ξυνεῖναι.

A quos et familiares et amicos negligere, nihilque admodum sive senio illorum fractaque valetudine commoveri, sed his omnibus superior, toto animo, totoque gradu, ad quietem sacratioris philosophiæ parentem, duorumque præcursorum, ut sit loquamur, magistram et nutricem, se confert, scilicet ut cum Deo et secum in solitudine rectius vivere posset.

ΜΑ'. Καὶ τοίνυν πρῶτα μὲν ἁπάσης γεώδους καὶ ὑλικῆς, προσπαθείας παντάπασιν ἀποσχὼν, καὶ πάντυθεν συνεσταλκὼς ἑαυτὸν, οὕτω φιλοσοφεῖν ᾤετο δεῖν, καὶ πρὸς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας ὑπερφυῶς ἀπομάχεσθαι, τοῦτο μὲν νηστείας καὶ ἀγρυπνίαις, τοῦτο δὲ δυσχερείαις ἁπάσαις ὑπὲρ τὸ μέτρον διδοὺς, καὶ τὸ σῶμα ταλαιπωρῶν καὶ δουλαγωγῶν καὶ κατατρύχων, καὶ πάντ' εἰκειν καταναγκάζων τῷ κρείττονι, ὡς καὶ σώματος ἔξω δοκεῖν μετὰ σώματος, καὶ τὸν ἄνθρωπον ὑπερβαίνειν. Ἔπειτα μόνῃ τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ συντεταχὼς ἑαυτὸν, οὕτω σφοδρότερον καὶ σπουδαιότερον ἀντέσχε τὰ τοῦ [*f.* ἀντέσχετο τοῦ] Θεοῦ, ὡς ἐν τούτῳ κατὰ τὸν Παῦλον, « καὶ ζῇν καὶ κινεῖσθαι καὶ εἶναι, » καὶ χαίρειν μὲν ἑαυτὸν [*num.* ἑαυτῷ ?] καθάπαξ ἐᾷν, χαίρειν δὲ τῷ Χριστῷ μηδὲν ἧττον ἢ ἀναπνεῖν. Κόσμῳ γὰρ καὶ τοῖς κόσμου πράγμασι παντάπασι νεκρωθεὶς, ὡς μηδ' ὅτι ποτ' εἶεν ἐθέλειν μεμνῆσθαι, ὁ δὲ τὴν ἐν Χριστῷ κεκρυμμένην ἔζη ζωὴν, δι' αὐτοῦ τῶν αὐτοῦ καλαπολαύων χαρίτων, καὶ τούτοις [*an* ταύταις ?] ἐντρυφῶν ὅσαι ὧραι, Θεὸν καθόσον ἐφικτὸν ὁρῶν τε καὶ φανταζόμενος, καὶ πᾶσαν δυσχέρειαν ἐντεῦθεν ἀποκρουόμενος.

XLI. Principio itaque omni terrestri ac materiali perturbationi penitus temperans, vitæque suæ modum quam a tissimum contractissimumque sibi sanciens, hoc pacto rigidioris disciplinæ institutum amplectendum, naturæque ipsius necessitatibus, pene supra quam natura patitur, obnitendum sibi duxit; nimirum dum partim inediæ ac vigiliis, partim reliquis id genus afflictationibus nimis sese dedit, corpusculumque varie exorucial, atque durissima servitute edomat, ærumnisque voluntariis B conficit, et parti meliori per omnia obtemperare cogit, ita ut cum corpore adhuc incedens, eodem exsolutus, humanamque supergressus sortem merito videretur. Deinde item uni secundum mentem agendi rationi addictus, ardentissimo studio Deum et divina complectebatur, ut in illo plane, ex sententia Pauli [13], « Et viveret, et moveretur, et esset; » et se quidem ipso penitus neglecto, unice in Christo non minus lætaretur, quam spiritum ipsum duceret. mundo scilicet et mundanis omnibut sine ulla exceptione ita defunctus, ut ne quid hæc essent amplius in memoriam sibi revocare sustineret, « absconditam illam in Christo vitam » vivebat [14]. Christi nimirum ope gratiis Christi perfruens, in eisque suavissimas animi delictas omni temporis puncto percipiens, et Deum ipsum, quantum poterat, intuens, sibique præsentem proponens, atque hoc ipso adversa ac molesta omnia profligans.

ΜΒ'. Εἰ τοίνυν ἐκ μὲν τοῦ σχολὴν ἄγειν ὡς δεῖ, τοσαύτη τίς ἐστι Θεοῦ κατοχὴ, σχολὴν δὲ οὐκ ἄλλως ἔνι γενέσθαι, μὴ πάντων ὑπεροψίας ὑπούσης, σπουδαστέα παντὸς μᾶλλον αὕτη ἂν εἴη τοῖς φιλοσοφεῖν αἱρουμένοις, εἴπερ ὧν βούλονται τυχεῖν ὄντως βούλονται. Ταύτης γὰρ ὥσπερ κρηπῖδος ἢ ῥίζης ὑποκειμένης τῆς τῶν πραγμάτων πέδης ὁ νοῦς ὡς εἰκὸς ἐκλυθεὶς καὶ γεγυνὼς ἑαυτοῦ, ἀναπεμπάζεται μὲν τὴν πρόσθεν εὐδαιμονίαν, καὶ οἷος ὢν, οἷος ἄρα κατέστη, ἀναμαχέσασθαι δὲ ταυτηνὶ τὴν ἧτταν ὥσπερ ἐθέλων καὶ ὅπερ ἦν γεγενῆσθαι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπανήκειν, πάντα ποιεῖ καὶ πᾶσιν οἷς ἔξεστι χρῆται, ἐφ' ᾧ τοῦ μὲν πρὸς Θεοῦ φωτισθέντος, τῆς δὲ ψυχῆς καθαρθείσης, καθαγνισθέντος δὲ καὶ τοῦ σώματος, συνδρομή τις ἔσται δυοῖν τῶν ἐσχάτων, πρὸς ἓν τὸ πρῶτον καὶ τρίτον μεταστοιχειωθέντων ἑκατέρων πρὸς τοῦτο γνωμικῇ προαιρέσει, ὡς ἐκ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας καὶ συγκράσεως καὶ προσέτ' ἀκλινοῦς τε καὶ παντελοῦς ἀπροσεξίας τῶν κάτω, ἓν τὰ τρία γεγενημένα, τῷ μοναδικῷ καὶ τρισηλίῳ συνῆφθαι Θεῷ. Οὕτω δὲ οὐ σαρκικὸς οὐδὲ ψυχικὸς, ἀλλὰ πνευματικὸς ὅλος ὁ ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ θεῖον ἀνάγιον εὖ μάλα πρὸς τὸ πρωτόγονον θεῖον κατὰ τὸν ἐξ Αἰγύπτου Πλωτῖνον, χαίρει μὲν ὡς εἰκὸς, οἷς ὄθεν οὐ καλῶς ἐκβεβήκει, ἐνταῦθα καλῶς ἐπανήκει, γνωρίζων τε τὴν οἰκείαν

XLII. Proinde si de pie religioseque acto olio sanctissima hæcce divini numinis commercia existunt, nec parari aliter hoc otium, quam omnium rerum humanarum despicientia potest, utique ante cætera in id studiosissime iis incumbendum, qui sanctius vivendi consilium cepere, si modo quæ consequi cupiunt, bona fide cupiunt; hujusmodi enim otio, tanquam fundamento aut radice, substrato, continuo rerum externarum pedicis, ut est verisimile, soluta mens, sibique reddita, pristinam secum reputat beatitudinem, et qualis ipsa olim cum fuerit, qualis nunc evaserit. Quam sarcire cladem, denuoque quod fuerat fieri, ad seque redire parans, nihil non molitur, nihilque, quantum licet, inexpertum omittit; ut tum mente ipsa divinitus illuminata, tum expiata anima, corporeque puro et casto reddito, duo extrema hoc pacto in unum, quod primum idemque tertium est, conveniant, transformato nimirum in illud unum, per firmam animi inductionem utroque extremorum, ita ut ex hujuscemodi œconomia ac temperatione, immotaque præterea et perfecta rerum terrestrium negligentia, tria illa unum facta, unico et ex ternis velut solibus coalito, Deo conjungantur. Hoc igitur modo non carnalis, non animalis, verum omni ex parte spiritualis homo factus, et « quod in ipso divinum

[13] Act. xvii, 28. [14] Coloss, iii, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est ad primigeniam divinitatem penitus evehens. » A ex sententia Plotini philosophi Ægyptii (1), haud abs re sane eo nomine lætatur, quod unde male excesserat, illuc recte redit, suæ nempe nobilitatis sibi jam conscius, quidve a natura creatus sit, tum vero item gaudet (2), vera inde gaudia sese cepisse, quod queis prius inaniter lætabatur, eadem postmodum ut inconsulte improbeque acta gravitor dolere cœperit. Atque hæc hactenus.

εὐγένειαν, καὶ ὃ πέφυκε, χαίρει δὲ καὶ οἷς χαίρειν ἔσχεν, ἐφ' οἷς χαίρειν ἔχων τοπρόσθεν, ἔπειτ' ἀλγεῖν δι' ὧν ἠγνωμόνησεν ἔσχε. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

XLIII. Verumenimvero denuo ad religiosæ quietis commemorationem sermo mihi flectendus, illique sua vindicanda dignitas est, qua summo vir maximus opere fruens, maximo hæc duo in pretio habebat, illisque potissimum studebat : scilicet tum sacrorum ac divinitus inspiratorum voluminum lectioni acerrimo studio sese dabat, indidemque quidquid præcipuum erat in sanctiore animi ærario coactum conditumque habebat, ita ut in proclivi B ipsi esset partim divina mysteria anquisitius enucleatiusque tractare, et quantum mortali datum est, in altissimas ejus generis contemplatione, penetrare, partim etiam iis qui pestilentissimas opiniones disseminare audebant, divinamque naturam ore sacrilego lacerabant, os penitus occludere pudoremque incutere, et eorum dogmata germanas nugas esse convincere. Tum vero præterea cuncta religiosorum exercitiorum genera velut unum aliquod obibat, adeoque perfecte eorum quodlibet, ut ejus unius rationem habere videretur : quippe hos secundum Deum sudores pro pignore regni cœlestis ducens, simul item insidiosæ carnis sensum passionibus suis æstuantem comprimere, contra verosensum spiritus attollere studens, usque adeo in re C sibi connitendum statuebat, ut hujusmodi labores pro otiosa remissione, præmiisque laborum verios quam laboribus, haberet. : satis videlicet gnarus quorsum illi ducant, tum quæ ac qualia ex sese edant bona. Ita sane non laborare noster duntaxat, sed et in iis maxime laborare, in quibus maxime oportet, norat. Callebat enim ille eximie, nec scio an æque alius quisquam, motus animi, cordisque cogitationes, et quæ ipsa ex se mens profert accurate examinare, et animadvertere, exactaque quadam trutina dijudicare, ut alia horum probaret, alia non item. Adhæc adversus mali item vejovis machinamenta et laqueos et artes ita scienter prorsus ac dextre occurrere promptum habebat, ut D eadem ipsa in caput illius rectissime retorqueret, in nihilumque omnia redigeret, qui principio quidem a dextra, suetisque sibi rebus, hominem aggreditur, postremo vero ad ultimas lævæ partes contendit, et per voluptates exitium nobis accelerat : nimirum lubrico voluptatum lævore mortalibus imponens, quæ fugere oportebat persequendi ; rursus quæ ut optima ac saluberrima contento studio complectenda erant, ea pro freto Siculo habendi, auctor illis esse solet.

ΜΓ'. Ἐπαναχτέον δέ μοι τὸν λόγον αὖθις ἐπὶ τὴν ἡσυχίαν, καὶ τὰ πρεσβεῖα φυλακτέον αὐτῇ· ἧς κατακρας ἀπολαύων ὁ μέγας, ἄμφω ταῦτα περὶ παντὸς ἐποιεῖτο, καὶ τούτοις προσεῖχε τὸν νοῦν, τῷ τε τὰς ἱερὰς καὶ θεοπνεύστους τῶν βίβλων ἐπιμελῶς ἐπιέναι, κἀντεῦθεν πᾶν ὅτι κράτιστον τοῖς τῆς διανοίας θησαυροῖς συνηχέναι ὡς ἂν ῥᾷστ' ἔχῃ, τοῦτο μὲν τὰ θεῖα περιεργάζεσθαι πράγματα, καὶ θεωριῶν ὅσον ἔξεστιν ἅπτεσθαι τῶν μεγίστων· τοῦτο δὲ τοὺς τολμητὰς τῶν κακίστων καὶ ὑβριστὰς τῆς θεότητος ἐπιστομίζειν εὖ μάλα καὶ καταισχύνειν, καὶ φληνάφους ἀτεχνῶς τἀκείνων δεικνύναι· τῷ τε πᾶν εἶδος ἀσκήσεως ὡς ἓν μετιέναι, καὶ οὕτως εἰς ἄκρον ἕκαστον, ὡς μόνου τούτου δοκεῖν λόγον ποιεῖσθαι. Τῆς γὰρ τῶν οὐρανῶν βασιλείας ὥσπερ τοὺς κατὰ Θεὸν ἱδρῶτας ἐνέχυρον κρίνων, καὶ ἅμα τὸ τῆς ἐπιβούλου σαρκὸς ἐμπαθὲς φρόνημα καταστέλλειν ἐθέλων, καὶ τὸ τοῦ πνεύματος ἀνυφοῦν, τοσοῦτο πονεῖν ᾤετο δεῖν, ὡς καὶ ῥᾷστόνην τοὺς τοιούτους πόνους ἡγεῖσθαι, καὶ ἄθλα μᾶλλον ἢ πόνους, εἰδὼς οἳ φέρουσι καὶ ὅσων καὶ οἵων ἀγαθῶν αἴτιοι καθεστᾶσιν· οὕτως οὐ μόνον ἤδει πονεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐφ' οἷς μάλιστα χρὴ, μάλιστα τοῦτο ποιεῖν. Δεινὸς γὰρ ἦν ὡς οὐκ οἶδ' εἴτις τὰ μὲν τῆς διανοίας κινήματα, καὶ λογισμοὺς τῆς καρδίας, καὶ ἃ προΐσχεται νοῦς, ἀκριβῶς ἐξετάσαι καὶ κατανοῆσαι καὶ δικάσαι τὰ πρέποντα, ὡς τοῖς μὲν θέσθαι, τοῖς δὲ μή· πρὸς δὲ τὰς τοῦ πονηροῦ μεθοδείας καὶ πάγας καὶ τέχνας, οὕτως εὐμεθόδως ἄγαν καὶ δεξιῶς ἀνθίστασθαι δύνασθαι, ὡς καὶ κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, εὖ μάλα ταυτὶ περιτρίπειν, καὶ τομηδὲν ταῦτ' ἀποφαίνειν, προσβάλλοντος μὲν ἐκ δεξιῶν τὴν ἀρχὴν, καὶ ὧν αὐτὸς εἴωθεν, εἰς ἀριστερωτάτας δὲ τὰ τελευταῖα χωροῦντος, καὶ τὴν ἡμῶν ἐξώλειαν δι' ἡδονῆς ἐπισπεύδοντος. Τῷ γὰρ· ὀηλείῳ [δελητίῳ *aut potius* δὴ λείῳ] ταυτησὶ φενακίζων, ἃ μὲν φεύγειν ἐχρῆν, ταῦτα πείθει διώκειν, οἷς δὲ ὡς βελτίστοις καὶ λυσιτελεστάτοις τὸν νοῦν προσέχειν, ταῦτα πορθμὸν Σικελίας ἡγεῖσθαι.

XLIV. Jam porro id studiose operam ipsum dedisse, ut præ omnibus corde contrito ac humili, multaque modestia ac submissione referto esset,

ΜΔ'. Τόγε μὴν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην καὶ πολὺ τὸ μέτριον καὶ ὑποδεδηκὸς κεκτημένην καρδίαν, παρὰ πάντας ἔχειν ἀσκῆσαι καὶ μηδένα τοιαρά-

(1) Prophyr. *Vita Plotini*, p. 2 ; Synes, ep. 139.

(2) Post *gaudet* lege, *eo denuo sese gaudere cœpisse quo cum primitus gaudere potuisset, postmodum per ea quæ in se admisit flagitia amisso, dolenti causam habuit.* Nam de naturæ humanæ integritate tum amissa, tum instaurata, ambigua et brevitate sua perobscura verba interpretenda arbitror.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παν τῶν τῇδε λόγον ποιεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας, οὕτω καθάπαξ ὑπερορᾷν, ὡς μηδὲ χιτῶνος δήπουθεν δεδεῆσθαι δευτέρου, ἀλλὰ καὶ κατὰ ψιλοῦ τοῦ ἐδάφους ἑαυτὸν κατακλίνειν, καὶ τὸ μὲν μηδὲν ἔχειν, ἄγαν ἔχειν ἡγεῖσθαι· μᾶλλον δὲ πάντα τὰ κάλλιστα ἔχειν, ἐν τῷ μηδὲν ἔχειν τῶν κάτω, ἀλλ' ἔχειν ἄνω τὸν νοῦν, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἔχειν κἀκεῖνα, ἃ μάλιστα πάντων ἔχειν ἐχρῆν, καὶ τρυφᾷν μὲν εἰ πεινῴη νομίζειν· κάλλιστον δὲ κρίνειν ποτὸν καὶ παντὸς ἥδιον νέκταρος, τὸ τῆς θείας ἐποψίας ὅσαι ὧραι κατὰ νοῦν ἐμφορεῖσθαι, καὶ πάντα μὲν τὸν βίον μελέτην θανάτου ποιεῖσθαι, μόνην δὲ ζωὴν τὴν ἐν πνεύματι, καὶ ἣν τοὺς τοιούτους εἰκὸς.

A nec ulla prorsus rerum humanarum cura tangeretur, verum ita penitus etiam mutuas consortii corporei affectiones aspernaretur, ut unica contentus tunica ætatem ageret, nudoque item solo fessos artus componeret, et abunde se habere crederet cum nihil haberet, aut verius optima quæque tum habere, cum rerum harumce inferiorum nihil haberet; verum mente sursum versus levata, jam spe illa haberet, quæ omnium maxime habere oportebat, atque tunc in summis sese deliciis versari existimare, quando inedia conflictabatur: potum autem gratissimum et nectare quovis dulciorem judicaret. Dei ipsius visitatione ac præsentia in horas animo perfrui, denique vitam omnem in mortis commentatione poneret, illam autem solam viveret, quæ in spiritu est, et quam ejusmodi homines vivere par est.

ΜΕ'. Ταῦτα τοίνυν θαυμάζειν μὲν ἔνι καὶ πάνυ θαυμάζειν, πρὸς ἀξίαν δ' οὐκέτι· εἰ δὲ τοῦτο οὐχ οἷόν τε, τὸ καὶ μιμεῖσθαι ποῦ θήσομεν, ἃ καὶ αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ σύν γε τῷ μεγάλῳ καὶ θαυμαστῷ Βασιλείῳ κατώρθουν· νῦν μὲν ἐν τοῖς τῶν Καππαδόκων ὅροις, νῦν δ' ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ Πόντου· νῦν δὲ ὅποι ποτ' αὐτοῖς χωρίαν ἡσυχίας ἐδόκει, τὸν μέγαν τοῦτον ἀνύοντες ἆθλον, καὶ τὰ σεμνὰ καὶ περιφανῆ σκάμματα· τοῖς μὲν ἄλλοις ὥσπερ ὑποθῆκαί τινες ὄντες καὶ τύποι, καὶ πρὸς ἀρετὴν παραδείγματα, ὁμότιμοι δὲ ἀλλήλοις καθεστηκότες τὰ πάντα, καὶ μηδὲν πλέον μήτ' ἔχοντες μήτ' ἔχειν μηδ' ὁπωστιοῦν ἀξιοῦντες, ἀλλὰ καὶ φιλονεικοῦντες καθάπαξ· οὐχ ὥστε καὶ προῦχειν, ἀλλ' ὥστε τῶν πρωτείων ἀλλήλοις ἐξίστασθαι, καὶ προσέτι τὸ νικᾶσθαι τοῦ νικᾷν οὐχ ὅσον πρότερον ἄγειν, ἀλλὰ καὶ νικᾷν τῳόντι νομίζειν, νικώμενοι· ἀλλήλοις μᾶλλον ζῶντες ἢ σφίσιν αὐτοῖς· μᾶλλον δὲ καὶ σφίσιν αὐτοῖς, καὶ ἀλλήλοις ζῶντές τε καὶ τὰ βέλτιστα συνεχόμενοι, καὶ ὅλως οὐδὲν ἧττον ἐν ἀλλήλοις, ἢ σφίσιν αὐτοῖς γνωριζόμενοι· ἅτε διὰ πάντων ἓν πνέοντες καὶ φρονοῦντες, καὶ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν προαίρεσιν ἐν διαφορᾷ σωμάτων δεικνύντες· ὥστε καὶ εἰ μὴ πρότερον εἰρῆσθαι ξυνέβη, τό τε Ἄλλος αὐτὸς, τό τε Κοινὰ τὰ τῶν φίλων, τὸ μὲν ὑπ' Εὐριπίδου, τὸ δ' Ἄλλως αὐτὸς, ὑπὸ τοῦ Σαμίου σοφοῦ, ἐξ ἄρα τούτων καὶ τῆς τούτων ξυμπνοίας, δοκεῖν ἄν μοι ταῦτα τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι λέγεσθαι· εἰκότως καὶ μάλ' ἀξίως τοῦ τὰς αὐτῶν γνώμας συνετετηκότος ὥσπερ Θεοῦ, καὶ ἓν ἄμφω πεποιηκότος.

B XLV. Verumenimvero, tu hæc quæ diximus admirari equidem, et magnopere sane admirari, ita nequaquam pro merito satis admirari possumus; quod si hoc a nobis præstari nequit, quo tandem loco maximorum operum imitationem ponemus, quæ noster tum ipse solus, tum una cum magno atque admirabili illo Basilio præstitit? dum nunc ad Cappadocum fines, nunc Ponticis in convallibus, nunc alio quovis, qui illis placuerat, religiosæ quietis loco ingens hoc certamen, illiusque sacra ac illustria curricula conficiebant. Qua in re aliis illi pro præceptis ac typis ac exemplis ad virtutum colendam erant: inter se vero ipsios pari id omnibus honore graduque agebant, ne que ullam præ altero alter præstantiam aut habebat, aut C habere ullo sane modo affectabat, contra autem unice de eo invicem certabant, non quo anteiret alter alteri, sed ut priores alteri partes deferret. Atque hic vinci quam vincere non modo prius antiquiusque ducebant, verum etiam revera in eo sibi vincere videbantur, quod sic vincerentur Quippe magis amico uterque quam sibi vivebat, sive verius et sibi uterque et amico cum vivebat, tum optima quæque comprecabatur, poteratque omnino nihilo secius in amico uterque suo, quam in seipso agnosci, quod videlicet idem in omnibus ambo spirarent sentirentque: ac unam eamdemque in diversitate corporem monstrarent voluntatem. Quamobrem sane, nisi jam antea pervulgata dicta D fuissent, cum « Amicus alter ipse, » tum « Communia amicorum omnia,» hoc ab Euripide (2), illuc, alterum, « Amicus alter ipse, » a sapiente Samio prolatum, ab his utique, et horum amica conspiratione, hæc originem suam mihi sumptura fuisse videntur. Jure illud profecto, et dignissima Deo ratione, qui animos ipsorum veluti, conflavit, ambosque unum effecit.

ΜΣ'. Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ ἁπλοῦς ἐστι καὶ τριπλοῦς, τὸ μὲν ταῖς ἰδιότησι, τὸ δὲ τῇ θεότητι, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τοὺς αὐτῷ προσανέχοντας, ἐάν τε πλείους ὦσιν ἐάν τε ἐλάττους, τοιούτους δή τινας εἶναι, καὶ οὕτω πρὸς ἀλλήλους ἔχειν, ὡς καὶ αὐτοὺς ἓν εἶναι δοκεῖν τῇ πρὸς αὐτὸν οἰκειότητι· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ κύκλου ξυνιδεῖν ἔν ἐστιν (1). Αἱ γὰρ ἐπὶ τῆς

XLVI. Quippe ut Deus simplex pariter et trinus est, trinus nimirum proprietatibus personarum, at essentia divina simplex: ita necesse omnino est, qui Deo sese totos addixere, sive plures sive pauciores, tales quosdam esse, et hoc erga se invicem modo affectos esse, ut et ipsi per illam quam cum Deo habent familiaritatem, unum quiddam esse

(1) Pro ἓν ἐστιν, ad marginem mei apographi, quod exemplar operis librariis fuit, ἔνεστι ascripseram, cujus necdum piget.

(2) *Oreste*, v. 735; *Andromach.* v. 376.

B τύχης ἀμιλλώμενος πάθη, καὶ τὴν ἀνώμαλον ἄγων εἰς ἴσον τό γε κατὰ σαυτόν· καὶ μὴν τὰς ὁσημέραι συναφὰς γαμηλίους, καὶ συσσίτια πενήτων ὑπὲρ τὴν χρείαν, καὶ χρεῶν ἀτόπων ἀποκοπὰς, καὶ δεσμωτῶν λύσιν, καὶ εἱρκτῶν ἄφεσιν, καὶ τὰς ἐν τοῖς νοσοῦσι παραμυθίας, καὶ τὴν τῶν ξένων ὑποδοχὴν καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ πόλλ' ἕτερα, καὶ τὸ μέγιστον τοὺς ἐκ πολλοῦ μὲν ἱερῶς στασιάζοντας, ἄρτι δὲ νενευκότας, καὶ προσδοκωμένους αὐτίκα μάλα τιμήσειν ὁμόνοιαν· ὅ τίνος ἂν πρόσθεν κατὰ γνώμην εἰσῆει; ποίᾳ ταῦτ' ἔνεστι ψυχῇ παραβαλεῖν ἀνθρωπίνῃ; Ὦ τίς ᾄσει μὲν πάντα, ᾄσει δὲ κατ' ἀξίαν; Ὦ τίς ἀκούσας οὐκ εὐθὺς ἀνίσταται τῇ ψύχῃ, καὶ τὸν εἰργασμένον ἐθέλων

C ὑπὲρ πάντας σεμνύνειν, πληρούμενος ἐνθουσιασμοῦ σιγῶν ἐμφαίνει τὸ θαῦμα; Ἐγὼ δὲ καὶ τἄλλα μὲν δυστυχὴς, ἐνὶ δὲ μάλιστα τούτῳ ὅτι τῆς τούτων ἀπολείπομαι θέας, καὶ οὐκ ἀπολαύω παρὼν τῆς ἀρχῆς τὰ γιγνόμενα· ἢ σώζοιτο ἐνιαυτῶν συχναῖς περιόδοις, εἰς τελευτὴν εὖ μάλα παγίως τῶν πραγμάτων χωρούντων· σώζοιτο δὲ βασιλεία τὰ μόνα καὶ πρῶτα κάλλιστα καὶ πρέποντά γε ἀλλήλοις. Καὶ γένοιτο μὲν ὑμᾶς εἰς τὸ Ἀργανθωνίου γῆρας ἀφῖχθαι, καὶ εἴ τις ἄλλος ὑπερβεβηκὼς εἴη τοὺς ὅρους· συνεῖναι δὲ μόνοις ἀεὶ τοῖς βελτίστοις ἐπιδιδοῦσιν ὅσον ἔξεστι πλεῖστον, ὡς ἂν καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις εἴη πειρᾶσθαι τῆς παρ' ὑμῶν εὐπραξίας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΡΗΓΑ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ

—

EJUSDEM

LAUDATIO REGIS CYPRI.

—

Α'. Ὑψηλότατε, ἐνδοξότατε, εὐγενέστατε, λαμπρότατε, μέγα ῥῆξ τῆς Κύπρου. Οἱ πλεῖστοι τῶν εἰς τὴν μεγαλόπολιν ταυτηνὶ καταιρόντων, ἐπειδὰν πολλὰς ἀμείψαντες χώρας καὶ πόλεις καὶ νήσους καὶ ἠπείρους, διηγεῖσθαι τὰς ἑαυτῶν περιόδους ἐθέλωσιν οἷς ἂν ἐντυγχάνωσι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ μάλιστ' ὁπόσοι γλῶτταν ἔχωσιν ἀρκοῦσαν ἐκ φύσεως ἐξαγγέλλειν τὰ τῆς διανοίας ἀπόῤῥητά, βελτίους ἑαυτῶν γίνονται μᾶλλον, ὅταν εἰς τοὺς σοὺς ἐπαίνους ἑαυτοὺς ἀπολύσωσι, καὶ τὰς ἡνίας τῆς γλώττης ἐνδῶσι· κἄπειτα ἐρωτώμενοι πρὸς τῶν ἀκουόντων, πῶς φύσει φιλοθεάμονες ὑπάρχοντες, καὶ πολλοὺς διεληλυθότες τόπους, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων ἄστεα καὶ νόον ἐγνωκότες, τὴν τῆς Κύπρου μᾶλλον ὑμνοῦσι πολιτείαν, καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν σήν, καὶ ὅσα πλουτεῖς, ἀγαθά, ἐκεῖνο δὴ τὸ τῆς Ἀριστοτελικῆς σοφίας ἀπόφθεγμα μιμησάμενοι ἀποκρίνονται· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐρωτηθεὶς διατί τοῖς καλοῖς μακρότερον ὁμιλοῦμεν, τυφλοῦ τὸ ἐρώτημα εἶναι ἀπεκρίνατο, οὕτω καὶ οὗτοι παρ' ὁτωνδήποτε ἐρωτώμενοι διατί τοῖς ἐγκωμίοις ἐπιπλέον τοῖς σοῖς ἐνδιατρίβουσι, καὶ γλυκύτητος γέμον ἡγοῦνται ἐντρύφημα τὰ σὰ διηγήματα, κωφοῦ φασιν εἶναι τὸ ἐρώτημα. Τῶν γὰρ τοιούτων, ὡς εἴρηται, πολλάκις διηγουμένων τὰ κράτιστα τῶν σῶν ἀγαθῶν, καὶ πάντων ἀκουόντων καὶ θαυμαζόντων, Ὅστις ἀνήκοος ἔμεινε, φασὶ, κωφὸς ἂν εἴη πάντως ἐξ αὐτῆς γῆς γενέσεως, καὶ τῆς βελτίονος λειπόμενος τῶν αἰσθήσεων· πολλῶν γὰρ πελαγῶν καὶ θαλασσῶν οὐσῶν, ὁπόσαι νήσους ἔχουσι μεγίστας τε καὶ ἐλαχίστας, καὶ ὁπόσαι μέσην ἔσχον θέσιν, οὔτ' ἐκ τῆς Ἰνδικῆς, οὔτ' ἐκ τῆς ἔξω τῶν Ἀτλαντίδων, οὔτ' ἐκ τῆς ἐντὸς, καὶ ὅσην Ἡράκλειοι στῆλαι ὁρίζουσι, φήμη τις ἡμῖν ἀφίκετο κλέος ἐπιφερομένη τοιοῦτον, ἡλίκον καὶ οἷον ἡ Κύπρος ἡ σή· οὔθ' ἡ Χρυσῆ λεγομένη Χερρόνησος, οὔτ' ἡ τῶν ἀρκτικῶν τῆς οἰκουμένης προκαθημένη μερῶν Θούλη, οὔτε τῶν Βρετανικῶν οὐδεμία· ναὶ μὴν, οὐδὲ τῶν ὅσοι πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον ἄνεμον οἰκοῦσιν Ἰνδοὶ καὶ Αἰθίοπες, θαυμαστὴ τὸ μέγετος Ταπροβάνη· ἀλλ' οὐδ' ἡ πλησίον καὶ γείτων τοῖς τῶν Ἑρκανῶν ἔνεστι Κασπία· οὐδ' ὅση ἐκ Γαδείρων τε καὶ Ἡρακλείων ἀρχομένη στηλῶν ἄνεισι μὲν ἄχρι καὶ ἐς τοὺς ὑπερβορείους ἔγγιστα Σκύθας, περατοῦται δ' ἐς Κύπρον τὴν σήν· ἡ μᾶλλον ἄρχεται μὲν ἐκ Κύπρου,

I. Celsissime, gloriosissime, generosissime, illustrissime, magne rex Cypri. Plerique eorum qui peregre ad magnam hanc urbem (Constantinopolim) appellunt, postquam multis peragratis regionibus, et oppidis, et insulis, et provinciis, itinera sua iis qui noctu aut interdiu obvii forte fuerint, enarrare volunt: et illi in primis, qui ad enuntianda recondita animi sensa, satis instructam a natura accepere linguam, tum haud paulo sane meliores semetipsis fiunt oratores, cum in tuas sese laudes solvunt, linguæque laxant habenas. Mox vero ab auditoribus interrogati, qui fiat, ut homines natura visendi studiosi, et tot pervagati loca, et qui *Multorum novere urbesque animosque virorum* (Od. A', 3) rempublicam Cypriam, tuamque justitiam, et quæ præterea plurima tibi adsunt bona, potissimum in cœlum ferant, ac celebre illud Aristotelicæ sapientiæ alludentes dictum respondent. Quippe ut ille, cum ab ipso aliquando quæreretur, *quare diutius cum pulchris versamur? cæci eam esse interrogationem dicebat.* (Diog. Laert. v. 20.) Ad eumdem et hi modum, rogitante forte quopiam, quid ita longius tuis immorantur laudibus, illosque de tuis rebus sermones pro dulcissimo oblectamento habent? surdi propriam aiunt esse quæstionem; hujusmodi enim hominibus, ut diximus, pene quotidie de tuis bonis optima quæque commemorantibus, aliisque omnibus audientibus admirantibusque, qui solus talium narrationum expers mansit, hunc haud dubie ex ortu ipso surdum sensuumque præstantissimo orbatum fuisse dictitant. Cum plurima enim passim æquora ac maria sunt, quæcunque insulis ornata sunt, sive maximis minimisque, sive mediocri ambitu præditis, neque ex Indico tamen mari, neque illo ultra Atlantidas exporrecto, neque hoc quod citra easdem late satis patet, et Herculeis circumscribitur columnis, ulla ad aures nostras allapsa fama est, ejusmodi secum gloriæ splendorem afferens, qualem quantumque Cyprus ista tua: non illa sane, quæ fertur, Aurea Chersonesus, non aquilonarium orbis partium princeps Thule, non ulla Britannicarum, non ex iis item quas ad meridiem austrumque Indi et Æthiopes incolunt, ingenti magnitudine superba

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Taprobane, neque quas vicinum proximumque Hyrcanis gentibus mare Caspium habet, neque quam amplum est, quod e Gadibus Herculisque columnis erumpens, ad ipsos usque hyperboreos Scythas proxime ascendit, ad tuam vero concluditur Cyprum, sive verius a Cypro initium ducit, terminum ad columnas accipit, sic enim justius decentiusque loquemur. Quippe cum duo extremi fines cultioris hujus nostrique maris sint, quorum alteri famosa et inclyta insula Cyprus præstenditur, alter Herculeis columnis describitur, hic ego primas merito sibi vindicare circumfusum Cypro mare statuo; atque indidem omnem illam humidæ naturæ vim exortam, ad Herculeas usque deferri terminarique columnas, potius dicendum esse, quam contra: tum hanc etiam utrique termino regulam legemque posthac fore dixerim, ut nostro videlicet mari de Cypre, non Herculanis illis columnis, initium constituatur. Nam et almam hanc rerum omnium altricem solis flammam, hanc, inquam, mundo universo lumina præbentem diurnam lampadem, ex illa cœli plage suum auspicari curriculum, ævo omni, omnes videre mortales : qua parte Cyprum Deus plantavit, quibus etiam de partibus, Solis ejus, quem mentis duntaxat intuemur oculis, Servatoris videlicet nostri Dei, familiaris condescensionis lumen conspectum fuit, illudque toto orbe diffusum gaudii mysterium, ut in tantum utique tenebricosa, et obscura, et immansueta, quæ ad columnas Herculeas sita sunt, esse necesse sit, in quantum Cypro finitima, et humanitate temperata, et mitia, et illustri perfusa luce sunt, adeoque non corpora modo delectant, sed ipsas etiam animas : quotquot mente et intelligentia Deum Sermonem nostra gratia, assumpta carne indutum, et supplicio affectum, et in vitam regressum, cernunt. Ut paucis igitur absolvam, tantum occidentalibus regionibus bonitate orientales et Cypriæ præstant, quantum veritas mendacio. Nimirum si fabulosa quæ mendacium redolent, omnia risum merito debent, utique et Herculis facinora omnia, quippe fabulis figmentisque innixa, et magnos merentur risus, et omne ludibrii genus ultro invitant atque attrahunt. Quam itaque indignum fuerit falsa et ementita ante vera esse : et qua risu ex se digna sunt, principem inter ea tenere locum, quæ summis ornantur laudibus, et in beatissimis habentur? Adeo sane omni ex parte meritissime suum Cypro tuæ jus constat, ut primas ipsa ferre debeat partes.

II. Atque hæc quidem commoda, nullo administro intermedio, unice a Deo insulæ Cypro dudum tributa fuerant : quæ per te vero, et propter te, optimum Deo repertum ministrum, Deo auctore accesserunt, et postmodum adjecta sunt, quis pro famæ magnitudine digne satis enarraverit? Rursus quis non pro dignitate rem verbis exsecutus, non totus pudore confundatur? coram nimirum illico et ante oculos præsentanea objecta confutatione. Quippe injustitiæ omnis fundamenta de insula exterminasti, quæ undique ex ille evelleras funditusque sustuleras. Illius autem loco introductam justitiam, in domum familiaritatemque intimam recepisti, ut quæ apex virtutum, atque radix et fundamentum concinni ordinis est, ejus maxime, qui rebus publicis ornatum affert, cunctisque

περατοῦται δ' ἐς τὰς Ἡρακλείους στήλας · οὕτω γὰρ δικαιότερόν τε καὶ εὐπρεπέστερον λέγειν · δυοῖν γὰρ ὄντων ἄκρων τῆς ἡμέρου ταύτης καὶ ἡμετέρας θαλάττης, καὶ τοῦ μὲν τῆς περιβοήτου καὶ θαυμασίας προκαθημένης Κύπρου, τοῦ δ' ὑφ' Ἡρακλείων ὁριζομένου στηλῶν, νικᾷν ἔγωγε τίθεμαι τὰ πρεσβεῖα τὴν περὶ Κύπρον ἔχειν θάλασσαν, καὶ αὐτόθεν μᾶλλον ἠργμένην τὴν ὅλην ταύτην λέγειν ὑγρὰν οὐσίαν, ἄχρι καὶ ἐς τὰς Ἡρακλείους κατιέναι καὶ περατοῦσθαι στήλας, ἢ τοὐναντίον. Καὶ τοῦτ' εἶναι τοῖς ἄκροις ἀμφοῖν ἔκ γε τουνῦν ἐφεξῆς κανόνα καὶ νόμον ἔγωγε λέγω · τίθεσθαι δηλαδὴ τὴν ἀρχὴν τῇ καθ' ἡμᾶς ταύτης θαλάττῃ ἐκ Κύπρου, καὶ μὴ ἐξ Ἡρακλείων στηλῶν · καὶ γὰρ τὴν τὰ πάντα βόσκουσαν ἡλίου φλόγα, τὴν πάγκοσμόν φημι τῆς ἡμέρας λαμπάδα, ἐκεῖθεν ἀρχομένην ὁρῶσιν ἐξ αἰῶνος ἅπαντες ἄνθρωποι. Ὅθεν ἡ Κύπρος πεφύτευται πρὸς Θεοῦ, κἀκ τῶν μερῶν ἐκείνων ἡμῖν καὶ τὸ τῆς τοῦ νοητοῦ ἡλίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ συγκαταβάσεως ὤφθη φῶς, καὶ τὸ τῆς παγκοσμίου χαρᾶς μυστήριον · ὡς εἶναι παρὰ τοσοῦτον ὡς ἀληθῶς τὰ παρὰ τὰς Ἡρακλείους στήλας μέρη σκοτεινὰ καὶ ἀλαμπῆ καὶ ἄγρια, παρόσον τὰ παρὰ τὴν Κύπρον ἥμερα καὶ προσηνῆ καὶ λάμποντα · καὶ τέρποντα μὴ μόνον σώματα, ὅτι μὴ κἀὶ ψυχὰς αὐτὰς ὅσαι νοερῶς ὁρῶσι, δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα Θεὸν Λόγον, καὶ παθόντα καὶ ἀναστάντα, καὶ συνελόντα φάναι, τοσοῦτο βελτίων τῶν δυτικῶν τὰ ἕωθέν τε καὶ ἐκ Κύπρου, ὅσον ἀληθεια ψεύδους · εἰ γὰρ τὰ μυθώδη πάντα ψεύδους ἀπόζοντα γέλωτα ὀφλισκάνει, ἦ που τὰ Ἡρακλέους ἅπαντα μύθοις καὶ πλάσμασιν ἐρειδόμενα, γέλωτά τε ὀφλισκάνει μακρὸν, καὶ χλεύην ἅπασαν ἐπισύρεται · ὥστε ποῦ τῶν εἰκοτων τὰ ψευδῆ τῶν ἀληθῶν ἡγεῖσθαι, καὶ ἃ γέλωτος πέφυκεν ἄξια, τῶν ὑμνουμένων καὶ μακαριζομένων ἄρχειν; Οὕτω πανταχόθεν εἰκότως ἡ σὴ τὸ δίκαιον ἔχει Κύπρος τὰ πρωτεῖα κομίζεσθαι.

Β'. Καὶ ταῦτα μὲν ἀμέσως ἐκ Θεοῦ τἀγαθὰ Κύπρῳ τῇ νήσῳ προϋπάρχοντα φαίνεται · ἀ δ' ἐκ Θεοῦ διὰ σοῦ καὶ διὰ σὲ κράτιστον ὑπηρέτην εὑρημένον Θεῷ προσγέγονέ τε καὶ ἐπεγένετο, τίς ἂν ἀξίως τῆς φήμης εἰπεῖν δυνηθείη; τίς δ' οὐκ ἀξίως εἰπὼν οὐκ ἂν αἰσχυνθείη; τὸν αὐτίκα ἔλεγχον ἔχων πρὸ ὀφθαλμῶν ἀνθιστάμενον · ἀδικίας μὲν γὰρ ἁπάσης κρηπῖδας τῆς νήσου ἐξώρισας, πανταχόθεν αὐτῆς ἀνελὼν, καὶ ἀφανισμῷ παντελεῖ παραδούς · δικαιοσύνην δ' ἀντεισηνεγκάς τε καὶ εἰσψκίσω καὶ ᾠκειώσω, ἅτε τὰ πρῶτα φέρουσαν τῶν καλῶν καὶ ῥίζαν καὶ θεμέλιον εὐταξίας οὖσαν, ὅση τὰς πολιτείας κοσμεῖ καὶ ἁρμονίαν τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐντίθησι πράγμασι πᾶσιν, οὐ λόγῳ μόνον τῆς ἀρετῆς κοσμῶν τὸ σεμνὸν, τὰς τῆς δικαιοσύνης δηλαδὴ πλάστιγγας καὶ τῶν τοιούτων κανόνων τὸ ἀῤῥεπὲς, ἀλλὰ καὶ πράξεσι καταλλήλαις βεβαιῶν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν εὐκοσμίαν τῶν λόγων, δικαστὰς μὲν ἐπιστήσας κατ' ἐκλογὴν τοὺς ἀρίστους, φύλακας καὶ προστάτας τῆς ἰσηγορίας τε καὶ ὀνομίας, ὡς μὴ λάθῃ διαρρυὲν τὸ συμφέρον· ἀγορανόμοι τε καὶ ὁψονόμοι καὶ δικασπόλοι διηνεκῶς περιίασι τὰς ἀγορὰς καὶ πᾶσαν τὴν νῆσον, ἔφοροι τῶν ὠνίων καὶ πράσεων, καὶ φρουροὶ τῆς δίκης ἀκάματοι· ταξιάρχας τε καὶ τῆς εὐνομίας διοικητὰς μὴ μόνων τῶν δημοσίων πράξεων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἠθῶν καὶ λόγων καὶ τρόπων, ὡς ἂν μαραίνηται μὲν καὶ ἀπῇ τὰ κακὰ, ὅσα τὴν τοῦ ψεύδους ἔχει προπέτειαν καὶ ἐπιορκίαν, θάλλῃ δὲ καὶ ἀνθῇ τὰ καλά· σεμνότης ἠθῶν, καὶ λόγων εὐστάθεια· καὶ γλώττης εὐσχήμων ἀλήθεια περὶ πᾶσαν τὴν νῆσον, καθάπερ ἄνθη κατ' ἀγροὺς καὶ ζέφυρος ἐν θέρει, τέρποντα καὶ νοῦν καὶ λόγον καὶ αἴσθησιν περιφανῶς. Οἶμαι δὲ καὶ Πλάτων εἰ περιῆν, ἐμιμήσατό σε ἂν, καὶ ἠγάπησε τὴν σὴν ταυτηνὶ πολιτείαν μᾶλλον ἢ τὴν αὐτῷ νομοθετηθεῖσαν πάλαι· καὶ τοῦ συνεχῶς εἰς Σικελίαν ἀφέμενος πλεῖν, ἔπλει ἂν μᾶλλον εἰς Κύπρον ἕνεκα σοῦ καὶ τῆς σῆς πολιτείας τε καὶ νομοθεσίας.

A humanis negotiis suum impertit concentum; non enim verbotenus duntaxat virtutis hujus excellentiam ornas, lances illius nimirum, et ejusmodi trutinarum nusquam inclinantem constantiam commendans, verum etiam pulchre convenientibus actionibus honoram orationem comprobas, dum acri dilectu optimos quoque civilis libertatis jurisque æqualitatis custodes ac præsides juri dicundo præficis, ne per incuriam fortasse diffluat paulatim egregium publicum, tum ædiles etiam et macelli reique frumentariæ præfecti, et prætores quæsitoresque, fora omnia omnemque insulam perpetuo obeunt, mercimoniorum atque negotiationum arbitri, et indefessi justitiæ vindices: adhæc ordinum item moderatores præficis, et æqui ac decori curatores, non publicarum modo B rerum atque actionum, sed in ipsis etiam populis occurrentium affectionum studiorumque, et sermonum, et morum, nempe ut evanescant penitus exiganturque mala, quæcunque mendacii temeritatem pejerationemque adjunctam habent, vigeant autem floreantque bona: honesta nimirum morum gravitas, et dictorum fides, ac constantia, et decora linguæ veritas; idque per totum insulæ ambitum, haud aliter quam in agris flores, in æstate zephyri vigent, quæ et animo, et sermonibus, et sensibus luculentissima pariunt oblectamenta. Quocirca et Platonem ipsum, si hodie nobiscum ageret, te imitaturum, tuamque istam rempublicam illi, quam suis ipse legibus olim descripserat, antepositurum crediderim, atque adeo illa tam crebra in Siciliam omissa navigatione, Cyprum nunc potius, tua tuæque reipublicæ atque legum disciplinæ gratia, petiturum.

Γ'. Τῶν δὴ τοιούτων τῆς νήσου ταύτης ἀρετῶν αἴτιος μὲν σὺ, αἴτιος δ' ἡ σὴ δικαιοσύνη, βάσις γενομένη καὶ κρηπὶς καὶ θεμέλιος ἀκλόνητος τῆς καλῆς οἰκοδομίας σὺν ἁρμονίᾳ καὶ στάθμῃ κρατίστῃ. Τοῖς γὰρ τοιούτοις χρηστοῖς συνοικοδομεῖται καὶ ἐποικοδομεῖται καὶ τὸ κράτιστον τῆς ἀγάπης καὶ διὰ πάσης ἔρχεται τῆς ἐργασίας· καθάπερ χρῶμα χρυσοῦν ἐπανορθοῦν καὶ νέμον εὐφροσύνην ψυχῇ τε καὶ σώματι· ἢ μᾶλλον καθάπερ τις δεσμὸς περισφίγγων καὶ συναρμολογῶν τὴν ὅλην τῶν εἰρημένων συνθήκην καλῶν. Ἄνευ γὰρ ἀγάπης οὐδὲν τῶν ἀγαθῶν ἀγαθόν· αὕτη γάρ σοι καὶ τῆς φιλοξενίας γέγονεν αἰτία σαφὴς, καὶ πάντων μὲν, μάλιστα δ' ἁπάντων τῆς τῶν αἰχμαλώτων ἐλευθερίας· ὁπόσοι πλανῶνται μὲν περιφερόμενοι καὶ περιαγόμενοι πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, καὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας πειρῶνται δεινῶν· ἐπὰν δ' ἐς τὴν σὴν ἀφίκωνται Κύπρον, ἀφικνοῦνται δ' ὅσοις ἂν εὐμενέστερον ἀφθαλμὸν ἐπιβάλῃ Θεὸς, εὐθὺς καὶ μεταβολὴν ὁρῶσι βίου, καὶ δυστυχίας ἀπαλλαγήν, καθάπερ λέπρας κάθαρσιν θαυματουργοῦντος Χριστοῦ· ὡς γίνεσθαι παράδοξον τρόπον τὴν ἀπορίαν εὐπορίας μητέρα, καὶ τὴν δυστυχίαν εὐδαιμονίας πηγήν. Ὅσα γὰρ αἰχμαλωσίαις ἕπεται δεινὰ, καὶ οἷς ἐπαρῶνται πάντες καὶ ἀπεύχονται μὴ τυχεῖν, πάντα ταῦτα εἰς εὐχῆς μετενήνεκται λῆξιν αὐτοῖς, ὁπόσοι τῆς σῆς πεπείρανται νήσου, καὶ οτῖς σοῖς προσέσχον τὴν γνώμην χρηστοῖς. Οὐ γὰρ ἔστι γέγειν ὡς ὁ τῆς τύχης ἔβριψε κύβος αὐτόθι σφᾶς, οὐδ' ὅτι ἄδηλα φώων χρόνος ἔδειξε τοῦτο τοῖς ταλαιπώροις καινόν· ἀλλ' ἡ καλῶς τε καὶ εὐμενῶς ἄνωθεν αὐτοῖς διατεθεῖσα θεία πρόνοια καλῶς καὶ τούτοις εἰς

III. Hujuscemodi igitur insulæ istius virtutum causa tute es, et tua pariter justitia, quæ basis et fundamentum, et solidissima substructio pulcherrimi ædificii, est, cum solerte partium de- C scriptione, optimaque amussi. Cum illiusmodi enim virtutibus una exædificatur ac superstruitur præclarum illud charitatis decus, atque reliquum omne pervadit opus: instar aurei coloris, omnia adornantis, animoque pariter et corpori suavissimam dispensantis jucunditatem: aut verius, instar nodi cujusdam, virtutum earum, quas diximus, totum constringentis compingentisque contextum. Sine charitate enim bonarum rerum nulla bona est; ea quippe tuæ hujus hospitalitatis verissima tibi causa est, ea concessæ omnibus libertatis, sed omnium tamen maxime cap ivis causa est, qui ultro citroque per orbem universum vagi ac palantes circumlati actique, et durissimæ servitutis devorantes miserias, D quandoque in Cyprum tuam veniunt; veniunt autem quotquot benigniore Deus oculo respicit, simul etiam fortunæ suæ mutationem vident, ærumnæ que omnis depulsionem: quasi repentinam lepræ purgationem, Christo miracula patrante, ita ut novo et inaudito quodam modo mater opulentiæ inopia, et felicitatis fons exsistat calamitas. Quæ enim cunque captivorum conditionem circumstant mala, quæque abominantur omnes, et ne ullo tempore sibi accidant optant, hæc omnia in voti sortem omnibus, qui insulam tuam sunt experti et ad clementiam tuam ac fidem animum suum applicuere, translata sunt. Neque enim recte dixe

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ris cæcu quadam fortunæ alca istuc conjectos fuisse, neque *Occulta tempus quod parit* (Soph. Αἴαντι 652), novum hoc miseris protulisse miraculum, sed divinam plane providentiam, dudum ipsis faventem ac propitiam, recte in tuum etiam ipsos deduxisse regnum, ut adeo acerbissimum captivitatis malum initium quoddam lætitiæ iis evadat, et ejusmodi quiddam, quod facillime illis persuadeat, ne diris omnino imprecationibus capita eorum defigant, imo potius gratiam quodammodo iis habeant, qui captivitatem ipsis primum imposuere. In tantum tu certe prospera nominis tui o fama omnes obstupefecisti, et facile etiam en longinquo intervallo ad te adamandum perpellis, quotquot ex honestatis virtutisque amantium, numero, quotquot item ex eruditorum atque sapientium sunt. Quod hæc nimirum et his etiam plura atque majora, ab iis qui huc quotidie istis ex locis ventitant, commemorari audiunt, et præsertim, quod, ex ipso protinus aspectu, luminumque tuorum gratia, tanquam magica carminum vi, arcanum quemdam hilaritatis sensum, animis visentium te insertum venire aiunt, et id plane ipsum, quod circa solares hosce ætheriæ lampadis radios usu nobis venire videmus.

τὴν σὴν ἐπικράτειαν ἤνεγκεν, ὡς καταστῆναι τὸ πάντοι χαλεπὸν τῆς αἰχμαλωσίας δεινὸν εὐθυμίας ἀρχήν, καὶ πρᾶγμα ῥᾷστα πεῖθον μὴ παντάπασιν ἐπαρᾶσθαι. ἀλλά πως καὶ εὐχαριστεῖν τοῖς τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπαγαγοῦσι τὴν πρώτην κατ' αὐτῶν. Οὕτω πάντας ταῖς ἀγαθαῖς σου κατέπληξας φήμαις, καὶ πρὸς τοὺς σοὺς ἔρωτας ἄγεις ῥᾳδίως καὶ πόῤῥωθεν, ὅσοι τῶν φιλοκάλων καὶ φιλάρετων εἰσὶ, καὶ ὅσοι τῶν λογίων καὶ σοφῶν, ἀκούοντας πρὸς τῶν αὐτόθεν ἀεὶ καταιρόντων ἐνθάδε καὶ διηγουμένων ταῦτά τε καὶ πλείω τούτων· καὶ μάλιστα πάντων, ὅτι κἀκ τῆς θέας αὐτῆς δέφασι καὶ τῆς τῶν ὄψεων χάριτος ἥκειν εὐθὺς ὥσπερ ἐγγοητεύοντα ταῖς τῶν ὁρώντων κυχαῖς χαράν τιν' ἀπόῤῥητον, καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν ἡλιακῶν τῶνδε ἀκτίνων τῆς οὐρανίας λαμπάδος γιγνόμενον βλέπομεν.

ΘΕΟΔΟΥΛΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΗΤΟΙ

ΘΩΜΑ ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

THEODULI MONACHI

SEU

THOMÆ MAGISTRI

EPISTOLÆ.

—

I. *Magno Logothetæ Theodoro Metochitæ.*

I. At tu vero, cum tot tantorumque negotiorum circumfluente turba, haud aliter quam in otio, varia omnis generis scripta, eaque venustissima et splendidissima, condis, qui esses sane, si tibi Platonis contingeret otium: o æmule Platonis, tuoque ipsius more unice musarum cultor? Quæ non eo tamen dico, quasi doctrinæ humanitatisque laude inferior nunc sis, per multijuges istas occupationes tuas, quæ tibi, dies noctesque assiduam commodis reipublicæ operam navanti, vix respirandi potestatem relinquam facere videntur: nec quod eorum, qui

Α'. Τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ.

Α'. Εἰ δὲ καὶ τοσῶνδε πραγμάτων περιῤῥεόμενος ὄχλῳ, ἔπειθ' ὥσπερ ἐπὶ ἐπὶ σχολῆς λόγους ἐργάζῃ, καὶ παντοδαποὺς δὲ τούτους καὶ κάλλει λάμποντας τίς ἂν ἦσθα τῆς Πλάτωνος σχολῆς ἀπολαύων, ὢν Πλάτωνος μιμητὰ, καὶ κατ' αὐτὸς σαυτὸν ταῖς μούσαις συνών; Λέγω δὲ ταῦτα, οὐχ ὅτι τοῖς λόγοις νῦν ἐλαττον ἔχεις τῇ διὰ παντὸς ἀσχολίᾳ, ὡς μηδ' ἀναπνεῖν οἷός τ' εἶναι δοκεῖν, τῷ πάνθ' ὑπὲρ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος ὅσαι ὧραι πόνον αἱρεῖσθαι· οὐδ' ὅτι τις νῶν νῦνὄντων, καὶ λόγους αὐτὸ τοῦτο προστησαμένων, ἄμφισβητεῖ σοι τῶν ἴσων· οὐδὲ μικροῦ δεῖ· πάντας

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γὰρ δήπου νικᾷς, καὶ παρὰ πάντων φέρῃ τὸ συγκεχωρημένον, Ἑρμοῦ λογίου τύπος, ὡς εἰπεῖν, καὶ ὧν καὶ καλούμενος, ἀλλ' ὅτι τῶν πραγμάτων ἀπόντων, λόγοις τὸν νοῦν μόνον προσεῖχεν ὁ τῆς οἰκουμένης δημαγωγός. Καὶ ὄχλος ἀπῆν, ἐφ' οὕτω γ' ἂν μοι δοκεῖ σοφίας ἀφῖχθαι, ὡς μὴ ὅτι τοὺς, πώποτ' εὐδοκιμηκότας παρελθεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὕστερον ἐσομένοις ἀποκλεῖσαι τὸ μηδ' ἐγγύς· τοσοῦθ' ὑπεράγεις καὶ οὕτως ὑπερφυὴς, ἵν' οὕτως εἴπω, τὸ κατὰ σὲ πεφυκός· μόνος γοῦν ὧν ἀκοῇ ἴσμεν κάλλιστα, καὶ μετὰ παντὸς τοῦ ῥᾳδίου, καὶ βουλεύεις καὶ πράττεις καὶ λόγους μεταχειρίζεις, καὶ τὰ τῆς οἰκουμένης πράγματα, μήτε τοὺς λόγους ἔξω πραγμάτων τιθεὶς, μήτε τὴν τούτων ἀσχολίαν λόγων ἐκτός· ἀλλ' ὁμοῦ πάντα χρήματα, καὶ τὸ γιγνόμενον σώζων ἁπανταχοῦ καὶ οὔτε τὰ κοινὰ βλάβος τοῖς λόγοις, οὔτ' αὖ οἱ λόγοι τοῖς κοινοῖς ἀμέλεια· ἀλλ' ἔστιν ἀμφοτέροις παρ' ἑκατέρων ἃ δεῖ, τῶν μὲν πραγμάτων διὰ λόγων κατὰ λόγον χωρούντων, τῶν δ' αὖ λόγων δοκιμωτέρων παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων πεῖραν καθισταμένων. Μαρτυροῦσι μὲν οὖν οἷς λέγω, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ δῆμος ἅπας ὑπὸ σοῦ σωζόμενος καὶ ὁ διὰ πάντων στομάτων εὖ πεπονθότων ἐγειρόμενος κρότος. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἃ καθεκάστην ὡς εἰπεῖν τίκτεις βιβλία, θαύματος πρόσω καὶ τοῖς τε οὖσι τοῖς τε ἐπιγιγνομένοις παισὶ ῥητόρων· καὶ μάλα γε ἐν καιρῷ τῷ διὰ παντὸς ἥκειν κάλλους καὶ τελευταῖον ὅρον ὥσπερ ταῦτ' εἶναι τῆς περὶ τοὺς λόγους βακχείας· οἷς δῆτα καὶ χορεύουσι μανικῶς τὸν ἅπαντά χρόνον, καὶ τὰ μεγάλα μυήσονται, καὶ φιλοτιμήσονται τούτοις οὐδὲν ἧττον ἢ τοῖς Πλάτωνος Ἀθηναῖοι· καὶ τὸ σὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται, ἀλλὰ καὶ προσεροῦσί σε τὸν τούτων πατέρα νῦν μὲν μουσῶν Ἑλικῶνα, νῦν δὲ λόγων ἑστίαν, καὶ φιλοσοφίας τέμενος, καὶ ῥητορικῆς ὄφελος, καὶ συμπάσης ἄλλης λογικῆς ἐπιστήμης, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν πρυτανεῖον· ταῦτα γὰρ δὴ τὰ σὰ δίδωσι· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ὧν ἔστιν εἰδέναι, ὡς ἄρα μόνος τῶν πάντων ἀξιώτατος ἀθλητὴς εἶης τῶν Ὀλύμπου πραγμάτων. Καὶ ὁ σὸς Ἑρμῆς οὐκ ἐπὶ γῆς μόνον βακχεύει, ἀλλ' ἄρα καὶ οὐρανὸς μετέχει τῆς αὐτοῦ τελετῆς. Καὶ νῦν μὲν Ἑρμῇ μάλα τῷ συγγενεῖ ξύνεστι τὰ γιγνόμενα, καὶ περὶ αὐτοῦ τε καὶ συμπάντων ἄλλων ἀστέρων, μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ καὶ θαύματος κρείττω δίεισι· νῦν δὲ κοινωφελής τίς ἐστι, καὶ πάνδημον ἀγαθὸν, καὶ δεξιὸς παραστάτης ἑκάστῳ πρὸς ἅπαν ὁτιοῦν τὸ χρείας ἑστὼς, παντοπόρος, ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἐρχόμενος κατὰ τὸν Σοφοκλέα, ἀλλ' αἰεὶ κρείττων ἑαυτοῦ δεικνύμενος· ὥσθ' ὃ περὶ Δημοσθένους ἔφη τις, οὐκ Ἑρμοῦ λογίου τύπος ὡς ἡμᾶς ἥκεις αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμῶν ὢν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῖς περὶ τῶν ὅλων φροντίσιν ἀσχόλως ἐγκαρτερῶν ἅτε τῶν βασιλικῶν θεσπισμάτων μόνος τῷ ὄντι τρίπους ἀναφανείς. Σὺ δ' ὡς τις ὑπερφυὴς καὶ μηδαμοῦ τῆς γῆς χωρητὸς, καὶ ἄφτρων ἰχνεύεις πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας καὶ μετὰ τῶν τῇδε πραγμάτων ἀξίως ἐπαίνων καὶ τἀκεῖ διαφέρεις ὑπὲρ τοὺς τῆς τέχνης εὑρετὰς καὶ προστάτας, ὥσπερ ἦ παρ' ἡμῶν ἦκων ἐκεῖσε, ἦ παρ' ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἰών· ἀνθ' ὧν καὶ γνωρίζεις τἀφανῆ τοῖς ἀνθρώ-

A nunc sunt, et solis elegantiorum litterarum studiis dediti sunt, quispiam sit, qui parem se tibi ac æqualem ferat. Minime sane. Usque adeo victor ipse omnium es, et delatas tibi ab omnibus primas tenes. Vera nimirum præsidis eloquentiæ Mercurii effigies, uno verbo, et es, et nuncu paris. Sed quod sublatis negotiis ad sola optimarum artium studia animum haud dubie adjungeret, communis ille orbis terrarum dux ac moderator : atque ut turbæ istæ ac molestiæ abscesserant, ita longe in eruditæ sapientiæ stadio progressurus mihi videretur : ut non modo quotquot ad claritudinem studiorum omni memoria pervenere, ipse a tergo reliqturus esset, sed posteris etiam nostris propiorem ad se aditum interclusurus. Tanto alios intervallo ipse

B exsuperas, adeoque ultra naturæ humanæ metas, ut sic dicam, eveeta indoles tua; unus ex iis igitur, quos hac parte celebrari accepimus, pulcherrime, omniumque facillime, et consilium capis, et res efficis, et studia item litterarum, orbisque universi negotia tractas, ita ut neque litteras ab actu rerum excludas, neque rerum occupationes a litteris disjungas, sed ista simul obeas omnia, et ita obeas, ut decorum in omnibus atque ordinem tuearis. Quapropter nec litteris reipublicæ tractatio efficit, nec curam reipublicæ laxant franguntque doctrinæ studia ; verum alteri opportune subvenit alterum, quando et negotia publica sapientiæ studiis adjuta rectius feliciusque succedunt, et hæc ipsa studia rursus usu negotiorum tractatuque meliora atque solidiora efficiuntur. Nostris autem verbis cum

C urbes gentesque testimonium perhibent, et universus iltem, qui suam tibi salutem felicitatemque debet, populus, et qui per ora omnium, quos tuis tibi obstrinxisti beneficiis, excitatur plausus, tum idem etiam testificantur, quæ in singulos fere dies tibi nascuntur scripta, maximam illa sane rhetorum filiis, qui nunc sunt, qui aliisque in annis erunt, moventia admirationem. Jure profecto ac merito ; quippe quæ per elegantias omnes penetrant, atque oratorii spiritus adflatusque ultima quodammodo meta sunt. Quamobrem velut sacro quodam instinctu perculsi omni tempore in his tripudiant scholastici, per hæc majoribus initiabuntur mysteriis : his non ipsi minus gloriabuntur, quam Platonicis Athenienses : *Vivelque tuum per sæcula*

D *nomen*. (Ιλ. β', 225. etc.) Sed et te scriptorum horumce parentem, modo Heliconem Musarum, modo Vestam politiorum litterarum, et philosophiæ animum ac spiritum, et artis oratoriæ columen, et cæteras liberalis doctrinæ universæ, ut verbo dicam, publicum prytaneum, appellabunt. Hos enim laudum titulos tua tibi tribuunt decora, cum cætera, tum illa in primis, unde unum te optimum dignissimumque rerum cœlestium athletam esse constat. Namque tuus iste Mercurius, non in terra solum bacchatur, sed et cœlum ipsum sacrorum illius mysteriorum particeps est : qui nunc quidem maxime cum cœlesti illo Mercurio, suo propinquo

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

atque necessario, perquam familiare exercet commercium, et de ipso cæterisque sideribus omnibus, præclara quædam et divina, et admiratione majora disserit : nunc communis idem utilitatis auctor, et universale quoddam bonum est ; et unicunque quandocunque usus est, sodalis adjutorque dexterrimus : *Omnis cui via pervia est ; nec conantem animus deserit, aut manus*, ut ait Sophocles. (*Antigone.* 365.) Imo vero præstantior semper meliorque semetipso conspicitur. Non tu igitur, quod de Demosthene non nemo pronuntiabat (Aristides, ἐν τῷ ὑπὲρ τῶν τεσσάρων. t. III. p. 511, A ; Synes, epist. 101, fine) *præsidis eloquentiæ Mercurii imago ad nos veneras*, sed et hoc ipso, quo inter nos homines agis tempore, et in assiduas pro universa republica curas, sine ulla intermissione, incumbis, quippe qui regiorum oraculorum tripus et Cortina unus verissime visus es, ad eum plane modum, velut quispiam humanam supergressus sortem, neque ullo terrarum inclusus loco, et astrorum *Rimaris varias ancipitesque vias*, et unus cum nostri orbis negotiis, cœlestia insimul, laudabili industria sustines, idque supra ipsos astronomicæ artis repertores et antistites, quasi si aut a nobis illuc subinde te reciperes, aut huc inde ventitares. Quamobrem patent tibi sane, quæ obscura itaque inaccessa aliis hominibus sunt ; et prædicis, quidquid enuntiare fas, est. et quod adhuc futurum est, tanquam jam præsens, more vatis alicujus, percenses. Quæ omnia quanam re eximia, ut arbitror, non splendidiora atque pulchriora sunt ? quippe quæ et opibus tuis, et gloriæ, et summo in republica festigio, et generi ipsi, et illi item qui fores tuas, si mihi effari per te licet, horis omnibus obsidet, orbis terrarum conventui, singulare ornamentum afferunt. Merito itaque gratia tibi debetur, qui admirabile et magnificum quoddam naturæ munus, et decus commune, et orbis nostri columen, et anima reipublicæ, instar illius, quam *animam universi* Plato appellabat (in *Timæa*, t. III, 34 b) nobis apparuisti.

A ποις, καὶ προλέγεις ἅτ' ἔξεστι · καὶ τὸ μέλλον ὥσπερ τις μάντις, ὡς παρὸν διεξέρχῃ · ἃ τίνος οὐκ ἂν, οἶμαι, περιφανέστερα καὶ καλλίω κοσμοῦντα, καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ δυναστείαν καὶ γένος, καὶ τὴν περὶ τὰς σὰς θύρας, εἴ μοι δίδως εἰπεῖν, ὅσαι ὧραι τῆς οἰκουμένης φατρίαν ; Καί σοι χάρις ἂν εἴη θαυμαστή τις ἀναφανέντι φύσεως χορηγία καὶ φιλοτιμία κοινῆ, καὶ ὄφελος οἰκουμένης, καὶ ψυχὴ τῶν πραγμάτων · ὥσπερ ἦν ὁ Πλάτων ἔφησε τοῦ παντός.

II. Nostra vero urbs, quam tu, ut cum Æschylo dicam (Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, 110) : *olim carissimam habuisti*, cujusque in gratiam nullum non subeundum tibi statuebas laborem ; tum quod urbem ipse adamares, tum quod tuis illa digna esset beneficiis ; hæc igitur, cujus longe lateque pervagata est gloria, quæ et quotquot viderunt, amatores habebat. et qui necdum viderant, hos sola nominis sui fama sibi mancipabat, quæ urbs Gratiarum dudum fuerat, nunc malorum omnium urbs est, et horum perfecto ejusmodi ; quæ nec verbis exprimi, nec auribus accipi queant. Sunt ea enim et tot numero, et tanta magnitudine, et tam gravia perpessu, ut nulli eorum qui unquam pressi calamitatibus afflictique fuerunt, ut numero hoc dicam, *nostram in adversis coronam suam esse mallent*, quemadmodum tragicus quispiam dixerit posta. Eo nunc certe nos malorum venimus. Itaque in nos genius quidam minime bonus comissabundus grassatus fuit. Jam illa igitur, omnium consensione, urbium quas incolunt homines, omnium antehac æquissima. et justissima, et moderatissima, et ea etiam re omnium, quæ ubique sunt, Deo dilectissima, illa nunc, inquam, o sol, o tellus, quo rem dicam modo ? quave narrabo ratione ? prorsus ex contrario, exsecrabilis, et scelesta, et diris devota, et omnium, ut verbo absolvam, dirissimorum atque tristissimorum certamen, omnis flagitii et intemperantiæ tropæum, et omnia hæc utique magis quam urbs est. Qua de causa, nunc invisior eadem haud dubie Deo fuerit, quam acceptior antea erat, nec procul a pœna *quinque urbium* abfutura. (*Gen.*, xix, 1 seqq. : *Sap.* x, 6.) Sane merito, quando

B Β'. Ἡμῖν δὲ ἡ πόλις, ἣν αὐτὸς κατ' Αἰσχύλον πάλαι εὐφιλήταν ἔθου, καὶ ὑπὲρ ἧς πάντα δεῖν ὅπου ποιεῖν, τῷ τ' αὐτὸς ταύτης ἐρᾷν, τῷ τ' αὐτὴν εὖ πάσχειν ἀξίαν εἶναι, αὕτη τοίνυν ἡ δόξη διὰ πάντων ἰοῦσα, καὶ τοὺς μὲν ἰδόντας ἐραστὰς κτησαμένη, τοὺς δὲ οὐκ ἰδόντας ἐξ ἄρα μόνης ἀνδραποδισαμένη τῆς φήμης, πάλαι πόλις οὖσα χαρίτων, νῦν πόλις ἐστὶ κακῶν, οὔτ' οἷων εἰρῆσθαι, οὔθ' οἷων ἀκοῆς γεγενῆσθαι, ἀλλὰ τοσούτων μὲν τὸ πλῆθος, τηλικούτων δὲ τὸ μέγεθος, οὕτω δὲ δυσχερῶν, ὡς μηδένας ἂν τῶν πώποτε δεδυστυχηκότων, εἰ δεῖ τάχιστ' εἰπεῖν, στέφανον ἡμῶν ἐν κακοῖς, εἶπεν ἂν ἀνὴρ τραγικός, ἀνθηρῆσθαι · ἐνταῦθ' ἥκομεν · καὶ οὕτω καθ' ἡμῶν ἐκώμασέ τις δαίμων οὐκ ἀγαθός · καὶ ἡ πρόσθεν C κατ' ἀνθρώπους ἐννομωτάτη καὶ δικαιοτάτη καὶ σωφρονεστάτη πόλεων, ὡς ἅπαντες ἴσασι, καὶ τῶν ἁπανταχοῦ πασῶν διὰ ταῦτα μᾶλλον θεοφιλὴς, νῦν, ἥλιε καὶ γῆ, πῶς εἴπω ; πῶς διεξέλθω ; ἐξαίφνης πᾶν τοὐναντίον · ἐξάγιστος καὶ μιαρὰ καὶ ἐπάρατος, καὶ πάντων ὡς εἰπεῖν ἀγώνισμα τῶν χειριστων, πάσης δὲ τρόπαιον ἀκρασίας · πάντα δὲ ταῦτα μᾶλλον ἢ πόλις · οὐκοῦν καὶ θεομισὴς ἂν εἴη μᾶλλον ἢ πρόσθεν θεοφιλὴς, καὶ τῆς πενταπόλεως τιμωρίας οὐ πόρρω θέουσα. Εἰκότως · νόμους γὰρ δὴ καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀνάγκας, καὶ τὸ σωφρόνως τε πολιτεύειν, καὶ τῶν προγόνων ἀξίως, καὶ πράττειν μὲν ἃ πράττειν μάλιστα θέμις, μισεῖν δὲ, ἃ μισεῖν ἄξιον, ἐξ ὧν πάντα τὰ κράτιστα γίγνεται, οὐδ' εἰς νοῦν ἴσχομεν · ἀλλ' ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀπειρημέ- D νων, καὶ τοὺς περὶ τούτων λογισμοὺς ἀπεσεισάμεθα καθάπαξ ἡμῶν αὐτῶν, τοσοῦτο τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου ποιούμενοι λόγον, ὥστε καὶ γραφὴν ἄν τις

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐνταῦθα φύγοι, μὴ κατ' εὐρύβατον ζῶν· οὕτως ἄνω ποταμῶν τὰ πράγματ' ἡμῖν· καὶ τοσῷδε μᾶλλον, ὡς μηδὲ προσδοκᾷν ἐξεῖναι τάρχαῖα, κατὰ πᾶν τὸ ἐκ τοῦ παρόντος εἰκός. Χαίρομεν τοίνυν, οἷς χαίρειν πᾶσα αἰσχύνη, καὶ ὧν τὸ μεμνῆσθαι μόνον εἰς ἄγος τελεῖ· τὸ γὰρ πρὸς ἀλλήλους ὠμότητι χρῆσθαι, καὶ ζῆν ἐγγύτατα τῶν θηρίων, καὶ στάσεις ἑκάστοτε καὶ μελετᾷν καὶ ποιεῖν, καὶ διαρπάζειν τοῖς εὐπόροις τὰ ὄντα, καθάπερ Ἀθήνῃσιν ἐπὶ τῶν τριάκοντα, καὶ νῦν μὲν ἐπιορκοῦντας ὁρᾶσθαι, νῦν δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αὖθις ὀμνύντας, καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς κονδυλίζειν καὶ συγκόπτειν καὶ παίειν καὶ ξαίνειν κατὰ νώτου πολλάς, τοὺς δὲ καὶ πώγωνος ἕλκειν ἄνδρας ἔστιν ὅτε πρεσβύτας, καὶ αἰδῶς ἄπεστι, τοὺς δ' ὕβρεσι πλύνειν, τοῖς δὲ τὰ ἔσχατα ἀπειλεῖν· νυκτομαχίαι τε ἀγεννεῖς, καὶ λόχοι κατὰ τῶν ὁμοφύλων, καὶ στρατόπεδα ἀκολάστων, καὶ τοίχων διορυχαί, καὶ κλοπαί, καὶ οἰκιῶν καθαιρέσεις, καὶ ὅσα εἰς τοῦτο τείνει· ἔτι τε ἄδικον πῦρ, καὶ λίθων ἀφέσεις, καὶ τραύματα, καὶ πληγαί, καὶ ὁ πολὺς ἑκάστοτε φόνος, τό τε διὰ πάσης ἡλικίας νομιζόμενον ξίφος, καὶ ὁ στεργόμενος ἀκινάκης, μεθ' ὧν καὶ ἡδέως καθεύδουσι, καὶ ὧν ἄνευ ζῆν οὐχ οἷόν τε. Τοὺς γὰρ ἐπὶ κακῇ μοίρᾳ τῆς ἡμετέρας καὶ φύντας καὶ τραφέντας καὶ αὐξηθέντας, καὶ τῇ πατρίδι κριοῦ τροφεῖα δεδωκότας ὡς λόγος, τούτους δὴ τοὺς Σαλμωνέας ἀτεχνῶς καὶ Λυκούργους, ἢ καινούς τινας γίγαντας ἢ τοῦ Πολυφήμου μαθητὰς, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ φαίην, οὐδὲ λέγειν ἔξεστι, ταῦτα τοίνυν καὶ πλείω τούτων ἐξώλειαν ἔχοντα, τό γε τήμερον εἶναι, τὰ πάντων ἡμῖν ἥδιστα· καὶ κινδυνεύομεν ἐν τούτοις εὐδαιμονεῖν, ὧν τὸ καθάπαξ ἀτυχεῖν εὐδαιμονία σαφής· ἄξιοι μὲν παρὰ πάντων μισεῖσθαι τῶν νοῦν ἐχόντων, ἄξιοι δὲ κρημνῶν καὶ βαράθρων καὶ σεισμῶν καὶ χωσμάτων, καὶ τῶν ἐξ οὐρανοῦ πάντων βελῶν· οὐχ ὡς τῶν δεινοτάτων αὐτόχειρες μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις γεγονέναι τῶν ἴσων· πρὸς γὰρ τὰς μητροπόλεις ἕκαστοι βλέποντες, σφᾶς αὐτοὺς πλάττουσι· Φεραῖοι γοῦν καὶ Ποτιδαιᾶται, καὶ αἱ λοιπαὶ πόλεις, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ἐς ὅσον μανίας ἤλασαν· οὕτω τι πλεονεκτήσαντες πρὸς τὴν μίμησιν. Καὶ μετὰ τοσούτου πάνυ τοῦ θράσους, ὡς καὶ παρελθεῖν τοῖς ἔργοις τὴν φύσιν, καὶ παιδὰν ἀτεχνῶς δεῖξαι τὰ παρ' ἡμῶν, ἐκ δευτέρων τὰ πρωτεῖα τρόπον ἕτερον κομισάμενοι. Εἰ δ' ὁ τὸ σπέρμα παρασχὼν, οὗτος καὶ τῶν φύντων αἴτιος ὁ σὸς ἑταῖρός φησι Δημοσθένης, καὶ οὕτως ἄρα νικῶντες ἡμεῖς νίκην, ἣν ἄν μοι δοκεῖ τις καὶ ὄναρ ἰδὼν οὐκ ἄν, εἴπερ οἷόν τ' ἦν, ἔθ' ὕπνου μετασχεῖν ἐθελῆσαι, φόβῳ τῶν ἴσων· ἐν τοίνυν τοιούτοις οὖσιν ἡμῖν τίς ἐλπὶς σωτηρίας; μᾶλλον δὲ τίς οὐκ ἂν ἐλπὶς ἀπωλείας; ὅπου γὰρ εἷς ὁστισοῦν κακὸς πολλάκις ἀναφανεὶς αἴτιος ὅλῃ πόλει γέγονε συμφορᾶς, καὶ τῆς ἑνός τινος ἀκρασίας ἅπαν κοινῇ τὸ πλῆθος τὴν δίκην ἔτισαν, τί πείσεσθαι χρὴ νομίζειν ἡμᾶς, τῶν μὲν πεπλημμεληκότων ὄντων ὑπὲρ τὰς μυίας, τῆς δὲ ἀδικίας, ἀλλ' οὐκ ἂν δυναίμην εἰπεῖν ὅση τις.

A leges, et necessariam legum observantiam, et sapienter ac modeste rempublicam gerere, dignoque majoribus more : eaque agere, quæ maxime fas piumque sit agere, odisse vero, quæ æquum sit odisse, quibus ex rebus optima omnia proveniunt, hæc ne in animo quidem habemus, sed vel ipsas de hisce cogitationes, tanquam aliud aliquid legibus interdictum, a nobis penitus exegimus excussimusque Hanc nos scilicet honesti justique ducimus rationem, ut publico pene judicio diem illi dicamus, quisquis non Eurybati plane vitam vixerit; adeoque velut sursum recurrentibus amnibus nostræ nunc res erant, idque tanto profecto magis, ut nec pristinum amplius exspectare liceat statum, quantum quidem conjectura ex præsentibus augurari possumus. Nempe iis unice gaudemus, quibus turpissimum gaudere est, et quorum vel meminisse duntaxat, sceleris habendum loco. Quippe mutua invicem crudelitate sævire ; et proxime ad immanitatem ferarum accedere ; et seditiones quotidie tum meditari, tum ciere atque conflare; et divitum diripere atque expilare domos : eo plane modo, quo Athenis tempore triginta tyrannorum ; et modo in manifesto deprehendi perjurio, modo idem rursus conceptis dejerare verbis ; et nunc illis qui in fero degunt, os pugno converberare, et concidere, et ferire, et virgis verberibusque frequentibus terga lacerare; nunc arreptos barba etiam ævo nonnunquam grandes viros raptare, idque nullo pudore aut verecundia ; rursus alios contumelia et injuriis perfundere ; aliis atrocissima quævis minitari; et fœdæ dimicationes nocturnæ ; et globi sicariorum adversus municipes et tribules, et justæ perditissimorum nebulonum copiæ ; et perfossiones parietum ; et furta, et domuum eversiones ; cæteraque id genus omnia. Adhæc porro nefarii ac funesti ignes, et lapidationes, et ingesta vulnera, ac ictus, et continuæ atque quotidianæ cædes stragesque, et omni ætati frequens ferri usus, atque in deliciis acinaces, quibuscum et quies ipsa somnusque suavior habetur, et sine quibus nec degere vitam possunt. Hos enim in perniciem atque exitium reipublicæ nostræ, tum natos altosque, tum magnis opibus auctos, nec aliam patriæ, quam arietis, ut in proverbio est, educationis persolventes mercedem : hos inquam, sive meros verosque Salmoneos et Lycurgos, sive novos quospiam gigantes, sive germanos Polyphemi discipulos, sive quo alio appellum nomine incertus hæreo; nec nominare tutum. Hæ itaque, et his etiam funestiores quæque pestes, quæ nunc rerum facies est omnium nobis jucundissimæ sunt : atque adeo iis in rebus felices nobis videmur, quarum inexpertos plane esse, ea demum vera est felicitas. Digni proinde omnium, qui sapiunt, odio sumus; digni saxo Tarpeio atque barathris ; digni motibus terræ hiatibusque ; digni jaculis fulminique cœlestibus omnibus. Idque non ideo tantum, quod

B

C

D

tam capitales fraudes noxasque in nos admissimus, verum etiam quod similium ausorum exemplum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cæteris dedimus. Quo fit, ut ad metropoles quisque suas respicientes, semetipsos conforment. Dici enim profecto nequit, quantam Pheræi et Potidæatæ, et civitates cæteræ, insenierint insaniam, qui usque adeo dociles ac egregios imitatores, adeoque sane audaces et vecordes sese præbuere, ut naturam ipsam suis transierint facinoribus, ludumque modo et jocum hæc nostra fuisse ostenderint : scilicet ut tempore posteriores sunt, ita alio quodam modo palmam sibi vindicant. Quod si tamen *enatæ segetis is habendus auctor est, qui semen præbuit,* ex familiaris tui Demosthenis sententia (Ὑπὲρ τοῦ στεφάνου νβ'), utique vel hoc pacto, ejuscemodi nos victoriam vincimus : cujus objecta forte cuipiam in somnis specie, haud ultra, ut arbitror, si fieri possit, quieti sese dare velit, consimilium somniorum metu. Hoc igitur rerum nostrarum habitu, quæ residua nobis salutis spes est? sive potius contra quæ non exitii spes est? quando enim etiam unus aliquis multiplici scelere coopertus, toti reipublicæ calamitatis causa fuit, uniusque cujusdam intemperantiæ libidinum pœnas universa multitudo communiter luit : quod tandem nos autumabimus manere supplicium, ubi facinorosorum plus etiam, (cum caletur) muscarum est? nam injuriam ac facinorum quæ vis et immanitas sit, id vero nulla possum oratione complecti.

II. *Eidem.*

A

Β'. Τῷ αὐτῷ.

Præstantissimum virum Amphilochium, tum ut unum amicorum erga me optimum, merito amo, tum magni facio, ut virum sane probum; est enim homo non acuto solum atque sagaci præditus ingenio, et eximia prudentia, artiumque optimarum assiduus cultor, sed idem etiam in primis profecto moderatus ac bonus, omnique virtute cumulatissimus, atque morum suavitate, quasi medicamine quodam, familiares suos viscare solitus. Quod idem vero pleroseque tui amantissimos amore vincit, et ad tuarum laudum præconia plaususque pene insanit, eoque posteriora omnia ducit, ut optima semper de te, tum audiat, tum prædicet, hoc ipsum facit, ut in eorum hominem numero habeam, quorum præclaris ornatus fueram beneficiis. Quippe si jucundissimum mihi certamen est, tua omnia usquequaque plausu prosequi, verbisque attollere, neque ullis laudum terminis definire posse, sed et tua causa, omni tempore, omnia cum facere, tum dicere : et eo tamen, quod tuis exsatiari nequeo encomiis, nullum fere operæ pretium meo ipsius judicio facere, si ille item in his quinpertiis socius adjutorque mihi est, et ad hanc tuam Pisam, *Ambo nos parili gressu contendimus* (Ιλ. Κ. 224) : quo tandem pacto non jure meritoque gratiam huic homini debeo, meos nimirum mihi amores ac delicias, dictis, factisque, ultro repræsentanti? Quin te etiam bene invicem de ipso mereri æquum est, si qua in re illi opera tua opus fuerit, ut omnino erit : præcipue quidem, quod singularem voluptatem hæc tibi afferre intelligit officia, tum vero etiam quod nihil illi absurdius esse videtur, quam se ipsum, qui abs te ornatos productosque sigillatim recensere suevit extra eorumdem catalogum videri. Super hæc autem, mutuam hanc fore crediderim gratiam; hoc enim, quod in hominem conferes beneficio, et illi rem plane gratissimam facturus, et ampliora tibi laudum elogia comparaturus es. Nam qui talis in te est, nullo adhuc beneficio tuo provocatus, qui esset sane ejusmodi auctoramento incitatus? et qui cum nulla subest necessitas, adeo ofæciosum se præbet; quin idem ubi hæc accesserit, facile omnes efficiorum præteriturus sit metas, quis est qui dubitare possit?

Β

Ἀμφιλόχιον τὸν καλὸν φιλῶ μὲν ὡς ἄριστον ἑταίρων ἐμοί· θαυμάζω δὲ ὡς ἄνδρα χρηστόν. Οὐ γὰρ ὅσον ὀξὺς καὶ ἀγχίνους καὶ φρένας ἀγαθὸς, καὶ παιδείας ἑταῖρος, ἀλλ' ἤδη καὶ μέτριος καὶ ἐπιεικὴς ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις, καὶ γέμων ἀρετῆς, καὶ τοὺς συνόντας φαρμακεύων τοῖς τρόποις· ὅτι δὲ καὶ παρὰ πολλοὺς ἐστι τῶν σῶν ἐραστῶν καὶ πρὸς τοὺς κατὰ σοῦ θορύβους καὶ κρότους μαίνεται, καὶ πάντ' ἐλάττω νομίζει τοῦ περὶ σοῦ τὰ βέλτιστ' αἰεὶ καὶ ἀκούειν καὶ λέγειν· τοῦτο δὲ καὶ εἰς ἐμοὺς εὐεργέτας αὐτὸν τίθησιν. Εἰ γὰρ ἐμοὶ μὲν ἥδιστος οὕτος ἄθλος τὸ τὰ σὰ καθάπαξ καὶ κροτεῖν καὶ θαυμάζειν, καὶ μὴ τοῖς ἐπαίνοις ὁρίζειν δύνασθαι, ἀλλὰ πάντα μὲν ὑπὲρ σοῦ πάντοτε καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν, τῷ δὲ τῶν σῶν ἐγκωμίων ἁπλήστως ἔχειν, μηδὲν πλέον ποιεῖν οἴεσθαι· ὁ δὲ κοινωνεῖ μοι τουτωνὶ τῶν πεντάθλων, καὶ πρὸς τὴν σὴν Πίσαν σύν τε δύ' ἐρχομένω, πῶς οὐ χάριτος ὀφείλειν τῷ τοιούτῳ δίκαιος, καὶ οἷς λέγει, καὶ οἷς πράττει, χαριζομένῳ τὰ παιδικά; Δίκαιος δ' ἂν καὶ αὐτὸς εἶης τοῦτον ἀντευποιεῖν, εἴ σου δεήσεται· δεήσεται δὲ πάντως, μάλιστα μὲν εἰδώς σε τοῖς τοιούτοις χαίροντα, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἀτοπωτάτων νομίζων, εἰ τοὺς ὑπὸ σοῦ κεκοσμημένους διεξιὼν, αὐτὸς ἔξω τοῦ καταλόγου τῶν τοιούτων φαίνοιτο. Χωρὶς δὲ τούτων καὶ κοινὴν οἶμαι τὴν χάριν ἔσεσθαι· οἷς γὰρ εἰς αὐτὸν ἐργάσῃ, αὐτόν τε εὐφραινεῖς, καὶ σεαυτῷ μείζους τοὺς παιᾶνας ἐργάσῃ· ὁ γὰρ καὶ πρὶν εὖ παθεῖν τοιουτοσὶ περὶ σὲ, τίς ἂν εἴη παθὼν εὖ; καὶ ὁ μηδ' ἡστινοσοῦν ἀνάγκης ὑπούσης χρηστὸς, παντί που δῆλον ὡς ὑπερβαλεῖται τοὺς ὅρους ἀνάγκης προσούσης.

C

III. *Tricanæ, ærarii minoris quæstori.*

Γ'. Τῷ σακελλίου Τρικανᾷ.

Atqui æquum sane erat, o divinum et sanctum caput, animæque meæ eximium decus, ut una perpetuo essemus, nec ullo tempore vel tantillum alter

Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄγαλμα, αἰεὶ μετ' ἀλλήλων εἶναι, καὶ μηδέ ποτ' ἀφίστασθαι μηδοπωστιοῦν, τοὺς καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἄλλως γε μετ' ἀλλήλων ὄντας· ἐπεὶ δ' ὁ πάντ' ἐγὼ δυσ- A
τυχὴς καὶ τοῦτο ἀφήρημαι, καὶ τοὺς ἐμοὺς ἱμέ-
ρους ἴσχουσιν οἱ Βυζάντιοι, φέρε γοῦν ἃ τοῦ φθινο-
πώρου συνέβη ὀηλώσω σοι. Ἑπτακαιδεκάτῃ μηνὸς
Γορπιαίου, μετὰ τὰς ἱερὰς συνόδους οἴκαδ' ἐλ-
θόντι, ἔτ' οὔσης βαθείας ἑῴας, εὐθὺς ἠπίαλός τις
προσβάλλει μεγέθει τε μέγιστος, καὶ κράτει κρά-
τιστος· οὐ γὰρ συνήθης ἐδόκει τοῖς ἰατροῖς, τῷ μετὰ
τοσαύτης ἁπαντῆσαι παρασκευῆς, ὡς πάντα διαφθεῖ-
ραι ῥᾳδίως, διὰ πάσης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἅπαν
τὸ σῶμα συνεχέσιν ἐλεπολίζων τοῖς ἀκροβολισμοῖς·
καὶ μέχρις ἀστῶν τε καὶ μυελῶν, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ
λόγου, τὴν καταδρομὴν ἐποιεῖτο. Τί τὸ ἐπὶ τού-
τοις; Ἀσιτία παντελὴς εἰς ἑσπέραν, καὶ τηνικαῦτα
τοῖς ἰατροῖς ἐδόκει χαρίζεσθαι οἷς ἔξεστι· καὶ ἐγρη,
σάμεθά γε. Τῆς δὲ ἐπιούσης πάλιν ὁ αὐτὸς χειμών, B
καὶ αἱ αὐταί καταιγίσες, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐκλυζόμεθα.
Προσεπεγένετο δὲ καὶ κύματα ἄττα ἐμέτων, καὶ
χολῆς σύῤῥοια, μετὰ τοσῆσδε δυσχερείας καὶ τοσοῦδε
τοῦ σάλου ἀμφοτέρωθεν προϊοῦσα, ὡς μὴ δύνασθαι
περὶ τούτων λέγειν, σοὶ δ' εἰκάζειν ἐξεῖναι. Καὶ
τοῦτο προύχώρησεν ἐς ἡμέρας δέκα, τόν τε κά-
μνοντα κατάκρας ἐλαῦνον, τούς τε ἰατροὺς ἐς φόβον
οὐ μικρὸν καθιστάν· ἔπειθ' ὥσπερ Ἀθηναῖοι μετὰ τὴν
ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς δυστυχίαν, καὶ τὴν τοῦ Πειραιῶς
κατάσχεσιν, καὶ τὸν ξυμβάντα διὰ ταῦτα λιμὸν, καὶ
τὴν πόλιν ἀπώλεσαν, κατὰ ταυτὰ καὶ ἡμεῖς δεδυστυ-
χηκότε ὤφθημεν· μετὰ γὰρ τοὺς δεινοὺς ἐκείνους
ἰλίγγους, καὶ τὰς οὐκ ἄνευ αἵματος τῶν χολῶν ἐκρύ-
σεις, καὶ τὰ πόλλ' ἕτερα τῶν τότε δεινῶν, τοιόνδε τι
περὶ τὸ σῶμα ἐγεγόνει· ὃ θάνατον τοῖς γε πλείοσιν
ἐπιφέρειν παῖδές φασιν ἰατρῶν· περὶ γὰρ τὸν στό- C
μαχον περιπεσοῦσα χολὴ πολλή τε καὶ δυσχερὴς συν-
έπνιγε τὴν καρδίαν, καὶ ἀναπνεῖν οὐκ εἶα· καὶ
πάντα τὰ δεινότατ' ἐποίει, μήτε τῆς καρδίας διαφο-
ρουμένης κατὰ τὸ ἔθος, τοῦ τε στομάχου πᾶσαν
ἠντινοῦν ἰσχνντος ἀηδίαν, καὶ μηδὲν ὅλως προσιε-
μένου· ἀλλὰ κἂν εἰ θερμοῖς κἂν ψυχροῖς κἂν οἱστι-
σινοῦν τοῖς ἀπὸ τῆς τέχνης ἐχρώμεθα, ἅπαντ' ἦν
φλυαρία· καὶ οὐδὲν ἦν ὃ μὴ αὐτίκα γε ἦν ἔξω. Καὶ
τοῦτο τοῖς ἰατροῖς εἰς ἄπορον καθειστήκει, πάντα
μὲν τὰ τῆς τέχνης ποιοῦσιν, οὐδενὸς δὲ ὧν ἔξεστι
γιγνομένου. Τότε δ' οὖν ἡ φύσις, ἄλογος οὖσα, κατὰ
λόγον ἐξεφάνη πάντα ποιοῦσα· οἴκοθεν γὰρ ἐχρη-
σάμην μετὰ ψιχῶν οἴνῳ θερμῷ· καί πώς γε ῥᾷον
ἔσχυν. Καὶ τοῖς ἰατροῖς ἕπεσθαί τε τούντεῦθεν, καὶ
θαυμάζειν παρῆν· οὕτω δὲ χαλεπῶς καὶ ἀφορήτως D
πάντ' ἔχειν ταυτησὶ τῆς χολῆς παρασκευαζούσης,
καὶ πολλῆς ὡς εἰκὸς δυσθυμίας οὔσης, ἔξωθεν ἦν
ἡμῖν ὑγρὰ περὶ τὸ πρόσωπον οὐκ ὀλίγα· καὶ ἀέρες
ἐκ μηχανῆς, καὶ μύρων ἐκχύσεις, κἀκ τόπων εἰς
τόπους μεταβολαί· οὐ γὰρ ἐνῆν, οὐκ ἐνῆν μιᾷ κλίνῃ
κεχρῆσθαι, ἀλλ' ὅπου ποτ' ἂν ἐξείη τῆς οἰκίας. Καὶ
πάντα δι' ὧν ἐξῆν ῥᾳστώνην ἠντινοῦν εὑρεσθαι, οὐκ
ἂν δυναίμην εἰπεῖν τὴν τότε τῶν λογισμῶν ἀπορίαν
καὶ δυσχέρειαν, καὶ τὸ μὴ φέρειν ἐξεῖναι, κἂν
ἅπαντά τις ἐποίει. Ἐκ δὴ τῶν τοσούτων περὶ τὸ
πρόσωπον ὑγρῶν γίγεναί τι τοιόνδε· ἄμφω τὼ πα-
ρειὰ ἐξαίφνης ἐξώγκωντο· καὶ παρῆσαν ἰατροὶ, καὶ

ab altero divelleremur, qui alioqui alio quodam modo una sumus. Quando mihi vero, homini undique infelicissimo, hoc nunc etiam ereptum est, meosque Byzantii amores tenent, agedum quid hoc interea autumno mihi acciderit, tibi narrabo. Ante diem quintum decimum Kalendas Octobres (Gorpiæi XVII), cum domum e sacris synodis revenissem, multo adhuc mane, horror protinus febrilis occupat, ille tum magnitudine maximus, tum vi vehementissimus; non enim familiaris quispiam medicis esse videbatur, qui tanta apparatione ingruebat, ut omnia mox pessumdaret: scilicet dum diem noctemque totam, corpus omne perpetuis velitationibus, quasi murali tormento quatit, et in ossa ipsa ac medullas, quod proverbio dicitur, sævam illam impressionem suam impetumque adigit. Quid tum postea? inquies. Nempe religiosissima ad vesperam usque esculentorum omnium abstinentia, quando medicis eorum quæ non obessent, usu nobis gratificari placuit; quibus usi etiam sumus. Postero rursus die eadem urgebat procella, iidem turbines, iisdemque obruebamur fluctibus, nisi quod novi quidam vomitionum accesserant fluctus, et bilis confluxus, tanto meo cum dolore, tantoque æstu utrinque erumpens, ut quoniam idonea nos deficiunt verba, rem omnem tibi conjectandam permittamus. Decem ipsos dies hunc morbus statum tenuit, ut et ægrum vehementissime affictaret, et magnam medentibus formidinem injiceret. Postmodum, perinde ut Athenienses, maxima ad Ægos flumen accepta calamitate, Piræeoque occupato, et summa inde annonæ inopia ac fame consecuta, urbem postremo ipsam amiserunt, ita non absimili et nos circumventi videbamur discrimine. Quippe post gravissimas oculorum vertigines, et mista sanguine bilis profluvia, et complura alia, quæ tum premebant, mala, tandem quiddam illiusmodi secundum corpus nostrum accidit, quod plerisque lethiferum esse medicorum censent filii. Nempe magna vis bilis, et hæc sane quam molesta, circum stomachum allapsa, cor ipsum suffocabat, respirandique adimebat facultatem. Jam itaque ultima imminebant omnia, quandoquidem neque cor usitato more, recepto sanguine evacuaretur, et nullo non tædii atque fastidii genere laboraret ventriculus, nullumque plane ferret alimentum. Sive enim calidis, sive frigidis uteremur, sive quæcunque ab arte medica imperabantur, nugæ et fabulæ erant omnia; nihil enim erat, quod non mox assumptum rejiceretur. Id quod medicos non parum sollicitos habuit. Quippe tametsi omnia artis remedia sedulo adhiberent, nihil eorum tamen, quæ fieri oportuit, consequebatur. At hic naturam ipsam, quamlibet rationis expertem, omnia secundum rationem facere, manifesto deprehensum fuit. Forte enim, mea sponte, vinum calfactum, cum micis aliquot friati panis, gustaram, et nonnihil protinus malum remittere visum. Unde postea eimdse qui, atque magnopere comprobare, medicis consilium fuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Interea autem, cum omnia adeo gravia et intolerabilia illa bilis redundantia faceret atque multa, ut erat virsimile, inde animi ægritudo exsisteret, extrinsecus secundum faciem non exigua humoris copia manare cœperat, adhæc ventuli e machina quadam flebant, et unguentorum effusiones, et crebræ mutationes locorum; non enim licebat; non, inquam, licebat, uno uti lectulo, sed ubicunque commodus usquam in ædibus apparebat locus, aliaque omnia, unde quantulumcunque exspectari poterat levamen ; adeoque ne consequi quidem verbis potero, quæ tum consilii inopia atque difficultas, et quam non ferenda morbi sævitia fuerit, tamesti nihil non moliretur quispiam. Porro ex his tam copiosis faciei humoribus, tale quiddam evenit. Ambæ subito extumuere genæ. Hic rursus advolare medici, aliusque ad alium clamitare, nunc vel maxime properandum et pro viribus adlaborandum esse, in primis malva alba opus esse, quæ illico adfuit, et similiter ulmi cortex, et alia quædem, ut dissipati hoc modo tumores non ad interiora penetrarent, atque postea tum novæ medicis trepidationis, tum ægro interitus fortasse causa fierent. Cedo quid postea ? tantum quod ista conquierant; cum serenitatem nos jam tenere rati, denuo in illa superiora recidimus, utut non gemina plane ac simillima, alio tamen quo pacto consimilia; quippe eadem iterum medicis fere aderat hæsitatio, quod febris febrim excipiens, suspensos incertosque teneret: artusque corporis ipsa morbi diuturnitate pridem confectos incredibilem in modum conquassaret, ut nullum hic amplius, neque nos, neque medici, excogitare possemus consilium. Quando hujuscemodi igitur nos auctumnus epulis accepit, te ejusdem etiam participem convivii faciendum nobis esse arbitrabamur : non equidem ut animi te excruciares (apage istam a nobis in amicos inhumanitatem), sed ut cognosceres quibus ex scopulis in quos portus, Dei immortalis ope, tandem aliquando appulissemus.

A πρὸς ἄλλος ἄλλον ἐβόα, Τάχους ὅτι μάλιστα δεῖ· καὶ σπουδάζειν ἔξεστι καὶ μαλάχης λευκῆς χρεία· καὶ παρῆν ὅτι τάχος καὶ πτελεῶν φλοιὸς, καί τιν' ἕτερα, ἵνα διαχυθέντες οἱ ὄγκοι μὴ χωρήσωσιν εἴσω, κἀντεῦθεο τοῖς τε ἰατροῖς ἀγωνίας, τῷ τε κάμνοντι θανάτου τάχ' ἴσως αἴτιοι γένωται. Τί τὸ ἐντεῦθεν ; Πέπαυται ταῦτα· εἶτα δοκοῦντες ἔχειν γαλήνην, πάλιν τοῖς πρώην ἐμπίπτομεν, εἰ καὶ μὴ παραπλησίοις, τρόπον δ' ἕτερον παραπλησίοις· ἡ γὰρ αὐτή τις ἀπορία τοῖς ἰατροῖς· πυρετὸς γὰρ ἐκ πυρετοῦ συλλαμβάνων διῆγε· καὶ τὰ πολλῷ τῷ χρόνῳ μέλη κατεργασθέντα πῶς οἶει κατέτρυχεν· ὡς μηδ' ὁτιοῦν, μήθ' ἡμῖν, μήτε τοῖς ἰατροῖς ἐξεῖναι προσευρεῖν. Τοιούτοις ἡμᾶς τὸ φθινόπωρον ἐστιᾶσαν, δέον ᾠήθημεν κοινωνὸν καὶ σὲ ποιῆσαι τῆς θοίνης· οὐχ ἵν B ἀλγοίης· πόῤῥω γὰρ ἡμεῖς τῶν τοιούτων τοῖς φίλοις· ἀλλ' ἵν' εἰδείης ἐξ υἱῶν ἄρα σκοπέλων εἰς οἵους κατέσχομεν σὺν Θεῷ τοὺς λιμένας.

IV. *Eidem.*

C

Δ'. Τῷ αὐτῷ.

Atque tibi equidem, vir optime, optima semper eveniant omnia, et meliore identidem felicitatis incremento, secundissimam experiaris fortunam, cum nobis hæc tibi comprecantibus, tum tot aliis tuis amicis : quanquam mihi haud proclive fuerit eorum inire numerum, quos tuo consauciaveris amore, tum isto item animo tuo haud aliud voti recipiente argumentum; qui enim non solum amicis, sed universe omnibus, et lætis in rebus congratularis, et in afflictis verissimum capis dolorem, annon talem te inquam virum, perpetua animi lætitia, summaque fortunæ prosperitate, perfrui æquum fuerit? Nos vero cum nonnihil de superioribus malis respirassemus, et in meliorem recuperandæ iterum salutis spem venissemus ; hic vero de consilio medicorum balneo forte adhibito, in eisdem denuo malis eramus : priorque illa, sed vehementior, ingruebat tempestas, nosque nondum ex tyrannide penitus ereptos, ille Phalaridis bos tenebat. in causa erat, quod non opportune salis lavatione usi fuissemus, multa adhuc bilis vi ventriculum obsidente. Retro itaque mox sublapsa, et in contrarium lata omnia, nulliaque non mali aderat species, sive verius, nihil non supremo in gradu. Nempe et pessime affecta erant intestina, ita ut vix attollere me ac levare possem. Et reliquum corpus assidus gravissimisque torquebatur doloribus, quoniam unoquoque in membro, sua, ut ita dicam;

Σὺ μὲν εἶης διὰ τελους, ἄριστε, πράττων εὖ, καὶ μετ' ἀμείνονος αἰεὶ τῆς προσθήκης, τάγαθοῦ πειρώμενος δαίμονος, ἡμῶν τέ σοι ταῦτα συνευχομένων, καὶ τῶν·.., ἀλλ' οὐκ ἂν δυναίμην εἰπεῖν ὅσους ἔτρωσας, τῆς τε σῆς γνώμης ἑτέραν οὐ δεχομένης ὑπόθεσιν· ὁ γὰρ οὐ φίκοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἁπλῶς εὖ μὲν πράττδυσι συνηδόμενος, ἐπὶ δὲ τοῖς ἐναντίοις καὶ μάλ· ἀχθόμενος, τὸν δὴ τοιοὐτον πῶς οὐ διαπαντὸς εὐθυμεῖσθαι προσῆκε, καὶ ὡς ἄριστα ἔχειν ! Ἡμεῖς δὲ μικρὸν ἀναπεπνευκότες ἐκείνων τῶν δυσχερῶν, καὶ πρὸς ἀμείνους καταστάντες ἐλπίδας, ὡς ῥᾷον ἔθ' ἕξομεν, ἐπειδὴ τῶν ἰητρῶν κελευόντων ἐχρησάμεθα λουτροῖς, αὖθις αὖ ἦμεν ἐν τοῖς αὐτοῖς· καὶ ὁ πρόσθεν χειμὼν ἐπῄει σφοδρότερος· καὶ D μήπω καθαρῶς ἀπηλλαχότας τῆς τυραννίδος, ὁ τοῦ Φακάριδος ἔσχε βοῦς. Αἴτιον δὲ τὸ μὴ κατὰ καιρὸν πάντως λελοῦσθαι, χολῆς ἔτ' ἐχούσης [περὶ τὸν στόμαχον. Ἅπαντα δὴ οὖν εὐθὺς ἀνατέτραπται· καὶ πρὸς τοὐναντίον ὡρμήκει· καὶ οὐδὲν ὅ τι μὴ παρῆν τῶν δεινῶν· μᾶλλον δὲ οὐδέν ὅ τι οὐ μεθ' ὑπερβολῆς. τά τε γὰρ ἔνδον πονήρως ἔσχεν, ὡς μηδ' ἀνασχεῖν οἷόν τ' εἶναι, τό τε σῶμα πυκναῖς ὅτι μάλιστα καὶ βαρείαις ἔκαμνε ταῖς ὀδύναις κατὰ παντὸς ὀτουοῦν μέλους, ἑστρατοπεδευκότων ὡς εἰπεῖν τῶν δεινῶν. Καὶ σιωπῷ στομάχου κατάψυξιν, καὶ τὴν περὶ πάντ' ἀηδίαν, καὶ τοὺς ὅτε τι τῶν ἐν τοῖς τοιούτοις ὑπ' ἀνάγκης προσιέμην, αὐτίκ' ἀπαντῶντας ἐμέτους. Ἀλλ' ἠπίαλοί τινες ἑκάστης ἡμέρας ἐς μῆνα κατέ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σχον, δεινοὶ μὲν ἐκτρίψαι καὶ καταβαλεῖν· οὐχ ὅτι γε ἡμᾶς τοὺς ἤδη διαπεπραγμένους, καὶ ὥσπερ καμόντων εἴδωλον ὄντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μάλ' ἐρρωμένους τὸ σῶμα, καὶ τὴν Ἡρακλέους ἴσχοντας ῥώμην· δεινότεροι δὲ, τῷ νυκτὸς ἀρχομένης εὐθὺς ἐπιέναι, ὡς μηδ' ὕπνου λαγχάνειν δύνασθαι· εἶθ' ἕτεροι τουτουσι διαδέχονται, οὐ κατὰ ταυτὰ διακείμενοι, ἀλλ' ἐοικότες τοῖς πάλαι· εἶτ' αὖθις ἄλλοι, καὶ μάλα ἄλλοι, ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος. Καὶ ἡμεῖς ἐν φόβῳ πολλῷ καὶ ταράχῳ, τῶν μὲν ἰατρῶν ἄνω καὶ κάτω βοώντων, ὡς ἐπὶ θύραις ἡ τελευτὴ, καὶ οὐδὲν χρὴ μέλλειν οὐδ' ἀναδύεσθαι, ἀλλὰ καὶ πράττειν ἃ πράττειν μάλιστα χρή. Θορυβουμένων δὲ τῶν ἑταίρων, καὶ προστιθέντων οἰμωγαῖς οἰμωγὰς, καὶ συνευχομένων ῥᾳστώνην· τοὺς οὖν οὕτω μὲν ἔχοντας, ἐν δὲ τοσούτοις ὄντας δεινῶν μεσημβρίᾳ, μηδαμόθεν δὲ χρηστῆς ἔτ' οὔσης ἐλπίδος, τῶν δ' ἐναντίων ἁπάντων, καὶ τοῖς μὲν ὅλοις ἀπειρηκότας σχεδὸν, μόνον δὲ τὴν περὶ ψυχῆς θέοντας, μᾶλλον δὲ τῷ πλείστῳ τεθνηκότας τοῦ βίου, ὦ τῆς ἀφάτου περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίας Θεοῦ! ὑφέσθαι τε παραχρῆμα ξυνέδη τοῦ τοσοῦδε κλύδωνος, καὶ τῆς προτέρας μὲν οὐκ ἂν φαίην, ὑγείας δ' οὖν ἐπειλῆφθαι, μάλα μὲν ἡδίστης, ὅτι παρῆει παρὰ πᾶσαν ἡντινοῦν προσδοκίαν, μάλα δὲ πιθανωτάτης ἂν καὶ εἰσάπαν ἀφῖχθαι. Καὶ νῦν τοῖς ὁρῶσιν ὥσπερ ἀναβεβιωκόσιν ἐοίκαμεν. Καὶ νῦν μὲν τὰς κεφαλὰς κινοῦντες, νῦν δὲ τὼ χεῖρε πατάσσοντες, ἀπαλλάττονται, Θεῷ χάριν εἰδότες, τῷ πάντα μὲν δυναμένῳ, πάντα δὲ ποιοῦντι καὶ μετασκευάζοντι μόνῳ τῷ βούλεσθαι. Ἡμεῖς μὲν οὖν, αἰεὶ Θεοῦ διδόντος, πρὸς τὰ βελτίω χωροῦμεν καὶ ζῶμεν μετ' ἀγαθῶν τῶν ἐλπίδων, ἐκεῖνα παθόντες, ὧν καὶ τὸ μεμνῆσθαι μόνον κατηφείᾳς ὑπόθεσις· Ἱεροθέῳ δὲ τῷ καλῷ πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο, οὐχ ὅπως ἧς ἔχει χρηστότητος καὶ ἐπιεικείας, καὶ τοῦ περὶ πλείστου καὶ βούλεσθαι καὶ ποιεῖσθαι, ὥσπερ ἄγαλμά τι πάγκαλον διὰ πάντων τὴν ψυχὴν ἐξειργάσθαι· ἀλλ' ὅτι κἀμοὶ μάλα κάμνοντι καὶ ταλαιπωρουμένῳ, καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ πᾶσιν ἁπλῶς ὑπ' ἀπορίας δυσαρεστοῦντι κατὰ τὴν τραγῳδίαν μόνος ἀντὶ πάντων παρῆν, ὑπανέχων, κουφίζων, θεραπεύων εὖ μάλα, καὶ τὴν μὲν εἰς αὐτὸν ἥκουσαν οὐκ ἐγκαταλιμπάνων συντέλειαν, πᾶσι δ' οἷς οἷός τ' ἦν τὰς ὀδύνας παράγων καὶ συναιρόμενος τὰ γιγνόμενα, τὸ λαθικηδὲς ἄντικρυς ἐκεῖνο καὶ οἷς ἔλεγε καὶ οἷς ἔπραττε γιγνόμενος φάρμακον. Ὡς ἐν μὲν ταῖς ἀλλεπαλλήλοις τῶν δεινῶν τρικυμίαις, καὶ τοῖς μεγάλοις ἐκείνοις κύμασιν, οὐδὲν ἧττον ἀλγῶν διετέλει, καὶ τὴν ψυχὴν κατακλύζων ἀθυμίας ῥοθίῳ, ὁπότε δ' αὖθις ῥαΐσαιμι, καὶ αὐτὸς ἀναφέρων καὶ μεθιστὰς εἰς εὐθύμους. Καίτοι τί λέγως πολλάκις γὰρ καὶ πρὸς πολλοὺς διεξῄει ἡμῶν ἀκουόντων, καὶ ὅρκον τοῖς ῥήμασι προστιθεὶς, ὡς ἥδιστ' ἂν εἴπερ ἦν ἐθελῆσαι τὴν τύχην ἀλλάξασθαι· μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἂν αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἑτοίμως προέσθαι. Τοσοῦτος αὐτῷ λόγος τοὐμοῦ περιόντος. Ὅθεν φιλῶ μὲν αὐτὸν ἴσον ἐμῇ κεφαλῇ, καὶ τήν γε μέσην χώραν τῆς ψυχῆς ἀπονέμω, συνεύχομαι δὲ τυχεῖν, ὧν τυχεῖν ἐσπούδακε, καὶ ταῖς τῶν ἀρετῶν ἀρδείαις τὴν ψυχὴν τεθηλότα, καρποὺς

A castra, vis morbi posuerat. Atque taceo tamen ventriculi refrigerationem, tristemque ad omnia nauseam, et illico, ut aliquid, quod ad ejusmodi morbum facere solet, necessitate coactus assumpsissem, occurrentes vomitus. Jam et continuæ quædam quotidianæque febres mensem integrum tenebant, eæque non nos modo, jam tum plane confectos, et quoddam quasi simulacrum mortuorum (Il. ψ, 72 *etc.*), sed et corpore quam maxime valentes, Herculeisque præditos viribus, frangere ac prosternere, sane quam idoneæ. Tanto vero eædem graviores, quod sub primam identidem facem recurrerent, ut ne somnum capere integrum esset. Quas mox aliæ, nec ejusdem modi tamen, sed superioribus illis simillimæ, excipiebant, tum rursus B aliæ, aliæque complures, tanquam ex compacto. Magna igitur nos in forimidine, magno tumultu versabamur, cum medicis sursum deorsumque clamitantibus, jamjamque præ foribus vitæ adesse finem, nec ullum moræ atque tergiversationi locum relinqui, verum strenue, quidquid facto maxime opus esset, esse factitandum, tum amicis tumultuantibus, planctusque plantibus ingeminantibus, et levamentum dolorum optantibus. Hunc autem affectis in modum, ipsoque veluti tot malorum in meridie positis, bona nulla alicunde amplius affulgente spe, imo vero aliis ex contrario omnibus, summaque rerum omnium desperatione propemodum conflictantibus, et extremum nunc de anima currentibus curriculum, sive potius, maxima vitæ parte jam defunctis, o inenarrabilem Dei erga nos C benignitatem! subito sane contigit, ut tanto subsidente undarum fluctu eriperemur sanitatemque, haud illam quidem pristinam dixerim, sed aliquam tamen, prehenderemus, eamque longe tum dulcissimam, quippe ex inopinato penitus insperatoque allapsam, tum quam propriam ac perpetuam venisse, vero quam simillimum sit. Jam itaque visentibus velut ex Acheronte excitati videmur, qui partim motis capitibus, partim complosis manibus a nobis. abeunt, Deoque gratiam habent, qui omnia tum potest, tum facit transformatque, solo arbitrio suo. (*Amos*, v, 8.) Sic nos igitur Deo dante, perpetuo ad meliora progredimur, speque optima vivimus, ea videlicet perpessi, quæ vel animo duntaxat revolvere pigeat tædeatque. Optimo vero Hierotheo bona omnia eveniant, precor, non ob probitatem tantum humanitatemque suam, quod somme item tum studet, tum maximo in pretio habet, animam suam velut faberrimum pulcherrimumque quoddam signum, omni ex parte exonare, verum etiam quod mihi gravissime ægrotanti laborantique, quidve aliud, quam præ angoribus erga omnes omnino morosius affecto? ut in tragœdia est, unus omnium vicem præsto fuit: sustollentes, allevans, studiosissime curans, ratamque officii sui partem haudquaquam omittens, atque omnibus, queis poterat modis, doloris sensum avertens ac deducens; et quam licebat opem operamque præstans, quive

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dictis suis factisque, illud ærumnarum omnium memoriam diluens pharmacum (ex Ὀδ. Δ' 221, Synes, epist. 146) mihi plane erat. Quippe qui in creberrimis cruciatuum decumanis fluctibus, maximisque illis undis, nihilo ipse minus et perpetuo doleret, animamque suam mœroris fluctibus inundaret, ubi nos vero iterum convaluissemus, etiam ipse pariter se colligeret, et ad lætantes transiret. Quanquam quid dico? sæpe ille enim, et apud complures, nobis audientibus, etiam jurejurando verbis suis apposito, ultro professus est se, si qua fieri posset, libentissimo animo fortunam præsentem mecum commutaturum, imo vero animam etiam ipsam mea vice, sine ulla cunctatione profusurum, usque adeo magnam homo mei ut superstes essem, ducebat rationem. Haud immerito illum igitur, perinde ut caput meum adamo (Ἰλ. γ, 82) et medium animæ sedem illi attribuo, tum opto item ipsum consequi, quidquid consequi studet : et virtutum irrigationibus anima florentem, fructus Deo acceptos, fructuum æternorum causas, producere, Deique plane templum fieri, quod te etiam pariter optare volo, non ob id unum modo, quod liberorum parens jam es, sed præterea ut viro optimos santissimoque, et morum probitate homines omnes laudatores nacto.

A βλαστῆσαι θεοφιλεῖς, καρπῶν ἀθανάτων αἴτιους, καὶ Θεοῦ γενέσθαι τέμενος. Συνεύχου δὲ καὶ αὐτὸς, οὐχ ὡς εἰς τοκέας μόνον τελῶν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνδρὶ καλῷ κἀγαθῷ, καὶ τρόποις χρηστοῖς πάντας ἐπαινέτας ἔχοντι.

V. *Magno logothetæ.*

Ε'. Τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ.

B

Tu vero, qui optima omnia et vis, et potes, et egregia animi alacritate agis, nihil equidem novi, ut arbitror, facturus es : si quibus tam multa dudum beneficia dedisti, eosdem nunc etiam tuis ornes beneficiis : quibusque non raro antehac gratificatus es, iis nunc item gratificeris. Verum illud plane ipsum, quod quotidie et adversus omnes facere consuesti, petentes pariter, et non petentes : hos nimirum, ut ne petant, illos, quia petunt. Tum vero præterea, nunc etiam superiora omnia, quasi decreto quodam sancire atque confirmare videberis, et simul ostendere, vera te animi magnitudine et dedisse nobis, quidquid dedisses, et hac eadem de causa, eadem in præsens gratificari. Qua in re quemadmodum tuorum nos non possumus non C meminisse beneficiorum, et gratiam habere, et tibi cum laudibus acclamare : haud magis sane, quam nostri ipsorum deponere memoriam. *Nam quidquid olim gesseram, quidquid geram, id omne dextra fretus aggredior tua*, ut cum Sophocle loquar. (Αἴαντι, 34.) Ad eumdem et tu modum, temetipsum haudquaquam inficiari; quanque jampridem pulcherrimam agendi rationem, non nostro duntaxat, sed omnium plane mortalium bono, semel ingressus es, missam nunc facere poteris. Unus tu enim præter cæteros, qui, ut ait Demosthenes, *ad communem fructum usumque rempublicam tractarunt*, omnibus in rebus excellis; unus magnum hunc tribunatum tuum, sive prytanicam imperii procurationem, sive quo alio quispiam appellet vocabulo, quoddam quasi specimen virtutis, honestissimæque animi ambitionis ratus; non bene modo de universis, atque nullo non tempore mereris, velut certamen cum necessitatibus uniuscujusque suacipiens, omnesque in eo nervos tuos contendens, ne quis homnium omnium, quocunque tandem modo, re quapiam ulla privetur, verum etiam gaudio exsultas, dum beneficium tribuis : et hoc multo majore, quam illi ipsi qui accipiunt; imo vero tum beneficium temetipsum accipere autumas, cum aliis das. Hanc igitur; hanc, inquam, ob cau-

Οὐδὲν ἄρ' οἶμαι καινὸν, ὦ πάντα τὰ βέλτιστα σὺ καὶ βουλόμενος καὶ δυνάμενος καὶ πράττων ἑτοίμως, εἰ οὓς εὖ πολλάκις πεποίηκας, τούτους καὶ νῦν εὖ ποιήσαις, καὶ χάριν παράσχοις οἷς οὐκ ὀλιγάκις ἔδωκας· ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἃ καθεκάστην καὶ πρὸς πάντας ποιεῖν εἴωθας, τούς τε δεομένους, τούς τε μὴ, τοὺς μὲν, ἵνα μὴ δεηθεῖεν, τοὺς δ' ὅτι δέονται· ἔπειτα δ' ἤδη καὶ δόξεις ὥσπερ ἐπιψηφίζειν τὰ πρόσθεν, καὶ ἅμα δεικνύναι ὡς μεγαλοψύχίᾳ θ' ἡμῖν ἔδωκας ἅπερ ἔδωκας, καὶ ταυτὸν ταυτὰ παράσχοις ἀπὸ τῆς αὐτῆς ταύτης αἰτίας. Καὶ ὡς ἡμῖν οὐχ οἷόν τε μὴ τούτων μεμνῆσθαι, καὶ χάριν ἴσχειν καὶ βοᾷν ξὺν ἐπαίνοις, οὐ μᾶλλον ἢ ἡμῶν αὐτῶν μὴ μεμνῆσθαι· πάντα γὰρ τά τ' οὖν πάρος, τά τ' C εἰσέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χειρὶ, κατὰ Σοφοκλέα· ὡς δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ ἂν ἔχοις σαυτὸν ἀρνηθῆναι· καὶ τὴν ἐξαρχῆς οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων καλλίστην ταύτην ἔνστασιν ἐγκαταλιπεῖν· μόνος τε γὰρ τῶν εἰς κοινὸν πολιτευσαμένων, φησὶ Δημοσθένης, τοῖς ὅλοις αὐτὸς ἄριστος καὶ μόνος, ὥσπερ ἔνδειξιν ἀρετῆς, καὶ τοῦ φιλοτιμοτάτου τῆς γνώμης, τὴν μεγάλην ταυτηνὶ δημαγωγίαν ἢ πρυτανείαν, ἢ δ τι τις λέγει νομίζων, οὐχ ὅσον ἅπαντας εὖ ποιεῖς, οὐδ' ἐπὶ παντὶ δήπου τῷ χρόνῳ, ὥσπερ πρὸς τὸς ἑκάστων ἀμιλλώμενος χρείας καὶ φιλονεικῶν μηδένα τῶν ἁπάντων, μηδὲ καθ' ὁντιναδήποτε τρόπον ὁτουοῦν ἑτερῆσθαι· ἀλλὰ καὶ χαίρεις εὖ ποιῶν πολὺ μᾶλλον ἢ οἱ πάσχοντες αὐτοί· μᾶλλον δὲ καὶ χάριν αὐτὸς οἶει λαμβάνειν, χάριν ἑτέροις διδούς· ταῦτ' ἄρα ταῦτα καὶ νύκτωρ ἐπαγρυπνεῖς, καὶ μεθ' ἡμέραν φροντίζεις, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ γιγνομένου, βουλαῖς ἔργα προστιθείς· καὶ πάντα πόνον φέρεις ἡδέως· ἐφ' ᾧ τοῖς ἄλλοις ἔσται βελτίω τὰ πράγματα, καὶ πᾶς τις τεύξεται τῶν δικαίων. Ὥστε καὶ εἴ μηδὲν πώποθ' ἡμᾶς εὖ ποήσας ἐτύγχανες, μήδ' ἡστινοσοῦν ἀξιώσας προνοίας, ἐξ ἄρα μόνου τοῦ πᾶσι παντὸς καλοῦ πρυτανεῖον παρὰ πάντ' εἶναί σε τὸν χρόνον, εἰκὸς ἂν ἦν δήπου, μᾶλλον δὲ πᾶσα ἀνάγκη, τῶν ὑπὸ σοῦ κεκοσμημένων καὶ ἡμᾶς γεγενῆσθαι· ὡς ἂν, μὴ τῶν ἄλλων εὖ πάσχειν λεγόντων, μόνοι τῶν ἁπάντων ἡ σιγῶμεν,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἢ ψευδώμεθα· οὐ γὰρ ἔνεστ' ἄλλως παῤῥησιάζεσθαι, πάντων εἰδότων τὴν σὴν δεξιάν. Ὅτε δ' ἐν πολλοῖς πολλάκις τῆς σῆς χειρός τε καὶ γνώμης καὶ μάλ' ἀπολελαυκότες ἡμεῖς, καὶ οὔτ' αὐτὸς ἐπιλέλησαι, ἡμῖν θ' οὕτω δι' εὐφήμου ταῦτ' ἄγεται μνήμης, ὥσθ' ὅτι μὴ καὶ τῶν Ὁμήρου στομάτων εὐποροῦμεν, ἀλγοῦμεν, εὔδηλον ὡς κἀν τῷ παρόντι μιμήσῃ σαυτὸν, καὶ τοῖς αὐτοῖς χρήσῃ πρὸς ἄνθρωπον πολλάκις μὲν ἐν τοῖς σοῖς Ὀλυμπίοις κραταιῶς ἀποδύντα, καὶ διὰ πάντων ἑστεφανωμένον τῶν ἄθλων, πολλάκις δ' ὑπὲρ σοῦ καὶ τῶν σῶν χείρας εἰς οὐρανοὺς ἄραντα, μᾶλλον δ' αἴροντ' αἰεί, καὶ συνευχόμενον πάντ' ἐκεῖθεν τά γ' ἄριστα. Συναίρονται δέ μοι τούτωνὶ τῶν εὐχῶν πᾶσαι μὲν πόλεις, πάντες δ' ἄνθρωποι. Πᾶσι γὰρ δὴ τῶν σῶν μέλει, καὶ πάντων γε σοί· σοὶ μὲν ὅπως εὖ πράττοιεν, τοῖς δ' ὅπως ἐς μήκιστον ὅσον ἐῤῥωμένως βιῴης· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν ὡς κάλλιστα ἔχειν, ὡς τὸ μὲν διὰ τέλους ἐῤῥῶσθαι σοὶ μάλα προσῆκον, αὐτοῖς δὲ τὴν ἀγαθὴν τύχην, οὐκ ἂν ἄλλως οὖσαν. Εἶεν. Ἀλλὰ γὰρ ὅτι μὲν ἡμῖν ἐσαεὶ πρόθυμος ἔσῃ, καὶ τὰ βέλτιστ' αἱρήσῃ, καὶ τιμῆς ἀξιώσεις, καὶ πάντα πράξεις ἡδέως ἃ τε ἔξεστι καὶ δίδωσι τὸ χρείας ἐστὼς. καὶ μάλα λαμπρῶς οἶδα, τῶν τε ἄλλων εἵνεκα, καὶ ὅτι πρόσθεν κάτω γῆς εἶσιν ἄστρα, γῇ τ' ἄνεισιν εἰς αἰθέρα, φησὶ ποιητὴς, πρὶν μὴ παρὰ σοῦ τυχεῖν ὧν ἄν τις δέηται, ὅς γε καὶ μηδὲν δεηθεῖσι πολλάκις ἔδωκας, καὶ δεηθέντας μειζόνων ἠξίωσας. Καὶ τοῦθ' ὡς ἀληθῶς σοι πρόσρημα πολὺ κάλλιον καὶ σεμνότερον, ὡς ἐγῷμαι, παντὸς ἂν ὅτου καὶ φήσαις· δέδοικα μέντοι, δέδοικα, καὶ ἴσως εἰκότος οὐκ ἔξω, μὴ μεγάλας πεφυκὼς διδόναι χάριτος, ἔπειτα τὴν νυνὶ τυύτην σμικράν τε καὶ παραπολὺ τῆς σῆς μεγαλοψυχίας νομίσας, ἢ καθάπαξ οὐ δῷς, ἢ ἐμοῦ καταγνῷς, ὡς οὐ περὶ σοῦ τὰ προσήκοντα διανοουμένου. Εἰ δὲ καὶ ταῦτ' οἶσθα διδόναι, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς ἐγχειρεῖν, καὶ ὁ καλλίνικος ἡμῖν Ἡράκλῆς πάρεργα τῶν μεγίστων ἄθλων ἔστιν ἃ κατεργάζεται, θαῤῥεῖν δεῖ. Μᾶλλον δὲ εἰ δώσεις ἑτοίμως, ἡμᾶς τε δείξεις οὐ καλῶς οἰομένους, σαυτὸν δὲ πῶς οἴει κοσμήσεις, οὐ μόνον τῷ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ πράττειν δύνασθαι, καὶ στεφάνων καὶ κηρυγμάτων ἄξια, ἀλλὰ καὶ τῷ σμικροῖς εἰδέναι διδόναι κατὰ καιρὸν ἐπιεικείας ὑπερβολῇ· εἰ μὴ καὶ τοῦτο τρόπον ἕτερον, ὡς ἔγωγε οἶμαι, μεγαλοψύχῳ τις λογιοῖτο, τὸ μηδὲ τῶν πάνυ δοκούντων ἐλαχίστων ὑπερορᾷν. Ὅτι δὲ τοιαῦτ' ἔστιν ἃ νῦν ἐπαγγέλλομεν, καὶ οὐ σὰ οὐδ' ὧν ἑκάστοτε πράττεις, ἀλλὰ καὶ παντάπασιν ἀπειλημμένα τῆς μεγάλης ταυτησὶ στροφῆς τῶν πραγμάτων, δῆλον ἔκ τε ὧν περὶ αὐτοῖς τούτοις δέδιμεν, ἔκ τε ὧν παραιτούμεθα, τὸ μὲν, μὴ ἄρα οὐ δώσεις, εἰωθὼς μεγάλα χαρίζεσθαι, τὸ δ' ὡς καλῶς ἔχει σοὶ μὲν δοῦναι, ἡμῖν δὲ λαβεῖν. Ἐγώ τε γὰρ ἃ βούλομαι λήψομαι, σύ τ' ἐπιεικέστερος δόξεις καὶ σαυτοῦ, τῷ καὶ τηλικοῖσδε κεχρῆσθαι. Ἐν γὰρ τῇ καθ' ἡμᾶς ἱερᾷ τῇδε καὶ θαυμαστῇ ξυνοικίᾳ, οὗ καὶ τὰς ἐκ βασιλέως τροφὰς ἔχομεν, οἰκήματά ἐστιν ἄττα, κάλλιστα μὲν θέσεως ἔχοντα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἔτους ὥραν εὖ παρεσκευασμένα, τῇ τε φύσει τοῦ χωρίου,

sam, et noctes insomnes ducis, et dies totos de salute reipublicæ tecum commentaris, simul curis consiliisque tuis opera adjungens, omnemque libenter perfers laborem, quo meliuscule res aliis procedant et quisque jus suum consequatur. Adeo ut si vel nullum unquam separatim in nos contulisses beneficium, neque ulla plane cura providentiasque tua dignatus fuisses, vel hoc solo tamen nomine, quod omni tempore, boni omnis, publicum omnibus ærarium es, æquam videlicet, sive potius plane necessarium fuerat, ut de iis qui abs te adjuti ornatique fuissent, nos etiam essemus: ne scilicet dum tua erga sese alii commemorant beneficia, soli inter omnes nos aut obmutescamus, aut falsa et conficta efferamus. Neque enim aliter palam et aperte hoc nobis profiteri integrum, quando perspectissima omnibus dextra fidesque tua est. Verum enim vero cum sæpenumero multisque in rebus, manus mentisque tuæ maximum antehac fructum cepmus, quod neque tibi ipsi excidit, nobis vero usque adeo magnifice hæc commemorantur celebranturque, ut ex animo doleamus, dena illa ora Homerica (Ιλ. Β'. 189) nobis non suppetere. Hinc patet sane, etiam hoc tempore tui te ipsius imitatorem fore, eademque erga hominem usurum benevolentia, qui tuis sæpius in Olympiis, omni virium connisu, veste posita decertarit, de omnibusque certaminibus corona donatus fuerit; qui frequenter item tua tuorumque gratia, geminas ad cœlum palmas extulerit, sive rectius, perpetuo extollat, atque optima inde omnia votis suis efflagitet. Quibus suscipiendis nuncupandisque, suas mecum operas, cum urbes omnes, tum mortales etiam omnes jungunt. Ita enim curæ omnibus tua sunt, ut tibi omnium cura est; tibi nimirum, quo illi prospera et florente fortuna sint, illis vero ut tu quam longissimum ævi spatium salvus et incolumis conficias; ita enim suas etiam loco optimo res futuras. Quoniam et te secundo vitæ valetudinisque cursu perpetuo florere, plane deceat: et ipsis haud aliter fortunatis felicibusque esse contingat. Sed sint ista sane. Te vero ipsum singulari semper erga me voluntate fore, meisque fortunis ac commodis, meæ dignitati, sponte tua consulturum, eaque omnia libenter acturum, quæ poteris cunque, quæque præsens usus ac necessitas permittet, id luculentissime compertum habeo; cum ob alia, tum quod *astra sub terram prius ibunt, et altum terra se in polum feret*, ut ait poeta (Euripides. Οἰλεῖ sive Συλεῖ, ut arbitror, apud Philonem, p. 603, et p. 66, 365, Turneb.), quam abs te quispiam eorum quæ petit repulsam feret; qui etiam nihil rogantibus sæpius dedisti, et rogantes majoribus quam optassent ornasti muneribus, quod tuum elogium, meo judicio, haud paulo pulchrius omnino atque gloriosius, allo, quod usurpes, quovis est. Metuo vero, metuo, nec absurde fortasse, ne tu, qui ingentia largiri beneficia naturæ tuæ ductu soles, nunc hoc ipsum præsens, minutum, et longe

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

infra animi tui magnitudinem positum, esse ratus, aut non des omnino, aut me incuses, velut qui de te non satis digne convenienterque existimem. Sin autem tum hæc dare potes, tum quævis alia omnino aggredi, nimirum ut inclytus ille plurimarumque palmarum Hercules, præcipuis operibus suis alia quædam extra ordinem interponit, bono sane animo esse convenit. Imo vero si prompte dederis, hoc ipso planum facies, neque nos animi falsos fuisse, teque ipsum majorem in modum ornabis. Scilicet quod non magna modo et admiranda prætare valeas, et publicis coronis atque præconiis digna, sed quod tenuibus etiam, quodam modestiæ excessu, peropportune subvenire noris. Nisi si, ut mea quidem fert sententia, tuæ potius magnanimitati hoc quispiam acceptum referre velit, quod nec quæ multo minutissima esse videntur, ipse dedigneris. Quod autem hujusmodi quædam sunt, quæ nunc rogitamus, nec tui operis, nec ex iis quæ identidem agitas, imo plane etiam remota a magno isto rerum actionumque tuarum orbe, cum ex eo patet quod ipsimet de iis subdubitamus; tum quod tanto rem studio urgemus; illud, ne forte non daturus sis, quippe magna gratificari suetus, hoc quoniam et tibi dare pulchrum est, et nobis accipere. Nam et ego quæ cupio accipiam, et tu temetipso benignior mitiorque videbere, qui ad hæc etiam tam pusilla te demittas. Sunt videlicet in sacris hisce et magnificis ædibus, in quibus regia pecunia alimur et sustinemur, domunculæ quædam, cum situ opportunissimæ, omnibusque anni temporibus accommodatissimæ, sive natura loci, sive arte et industria, tum eo quod separatim et seorsum, et sejunctæ ab aliis sitæ sunt, summam maxie mamque sanctiori animæ templo serenitatem parentes, *ut reapse animarum sapientium ludi ac domicilia quædam sint* (Aristoph. Νεφ. 94), sive potius ejusmodi, quæ animas otio torpentes ad virtutem excitare, et sacro ardore ad divinum hunc, et castum, Deoque gratissimum furorem, implere queant: quem qui germanum in modum furunt, illi non felices modo ac beati, sed divini plane sunt. Ego vero quanquam minime ex isto hominum genere sum, neque iis quæ huc pertinent, instructus virtutibus, longe sane absum; atque adeo mirum fuerit, si non contrario prorsus mea comparata modo sunt. Sic tamen in quiete degendi, et seorsum mihi agendi viventique, captus sum studio, ut hoc vitæ genus fortunis meis omnibus redemptum velim. Huc enim et oculorum me valetudo compellit, tum ut absque hoc esset, quis sapiens non sponte quietem amet? Hæc quippe facem prælucet, et magistra pulcherrimarum rerum omnium est, quæ nominari a quopiam possunt. Hæc summum animæ ætherem, sincerum, mundum, ab omnique materiali fumo secretum, usquequaque servat, dum mentem videlicet colligit ac continet; nec diffundi, mundique hujus jactari obruisque fluctibus patitur, idque efficiit, ut ortus indolisque suæ memor eadem sit, et sublime attollatur, et tota numine instincta feratur, et solà duntaxat divina studiosissime tractet. Tuum igitur, tuæque ad omnia sese porrigentis benignitatis hoc fuerit, *o tu, qui optima omnia, et vis et potes, et animo prompitissimo agis*, eisdem enim denuo (quibus initio) utar verbis, ut et hæc nos consequamur beneficia, nos, inquam, furiosissimi profecto, nescio vero utrum amatores tui, an vero plaussum et acclamationum de te artifices, nobis permittas dicere; dixerit vero insuper unusquisque, et votorum.

A τῷ τε μεμηχανῆσθαι, τῷ δ' ἰδίᾳ καὶ χωρὶς καὶ καθ' ἑαυτὰ τῶν ἄλλων ἰδρῦσθαι, πλείστην δσην ἐμποιοῦντά γαλήνην ἐν τῷ τῆς ψυχῆς πρυτανείῳ, ὡς εἶναι τῷ ὄντι ψυχῶν σοφῶν φροντιστήρια, μᾶλλον δὲ καὶ ψυχὰς ἐρράστωνευμένας οἷα κατεπᾶσαι πρὸς ἀρετὴν, καὶ μένους ἐμπλῆσαι πρὸς τὴν ἔνθεον καὶ σώφρονα καὶ θεοφιλῆ ταύτην μανίαν. Ἦν οἱ γνησίως μανέντες οὐκ εὐδαίμονες, ἀλλ' ἄρα δαιμόνιοί τινες ἀτεχνῶς. Ἐγὼ δέ εἰμι μὲν οὐ τοιοῦτος, οὐδὲ τῶν ἐς τοῦτο φερόντων, οὐδὲ μικροῦ δεῖ· θαυμαστὸν μὲν οὖν εἰ μὴ καὶ πολὺ τούναντίον. Τοῦ δ' Ἴσχειν ἡσύχως καὶ κατ' ἐμαυτὸν εἶναι καὶ ζῆν οὕτω τοι ἥττων, ὡς παντων ἂν τουτὶ πρίασθαι. Τό τε γὰρ τῶν ὀφθαλμῶν οὕτως ἐσαναγκάζει, χωρίς τε τούτου τίς οὐκ B ἂν εὖ φρονῶν ἡσυχίας ἐρῴη; ἅτε δᾳδούχου καὶ μυσταγωγοῦ τῶν ὅτων ἂν τις εἴποι καλλίστων, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς αἰθέρα καθάπαξ τηρούσης εἰλικρινῆ καὶ καθαρὸν, καὶ μάλ' ἀμιγῆ παντὸς ὑλώδους καπνοῦ, τῷ τὸν νοῦν συνάγειν καὶ συνέχειν καὶ μὴ συγχωρεῖν διαχεῖσθαι καὶ κατακλυσμὸν ὑπομένειν ὑπὸ τῶν τοῦ κόσμου ῥοθίων, ἀλλὰ καὶ τοῦ πεφυκότος μεμνῆσθαι παρασκευάζειν, καὶ ἄνω φέρειν, καὶ πάντ' ἔνθεον εἶναι, μόνα τὰ δαιμόνια περιεργαζόμενον πράγματα. Σὸν οὖν ἂν εἴη καὶ τῆς σῆς περὶ πάντα χρηστότητος, ὧν πάντα τὰ βέλτιστα σὺ καὶ βουλόμενος καὶ δυνάμενος, καὶ πράττων ἑτοίμως, ἵνα καὶ αὖθις αὖ τοῖς αὐτοῖς χρήσωμαι, τὸ καὶ τούτων ἡμᾶς τυχεῖν τοὺς μανικωτάτους, οὐκ οἶδα πότερον ἐραστὰς δίδως λέγειν, ἢ τῶν κατὰ σοῦ θορύβων τεχνίτας, πᾶς δ' ἄν τις φαίη γε καὶ εὐχῶν.

Cum eo nomine quod tute nos jam pridem diligis, tum quod unum, te omnium rebus nostris faventissimum experti nos sumus, tibi invicem maxime omnium studemus, teque singulariter amamus. Præterquam quod comperta hæc omni-

VI. *Eidem.*

Καὶ οἷς αὐτὸς ἡμᾶς ἄνωθεν στέργεις, καὶ οἷς ἡμεῖς σὲ μάλιστα πάντων τὰ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγνωκότες, σοὶ μάλιστα πάντων τιθέμεθα, καὶ σὲ διαφερόντως φιλοῦμεν. Ἄνευ τοῦ πάντας εἰδέναι τε καὶ βοᾷν, δι' ἀλλήλων τοῦτ' ἀμφότερα δείκνυται.

D Ϛ'. Τῷ αὐτῷ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Οὔτε γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἁπάντων ὃ μὴ σὺ μετὰ τοῦ γιγνομένου τε καὶ ψηφίζοντος πράττεις, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τὰς τρεῖς τοῦ τριγώνου γωνίας μὴ δυοῖν ὀρθαῖν ἴσας εἶναι. Ταῦτ' ἄρα καὶ μόνῳ σοι τῶν πάντων τοῦθ' ὥσπερ ἐπίσημον, οὔθ' ἡμῶν αὐτῶν, ἐὰν μὴ δεινούς τινας ὄντας ἥδεις τὰ σὰ, καὶ τῆς σῆς εὐνοίας παρ' οὐστινασοῦν ἐχομένους, οὐκ ἂν ἐφρόντιζες. Νῦν δὲ οὐκ ἔστιν ὅθ' ἡμῶν οὐ λόγον ποιῇ, πάλαι μὲν ἐν πολλοῖς πολλάκις τὰ μέγιστα ξυναράμενος, καὶ γεγονὼς ἐν καιρῷ, νῦν δ' ἐξ ὧν οὕτως εὖ μᾶλα καὶ μετὰ διαθέσεως ἐπιστέλλεις. Ὡς καί τινος οὐκ ἀχάριτος ξυναυλίας ἐνταυθοῖ μνημονεύειν, καὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἑορτασίμους καλεῖν, διδοὺς ὡς μάλιστα συλλογίζεσθαι ὡς ὅτι μὴ καὶ νῦν ὑπὲρ ἡμῶν ταῦτ' ἔστι σοι πράττειν, οὐ μικρῶς δυσχεραίνεις. Ὃ καὶ τοῦ τυγχάνειν οὐδὲν ἧττον ἡμῖν. A B

bus, omniumque decantata ore sunt, satis hoc utrumque ex utroque astruitur; neque enim est, non est, vero quidquid rerum omnium, quod non legitimo modo calculisque subductis tu agas, nihilo sane plus quam ut tres in triangulo anguli, non duobus rectis sint æquales. Quamobrem et soli ex omnibus tibi hæc velut propria nota est, et nostri ipsorum, nisi acerimos cultores tuos, et præter cæteros omnes gratiæ tuæ cupidoes studiososque esse scires, haud ullam haberes rationem. Atqui nullo non tempore nostri rationem habes; quippe qui et olim quamplurimis sæpenumero in rebus maximum adminiculum attulisti, et peropportune adfuisti. Et nunc, dum ita benevole, et cum nativa animi affectione nobis scribis; ut etiam mutui cujusdam non injucundi concentus mentionem facias, et illos olim dies festos appelles. Quo illud potissimum colligendum das, te quod non hoc etiam tempore nostra causa hæc ipsa efficere potes, haud mediocriter animo commoveri, id quod nihilo nobis minoris est, quam si voti nostri compotes evaderemus.

Ζ'. Ἐπιστολὴ τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ τῷ Μαγίστρῳ.

Πολλοί μοι τὸν σὸν ἐμήνυσαν τρόπον, ὡς πλήρης ἐγένου πολλάκις ὁρμῆς ἐς τὸ γράφειν ἡμῖν. Ἀλλά τις ἐξ ἀντιπάλου φερόμενοι λογισμὸς, ἀντέκρουσέ τε καὶ μάλα σφοδρῶς τὴν τοιαύτην ὁρμὴν ἀτεχαίτισεν, αἰτία προβαλλόμενος πρός γε τοῖς ἄλλοις τὸ μήπω τε ἡμῖν συγγεγονέναι, μήτ' ἄλλως μαθεῖν τὸν ἡμέτερον τρόπον, ὁποῖος· εἶναι γὰρ πολυσχιδῆ καὶ πάνυ τοι σφόδρα διάφορα καὶ δυσείκαστα τῶν ἀνθρώπων τὰ ἤθη καὶ δεῖσθαι μακρᾶς συνουσίας καὶ πείρας τινὸς ἀκριβοῦς εἰς κατάληψιν. Καὶ ἐπῄνεσα νὴ τοὺς λόγους ἐγὼ ταυτηνὶ τὴν δειλίαν, καὶ ἀνεμνήσθην ἐκείνου τοῦ μύθου τοῦ Ἀττικοῦ. Ὃς Ἡφαίστῳ τὸν Μῶμον εἰσάγει μεμφόμενον ὅτι μὴ θύρας ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πεποίηκε στέρνων ὁπότε, φησὶν, ἐδημιούργει τὸν ἄνθρωπον· ἢ γὰρ ἂν αὐτῶν ἀνοιγομένων ὁπότε ἐχρῆν, δῆλα, φησὶ, καὶ τοῖς ἔξωθεν ὁμιλοῦσι τὰ ἔνδον ὑπῆρχε βουλεύματα. Ἐγὼ δὲ μήτε μεμεῖσθαί σε κρίνας ἐν τούτοις εἰκὸς, καὶ ἅμα πάσας τὰς τοιαύτας προφάσεις καθάπαξ παραλλάξας καὶ ὑπερβὰς ὁμιλήσω σοι καὶ πόῤῥωθεν ἤδη καθάπερ συνήθει καὶ φίλῳ, πρὸς μόνην αὐτὴν ἀποβλέψας τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου. Ἡ μὲν γὰρ παροιμία, κοινὰ τὰ τῶν φίλων εἶναι φάσκουσα δεῖν, τὴν φιλίαν αἴτιον τῆς κοινωνίας προτίθησι τῶν πραγμάτων. Ἐγὼ δὲ τοὐναντίον τὴν κοινωνίαν τοῦ πράγματος αἰτίαν γίνεσθαι ἀξιῶ τῆς φιλίας. Ὥσπερ γὰρ κοινὰ τὰ τῆς φύσεως δίδοται καὶ πλουσίοις καὶ πένησι, καὶ οὔτε τῷ βασιλεῖ μετὰ τῆς πορφύρας γεννᾶσθαι χαρίζεται, οὔτ' αὖ τῷ βαναύσῳ μετὰ τοῦ τρίβωνος, ἀλλὰ γυμνοὺς ἀμφοτέρους εἰς τὸν βίον ἐξάγει· οὕτω καὶ ἡ σοφία τοὺς ἑαυτῆς τροφίμους ἐπίσης μαιεύεται πάντας, καὶ ὁμοια τὰ τῆς παιδείας ἅπασι διανέμει, καὶ ἀδελφὰ φρονεῖν ἀλλήλοις καὶ αὐτοφυᾶ τε καὶ αὐτοδίδακτον ἔχειν ἀξιοῖ τὴν φιλίαν. Εἰ δ' ὥσπερ ἡ φύσις προϊοῦσα ποικίλλεται παίζουσα τὴν σκηνὴν τῶν ἐνταῦθα ἐνυπνίων, καὶ συμφερομένη τοῖς τῆς C D

VII. *Sapientissimi viri Nicephori Gregoræ epistola ad Magistrum.*

Jam a pluribus de te tuisque moribus renuntiatum mihi fuit, quod cum pleno sæpius ad scribendum nobis impetu fuisses, quædam mox ex adverso ingruens cogitatio, hunc ipsum vehementi nisi retuderit atque sufflaminarit impetum, præter alia et hoc ipsum causæ loco prætexens, quod necdum nos convenisses, nec aliunde naturam indolemque nostram; cujusmodi esset, percepisses: scissa enim multifariam, et nimium quantum diversa, et ad conjectandum perquam obscura hominum esse ingenia, longoque usu et accurata quadam periclitatione opus esse, ad ea penitus introspicienda. Quam ego formidinem tuam, ita me Musæ ament, etiam laudabam; et simul Atticam illam recordabar fabellam; quæ Momum hoc in Vulcano reprehendentem inducit, quod pectori humano, cum hominem, ut ait, fabricaretur, ostia non apposuisset. Iis, enim, ubi usus esset reclusis, extrinsecus cum ipso agentibus, quidquid intus machinationum lateret, manifestum futurum. Ego vero nec in his te imitari æquum ratus, et omnes pariter id genus prætextus plane prætervectus transgressusque, eo tecum modo agam, velut cum pervetere necessario ac amico, in quod nihil aliud quam litterarum studiorumque respicio communionem. Cum enim, quod res amicorum communes esse oportere affirmat adagium, causam communionis, amicitiam, rebus ipsis præstruit, contra ea rei ipsius communionem, causam ego esse volo amicitiæ. Quippe quemadmodum communia divitibus et egenis naturæ munera sunt omnia, quando nec regi cum purpura nasci indulget, nec opifici sellulario cum scissili palliastro, sed nudos utrosque in vitam educit: ita suis etiam alumnis omnibus easdem operas obstetricias præstat sapientia et similia cunctis doctrinæ distribuit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

munera, sibique mutuo fraternos animos gerere, ac naturæ quodam instinctu insitam monstratamque fovere necessitudinem, præcipit. Sin autem, ut natura progressu temporis variatur, dum ludibunda somniorum, quæ his in terris sunt, scenam adornat, et una cum materiæ Euripis, ut plurimum circumvertitur : ita et familiaritatem hanc ex materie itidem necessario pendere, illique consentaneam fieri, et nonnunquam confluere, et facillime rursus abscedere, quispiam contendat, illud mihi nihil admodum ad rem tacere censebitur ; minime enim ejusmodi fluctuum murmura extimescit, quæ recte atque ordine fundata est amicitia, verum inferioribus omnibus omissis ac relictis, sursum perpetuo, ad illos experies erroris rerum fontes, animæ attollit oculos, et indidem jura veritatis rectissime edocetur. Quæ vero infirma sibi substernit fundamenta, ea manere nescit, sed brevi convellitur et dilabitur, quin et ad oppositum nonnunquam recurrere vitium (inimicitias odiumque) non veretur. Cui nos, cum Samio illo Pythagora, *inanes tumulos* merito erigere, non illam imitari, jubemus, utpote quæ e vita ad interitum hoc fere pacto transfugit. Sic ego seminalia quidem, sed firma ac certa amicitiæ pignora, ut prior tibi traderem sponte mea adductus sum, ut qui priores illas suspiciunculas minime cauponari possem, ejus autem, quod futurum erat, conjector pariter et vates haud falsus ex nostris moribus essem. Jam si ex iis quæ nascuntur moventurque rebus, quæcunque immotæ manere solent, ægrescunt et marcent ; utique et nostra hujusmodi amicitiæ conveniente quodam motu opus erit, ne in primo ortu morbus interveniat, et in herba ipsa marcorem contrahat. Tum quoniam inter præsentes mutui aspectus, inter eos vero quos terræ marisque longinqua spatia dividunt, amicitiam alere norunt litteræ : nec nobis, tam longe disjunctis, ad præsens institutum his internuntiis uti cessandum, quæ solæ velut loquentes silentium ingeniorum imprimere colores, et decenti modo incorporeæ animæ imagines repræsentare possunt. Mihi itaque, qui viam amicitiæ prior velut aperui, et plana tibi, quæ salebrosa erant, effeci, scribe quæso, et nobis vicissim, qui in te insunt morum, aliquod documentum præbe ; atque adeo instar tenelli pusionis uterque coalitam nuper inter nos amicitiam nutricantes, ad justam sapientiæ pulchitudinem magnitudinem que provehamus, ipsas naturæ, ut est, secuti leges ; quæ enim in mundo sunt omnia, gemina germana sunt, et pares cursus servant. Porro ut infantes genitricem primitus suam haud aliter quam ut mulierculam quamlibet aspiciunt, postmodum vero familiari consuetudine pleniorem ipsis conciliante notitiam, genuinum ab eo quod alienum est internoscunt ac distinguunt : ad eumdem et amicitia modum, cum ab iis qui mutuo amore jam jungantur, informari et effingi incipit, obscuras initio et

A ὕλης εὑρίποις ὡς τὰ πολλὰ, οὕτω καὶ ταύτην φήσειέ τις ἐκείνης ἐξ ἀνάγκης ἠρτῆσθαι καὶ ὁμόφρονα γίνεσθαι, καὶ συῤῥεῖν ἐνίοτε καὶ ῥᾷσα μεθίστασθαι · ἀλλ' οὐδὲν ἔμοιγε τοῦτο πρὸς ἔπος. Ἡ μὲν γὰρ σοφῶς ἠδρασμένη φιλία τοιούτων ῥοθίων οὐ δέδιε ψόφους. Ἀλλὰ πάντα κάτω χαίρειν ἀφιεῖσα, ἄνω διηνεκῶς πρὸς τὰς ἁπλανεῖς τῶν πραγμάτων πηγὰς ἀναφέρει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς. Κἀκεῖθεν τὰ νόμιμα τῆς ἀληθείας καλῶς ἐκδιδάσκεται. Ἡ δ' ἀσθενεῖς τὰς ἑαυτῆς ὑποτιθεῖσα κρηπῖδας, μένειν οὐκ οἶδεν, ἀλλ' ἐν βραχεῖ κατασείεταί τε καὶ ἀπορρεῖ. Ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς τὴν ἀντίπαλον παλινδρομεῖν οὐκ αἰδεῖται κακίαν. Ἀλλ' ἡμεῖς γε κενοτάφια καὶ ταύτῃ δικαίως κατὰ τὸν Πυθαγόραν ἐκεῖνον τὸν Σάμιον ἐγείρειν, ἀλλ' οὐ μιμεῖσθαι κελεύομεν, ἅτε

B πρὸς θάνατον ἐκ ζωῆς οὑτωσί πως αὐτομολούσῃ. Οὕτως ἐγὼ σπερματικὰ μὲν, βέβαια δέ σοι τὰ τῆς φιλίας ἐνέχυρα προκαταθέσθαι προεθυμήθην, μηδαμῇ καπηλεύειν τὰς ἔμπροσθεν ὑποψίας δυνάμενος, ἀλλὰ στοχαστὴς ὁμοῦ καὶ μάντις ἁπλανὴς τοῦ μέλλοντος ἐκ τῶν ἡμετέρων γινόμενος τρόπων. Εἰ δὲ τῶν ἐν γενέσει καὶ κινήσει πραγμάτων ὁπόσα μένειν ἐθέλει, νοσεῖ καὶ μαραίνεται, δεῖ τῇ τοιαύτῃ φιλίᾳ λοιπὸν καὶ τῆς ἁρμοττούσης κινήσεως, ἵνα μὴ ἐν τῇ βλάστῃ τὸ νόσημα γένηται, κἂν τῇ χλόῃ τὸν μαρασμὸν ὑπομείνῃ. Ἐπεὶ τοίνυν ὄψεις μὲν ἐπὶ τῶν συνόντων, ἐπὶ δὲ τῶν πόῤῥω που γῆς καὶ θαλάττης ἀπῳκισμένων γράμματα τρέφειν ἴσασι τὴν φιλίαν, οὐκ ὀκνητέον ἀφισταμένους τοσοῦτον παραπομποῖς αὐτοῖς καὶ ἡμᾶς, πρός γε τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν χρήσασθαι, μόνοις αὐτοῖς δυναμένοις

C ὥσπερ λαλοῦντα σιωπώντων ἠθῶν ἐναπομόρξασθαι χρώματα, καὶ ἀσωμάτου ψυχῆς εἰκόνας ἐκφῆναι δεόντως. Ὅθεν ἐμοὶ φιλίας ὁδὸν ὑπανοίξαντι πρώτῳ, καὶ λεῖα σοὶ τὰ δυσχερῆ πεπραχότι, γράφε καὶ δίδου καὶ σὺ τῶν ἐνόντων σοι τρόπων τὴν πεῖραν ἡμῖν. Καὶ φέρε βρεφουργήσαντες ἄμφω φιλίας ὑπόθεσιν, πρὸς κάλλος καὶ μέγεθος σοφίας προσῆκον αὐξήσωμεν, τοῖς φυσικοῖς ὡς εἰκὸς ἀκολουθήσαντες νόμοις. Πάντα γὰρ ἀδελφὰ τὰ ἐν κόσμῳ, καὶ τῶν ὁμοίων ἔχεται δρόμων · καὶ ὥσπερ τὰ βρέφη πρῶτον μὲν ὡς ἄνθρωπον τὴν τεκοῦσαν ὁρᾷ, τῆς συνηθείας δ' εἰς γνῶσιν ἀγούσης τελεωτέραν, διαιρεῖ τοῦ ἀλλοτρίου τὸ γνήσιον, οὕτω καὶ ἡ φιλία, μορφοῦσθαι μὲν ἀρχομένη καὶ διαπλάττεσθαι πρὸς τῶν

D ἤδη συναπτομένων, πρῶτον μὲν ἀσαφῆ καὶ δυστέκμαρτα διδόναι τε καὶ λαμβάνειν τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῖ γνωρίσματα · τοῦ δὲ χρόνου ῥέοντος, καὶ τῆς συνηθείας τὰ ἐκατέρωθεν ἤθη παιδαγωγούσης καὶ ῥυθμιζούσης, τὸ μὲν περιττὸν καὶ νόθον ἐλαύνεται πᾶν, τὸ δ' ἐνδέον ἐνδεῖν οὐκ ἐπὶ μακρῷ συγχωρεῖται. Νοῦς μὲν γὰρ δικαστὴς τῶν ἐν κόσμῳ πραγμάτων ὑπάρχων, νῦν μὲν εἰς αἰθέρα, νῦν δ' εἰς γῆν ἐνεργεῖ. Καὶ διὰ τῶν αἰσθητηρίων τὰς τῶν πραγμάτων ἀναγινώσκει ποιότητας · ἐρωτᾷ μὲν γὰρ οἰονεὶ διὰ τῆς ἀφῆς καὶ μανθάνει τίνα μὲν τῶν σωμάτων θερμὰ, τίνα δὲ ψυχρά. Ἐρωτᾷ δὲ διὰ τῆς ὀσφρήσεως ὁπόσα εὐώδη, καὶ ὅσα γε μή. Καὶ νῦν μὲν διὰ τῆς ἀκοῆς τῶν ἐναρμονίων φωνῶν τὴν ἀντίληψιν ἔχει,

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

νῦν δὲ διὰ τῆς ὄψεως ταῖς διαφόροις βαφαῖς ὁμιλεῖ τῶν χρωμάτων. Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτωσὶ διαγίγνεται, καινὸν οὐδὲν, εἰ καὶ νῦν μὲν διὰ γλώττης, νῦν δὲ διὰ γραμμάτων ἐφάπτεται καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν, καὶ τὰς τούτων οὕτωσὶ πως ἐκμανθάνει ποιότητας. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ λόγοι νῦν μὲν εἰκόνες εἰσὶ τῶν πραγμάτων, ὅτε πρὸ τῶν πράξεων ἔν τοῖς τῆς διανοίας ἔτι θαλάμοις γυμνάζονται, καὶ τὰ τέλη ζωγραφοῦσιν ἐκεῖ πως τῶν πράξεων, νῦν δ' ἕτερον τρόπον καὶ εἰκόνες καθίστανται τῆς ψυχῆς, ὅτε μετὰ τὴν ἔνδον διάσκεψιν ἔργα γίνονται καὶ αὐτοὶ, ψυχῆς ἀπόζοντα ὡς εἰπεῖν, καὶ ὅπως ἕξεως ἔχει καὶ γνώμης αὕτη τοῖς ἔξω διατυποῦντα· ὥρα σοι τῷ σοφῷ τούμὸν ἦθος ὁρᾷν ἐν τοῖσδε τοῖς ἡμετέροις γράμμασι· δεῖ δὲ καὶ ἡμῖν τὸ σὸν ἐν τοῖς σοῖς λοιπὸν ἀναγνῶναι. Οὐ γὰρ φιλοτιμίας ἐπίδειξις ταῦτ' ἂν εἴη, ἀλλ' ἐμπορία λαμπρὰ τις φιλίας. Εἰ δὲ καὶ φιλοτιμία, ἀλλ' οὐδὲ τοῦτ' ἀνθρωπίνης πέφυκε φύσεως ὑπερόριον. Πάντων γὰρ τῶν ἐν κόσμῳ τῷ γήρᾳ καμνόντων τὴν ἀνθρωπίνην φιλοτιμίαν ἐν τοῖς μὴ γηράσκουσιν ἔθεσαν τῶν πάλαι σοφῶν οἱ πολλοί· ἄλλως τε καὶ ἀκοινωνήτους παντάπασι κἀκ διαμέτρου κειμένους τοὺς ἐκ φύσεως νόμους εἰληχότας πρὸς τὰς ἄλλας ἴσμεν τέχνας τοὺς λόγους. Ἐν ᾧ γὰρ τῆς ἡλικίας ἔξεστιν ἐκείναις παπακμάζειν, ἐν τούτῳ δὴ τοὺς λόγους ἔπεται περιφανῶς ἀκμάζειν. Καὶ τοῖς τῆς ἔμφρονος φιλοτιμίας ἀρίστην χαρίζεσθαι χώραν σκιρτήμασιν.

A ægre agnoscendas sui notas dare pariter et accipere suevit; at fluxu temporis, usuque ipso ingenia amicorum utrinque instituente, suisque numeris componente, quidquid redundans ac superavacaneum, quidquid fucosum et ementitum est, id exigitur, quidquid autem defit, non diu deesse sinitur. Mens enim rerum, quæ in mundo sunt omnium, arbitra nunc in ætherem, nunc in terram vim illam suam intendit, sensuumque ministerio rerum qualitates recognoscit: dum per tactum quasi interrogat ac discit, quænam corporum calida aut frigida sunt, per olfactum item, quænam suaves exhalant odores, aut insuaves, exquirit, et modo per auditum concinnos sonorum modos percipit, modo per visum cum variis colorum tincturis commercium B habet. Quæ cum ita in cæteris comparata sint, nihil novi est, si nunc per vocem ipsam, nunc per litteras hominum etiam ingenia apprehendit, eorumque qualitates hac ferme ratione condiscit. Quoniam vero et sermones, nunc rerum quidem imagines sunt, cum ante actiones ipsas adhuc in animi thalamis exercentur, et actionum fines eventusque illic depingunt, nunc alio rursus modo animæ ipsius imagines exsistunt, cum ipsi videlicet post interiorem illam consultationem, opera fiunt, animam, ut sic loquamur, redolentia, et quo illa habitu animoque affecta sit, iis qui foris sunt, exprimentia: ita nunc tibi sane, viro sapientissimo tempus fuerit, meum in his ipsis litteris perspectare ingenium, quemadmodum tuum etiam in tuis nos deinceps recognoscere oportet. Non enim ambitionis alicujus hæc specimina erunt, verum splendida quædam ineundæ amicitiæ ratio atque negotiatio; quanquam etiamsi ambitio fuerit, ne illud quidem ab humana natura abhorrens ac peregrinum esse solet. Cæteris enim rebus omnibus, quas orbis complectitur, senio fatiscentibus, solam gloriæ cupidatem, in iis quæ senii expertia sunt, veterum sapientum multi reposuere (Pericles, apud Thucyd. lib. II ἐπιταφίῳ, ad finem), præsertim cum constet, singulares omnino et proprias, et ex diametro oppositas aliis artibus leges, studia litterarum a natura accepisse. Qua enim ætate illis deflorescere licet, illa hæc ipsa quam luculentissime florere, et prudentis ambitionis saltibus campum præstantissimum ultro præbere, sequitur.

Η'. Μαγίστρου ἀμοιβαία.

Καὶ πάλαι μὲν ἔγωγε σὺν ἄρα πολλοῖς ἑτέροις τῇ σῇ φήμῃ κάτοχον γεγονὼς, οὐχ ὅσον ἐρωτικῶς ἔχω τῶν σῶν, καὶ μανικῶς πως περὶ ταῦτα βακχεύω, καὶ πάνυ τοι φιλῶν καὶ θαυμάζων οὐ παύομαι· ἀλλὰ καὶ ὅπως ὅτι μοι τάχιστ' ἰδεῖν ἐξέσται τὸν θαυμαστὸν ἐρώμενον καὶ πάντ' ἄριστον σὲ, τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ταῖς εὐχαῖς, ὅσου τιμῶμαι· καὶ νῦν δ' οὐχ ἥκιστ' αὐτὸς οἷς ἐπέσταλκας ἔτρωσας, ὁμοῦ μὲν ἐμέ τε καὶ σαυτὸν συνάγων ἐντεῦθεν, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω συμπλάττων καὶ ἓν ἄμφω τιθεὶς, ὁμοῦ δὲ καὶ ὡς ἐγὼ πνέω τὰ σὰ, καὶ τοῦτον ἴσχω τὸν τρόπον, εὖ μάλα δεικνὺς, δι' ὧν φῂς βεβουλῆσθαι μὲν ἐμὲ πολλάκις πρὸς σὲ γράμματα πέμψαι, τῷ δὲ μὴ τοὺς σοὺς τρόποος εἰδέναι, τῆς ὁρμῆς ἀποσχέσθαι. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ταύτης ἐγεγόνειν τῆς γνώμης καὶ οἷος ἦν ἐπιστέλλειν ὁμολογῶ, οὐ μὴν ὑφ' ὧν ἔφης αὐτὸς κεκωλύσθαι· οὐδὲ μικροῦ δεῖ· τοσοῦτον γοῦν ἀπέχω τοῦ ταῦτα σοῦ πέρι καὶ φρονεῖν καὶ δοξάζειν, ὡς καὶ πρὶν ἥκειν εἰς πεῖραν, ἀγώνισμα γλώττης καὶ τρυ-

VIII. *Magistri epistola responsoria.*

C Jamdiu est, cum ego una cum aliis compluribus tua afflatus fama, non ingenii modo eruditionis, que tuæ amator sum, et insano quodam modo, velut divino furore circa hæc ipsa agitor, nec vehementissime tum amare, tum mirari desino, verum etiam ut primo quoque tempore te, admirabiles amores meos, omnibusque in rebus præstantissimum virum, coram videndi potestas fiat, id quanti in votis meis æstimem, verbis plane efferri nequit. Adhæc non minime per litteras hasce tuas me sauciavisti, simul me et teipsum sic nimirum conducens, atque, ut ita loquar, conflans et confingens, ambosque unum quiddam efficiens, simul item quam ego tua spirem, et quod hoc affectus D sim modo, planissimum faciens, dum sæpius me quidem animo agitavisse ais, quo litteras ad te darem, eo autem quod mores tuos minus haberem perspectos, illum abjecisse impetum. Ego vero hoc me animo fuisse, atque scribere constituisse,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fateor; neque iis tamen, quas narras, deterritum rationibus; nihil præfecto minus; tantum enim abest, ut hujusmodi quiddam de te et sentiam, et statuam, ut prius etiam quam tui ingenii periculum fecissem, linguæ certamen ac delicias, laudes tuas facerem, cum te per omnem laudabilem litterarum morumque ideam, summa cum excellentia vectum, miratus, tum sæculo nostro præstantem istam indolem tuam gratulatus, a quo utroque præstando longe absunt, qui adhuc addubitant. Non itaque eam ob causam silentium mihi indixi, sed vel maxime decori habitus gratia, quodque non repente et subito ad hujusmodi quiddam prosiliendum existimarem, tum quod rem diligentius reputanti, justius scribendarum litterarum initium abs te fieri debuisse videretur, qui prior nos mirifica famæ commendatione in tuos furiaras plausus. Quod etiam facere æquum censuisti; bonum hercle factum, et longe nobis gratissimum. Quippe si ita nos antea in stuporem fama nuntiatus auditusque dabas, quantum quiddam ad præconia tua te nobis præstitisse nunc autumas, ipse per litteras visus et loquens, et quoad fieri possit, præsens, idque cum ob alia, tum quod optima et jucundissima spectanda præbes. Partim nimirum gravitatem animi generositatemque, illam philosophiæ dignissimam, tum præterea mentis perspicaciam, et excellentiam, et acumen, et ad omnia dexteritatem; partim quod musas colis universas, et quoquoversus tendis, et quæcunque Mercurii sacra ac initia quispiam nominet, eorum dux et signifer, et cultor admirabilis es: qui oratoriæ philosophiam, et utramque cœli siderumque contemplationi, jungis, adeoque in his omnibus longe multumque præstas, ut nemo alius in uno aliquo doctrinæ genere. Merito igitur omnes omnifariam allicere, tibique mancipare potes: et nunc admiratione percellere, nunc mulcere atque delinire, tuisque istis illecebris penitus excantare. Atque tu quidem hac te potissimum epistola ad familiaritatem tecum jungendam nos invitasse, tibique sodales et amicos haud dubie comparasse, credis: tum etsi communia amicorum omnia esse, quasi lege quadam sanciat proverbium, ipse nihilominus hanc per litteras institutam communicationem amicitiæ te præmittere dicis, quippe quæ mox haud dubie consecutura esset. Atqui scire debes te ignarum, nec opinantem verissimis amicis tuis has dedisse litteras, non qui nunc demum, ut arbitraris, amici fierent, sed qui jamdudum fuissent: ex sola nimirum fama, famæque telis, queis in tantum vulnerati eramus: adeoque tua omnia nos adamare profitemur, ut ea in re nihil his omnino concedamus, quibuscum veteres tibi necessitudines intercedunt.

A φὴν ποιεῖσθαι τὰ σὰ, σὲ μὲν θαυμάζων διὰ πάσης ἐπαινουμένης ἰδέας λόγων τε καὶ τρόπων μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἰόντα, τῆς δὲ κατὰ σὲ φορᾶς τῷ βίῳ ξυγχαίρων, ὃ πολλοῦ ποιεῖν ἔδει τούς γε ἀμφισβητοῦντας. Οὔκουν διὰ ταῦτα σιγᾷν ὤμην δεῖν· ἀλλὰ μάλιστα μέν γε διὰ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ μὴ χρῆναι τοῖς τοιούτοις ἐκ τοῦ εὐθέως ἐπιπηδᾷν· ἔπειθ' ὅτι καὶ βουλομένῳ σκοπεῖν, δίκαιος αὐτὸς ἦσθα πρώτως ἄρχειν γραμμάτων, ὃ καὶ πρώτως ἡμᾶς διὰ τῆς θαυμαστῆς φήμης εἰς τοὺς κατὰ σοῦ θορύβους ἐκμήνας· ὃ δὴ καὶ πράττειν ἡξίωσας εὖ ποιῶν, καὶ ἡμῖν πάνυ κεχαρισμένα· εἰ γὰρ δὴ πρόσθεν λεγόμενός τε καὶ ἀκουόμενος οὕτως ἐξέπληττες, νῦν διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὁρώμενος, καὶ τὰ εἰκότα ξυνὼν, πόσον τι νομίζεις ἡμῖν εἰς τοὺς σοὺς εἰργάσθαι παιᾶνας, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τὰ κάλλιστά τε καὶ ἥδιστα
B παρέχειες ὁρᾷν; τοῦτο μὲν τὸ τῆς σῆς διανοίας ἐμβριθὲς καὶ γενναῖον φιλοσοφίᾳ μάλιστα πρέπον, καὶ προσέτ' ἀγχίνουν καὶ περιττὸν καὶ ὀξὺ καὶ περιδέξιον τὰ † ἐς πάντα, τοῦτο δ' ὡς παντοδαπῶς ἔχεις τῆς μούσης καὶ φέρεις ἑκασταχόσε, καὶ τῆς Ἑρμοῦ τελετῆς ἦν ἄν τις καὶ φήσαι ὁδοῦχς τις εἶῆς καὶ θαυμαστὸς σπουδαστὴς, ῥητορικῇ φιγοσοφίαν συνάπτων, καὶ ἅμφω γε ταῦτα τοῖς περὶ οὐρανοῦ πράγμασι, καὶ οὕτω κράτιστος ἐν ἅπασιν ὤν, ὡς ἑνί γέ τῳ τῶν ἄλλων οὐδείς. Ταῦτ' ἄρα καὶ πανταχόθεν πάντας ἔχεις ἐπάγεσθαι καὶ χειροῦσθαι, καὶ νῦν μὲν ἐκπλήττειν, νῦν δὲ κηλεῖν τε καὶ θέλγειν, καὶ ὅλως ταῖς σαῖς ταύταις καταγοητεύειν ἴυγξι. Σὺ μὲν οὖν ἡμᾶς οἶει δι' ὧν ἤδη γράφεις, πρὸς ἑταιρίαν μάλιστα προκαλεῖσθαι, καὶ συνήθεις καὶ φίλους ἀμέλει
C παρασκευάζειν σαυτῷ, καὶ τῆς παροιμίας κοινὰ τὰ τῶν φίλων νομοθετούσης, αὐτὸς τὴν διὰ γραμμάτων κοινωνίαν προτέραν λέγεις τῆς φιλίας ποιεῖσθαι, ὡς καὶ ταύτης γε πάντως ἐψομένης αὐτίκα, λανθάνεις δ' εὖ ἴσθι σαυτὸν φίλοις ὡς ἀληθῶς ἐπιστέλλων, οὗ τοῦτ' ἂν κατὰ σὲ γενομένοις, ἀλλ' ἤδη πόῤῥωθεν γεγονόσιν ἐξ ἄρα μόνης τῆς φήμης καὶ τῶν τῆς φήμης βελῶν· οἷς ἡμεῖς ἐπὶ τοσοῦτοτ ἐτρώθημεν, καὶ οὕτως ἀξιοῦμεν στέργειν τὰ σὰ, ὡς καὶ τοῖς ἐκ πολλοῦ σοι τὰ φιλικὰ ξυνημμένοις ἀμφισβητεῖν ἔχειν τῶν ἴσων.

IX. *Ad Josephum, Patrem angelis comparandum, expositio rerum quæ tempore Italorum et Persarum invasionis acciderunt.*

Dum alii aliorum facta, ut æquum est, laudibus celebrant, tu solus incantamentis philtrisque nos demulcens id efficis ut tibi soli animum attenda-

Θ. Τῷ ἰσαγγέλῳ πατρὶ καὶ φιλοσόφῳ Ἰώσὴφ, περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰταλῶν καὶ Περσῶν ἐφόδῳ γεγενημένων (1).

Ἄλλων ἄλλους δεξιόντων, καὶ μεγαλαυχουμένων, ὥσπερ εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις, σὺ μόνος ἡμᾶς πᾶσιν ἐπῳδαῖσ ἀναδησάμενος, φίλτροις καὶ καταγοητεύ-

(1) Mai, *Biblioth. nova PP.* tom. VI. Italorum irruptio intelligenda de Catalanorum ac Turcorum per Macedoniam ac Thessaliam incursione, quorum vastationes et immanem crudelitatem jam narravit in oratione pro Chandreno.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ μὲν Τιβερίου, τρίτῳ δὲ τῆς ἡγεμονίας Πιλάτου, καὶ τῶν τριῶν τετραρχούντων, Ἡρώδου τοῦ νεωτέρου, Φιλίππου τε καὶ Λυσανίου, τῶν ἀδελφῶν μὲν Ἀρχελάου, παίδων δὲ τοῦ πρώτου Ἡρώδου, Ἄννα δὲ καὶ Καϊάφα τὴν ἀρχιερατείαν κατὰ τὰς ἐφημερίας διιθυνόντων αὐτῶν, τότε δὴ κατὰ τὸν θεόπνευστον εὐαγγελιστὴν ῥῆμα Κυρίου ἐπ' Ἰωάννην τὸν Ζαχαρίου υἱόν, ἔτος ἐπὶ τῆς ἐρήμου τριακοστὸν καὶ μικρόν τι πρὸς διατρίβοντα γεγονὸς, βάπτισμα μετανοίας κηρύττειν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἐπέταττε. Καὶ παρῆν ὁ Ἰωάννης, ἄνθρωπος μὲν τὸ φαινόμενον, θεοειδὴς δέ τις καὶ ὑπερκόσμιος τὸ νοούμενον· καὶ ὡς ἂν τις εἴποι, ἄγγελος μετὰ σώματος, μόνῳ γνησίως ἐσχολακὼς τῷ Θεῷ· ἦθος ἄμικτον καὶ πάμπαν ἀλλότριον τῆς κοσμικῆς ματαιότητος· ἀκτησίᾳ παντελεῖ καὶ ἀσιτίᾳ, ἀγνότητί τε βίου καὶ ἀπαθείᾳ, καὶ νοὸς ἁπλότητι σφόδρα κατακοσμούμενος· οὐδένα μὲν ἀνθρώπων ἐπαγόμενος, περικύκλῳ δὲ πάσαις ἀρεταῖς οἷά τις δορυφορούμενος βασιλεύς. Καὶ δὴ τὰ ἐστήκει πᾶσι τὸ θεηγόρον στόμα ἀνεὶς, καὶ κατάλληλον ἑκάστῳ θεοπνεύστως διδασκαλίαν ἐπισυνείρων, καὶ γλυκίῳ μέλιτος ῥέων αὐδήν· καὶ πλουσίοις μὲν τὴν ἐλεημοσύνην παραζευγνὺς, ἄρχουσι δὲ τὰς τῆς δικαιοσύνης ἰσονομίας· τελώναις δὲ καὶ εἰσπράττουσι τὸ ἀνεπαχθές τε καὶ ἥμερον, καὶ τὸ μὴ πέρα τοῦ διατεταγμένου ποιεῖν· στρατείᾳ δ' ἐσχολακόσιν ὑπετίθει ἥκιστα τοὺς πλησίον διασείειν, ἢ συκοφαντεῖν αἱρεῖσθαι, τοῖς δὲ ἰδίοις ὀψωνίοις ἕκαστον ἀρκεῖσθαι ἐννομοθέτοις. Καὶ νέοις μὲν τὴν κατὰ τῶν παθῶν εἰσηγεῖτο ἐγκράτειαν· γέρουσι δὲ καὶ πᾶσιν ἁπλῶς νοῦν ἔχουσι φρόνησιν ἐνετίθει, καὶ πρὸς τὴν ἀληθῆ θεογνωσίαν ἐνῆγε· καὶ τέλος ἀριδήλως ἐδείκνυ καὶ συνεβίβαζεν, ὥστ' εἰδέναι πάντας σαφῶς, αὐτὸν μὲν προαπεστάλθαι τοῦ ὅσον ἤδη ἥκοντος Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ προλαβεῖν ἐς ὅσον τὰς ὁδοὺς ἐκείνου προευτρεπίσοντα τῇ μετανοίᾳ καὶ τοῦ ὕδατος βαπτισμῷ· αὐτὸν δ' ὅσον οὔπω παρεῖναι, πυρὶ καὶ ἁγίῳ βαπτίζοντα Πνεύματι, διακρινοῦντά τε τὸν σῖτον, καὶ ὅσοι τὸν ἀχυρώδη βίον προείλοντο. Οὕτω ἡ πρόδρομος τοῦ

Verum enimvero, quintum decimum annum Tiberio imperante, tertium vero Pilato Judææ præsidente, tribusque tetrarchis, videlicet Herode juniore, Philippo et Lysania, Archelai quidem fratribus, Herodis autem filiis ditiones suas regentibus, nec non Anna et Caipha pontificatum per vices suas administrantibus, juxta divinitus afflatum evangelistam, verbum Domini super Joannem Zachariæ filium, qui tricesimum jam annum, et paulo longius in solitudine vixerat, factum, ut in Judæa baptismum pœnitentiæ prædicaret, ei injunxit. Et præsto erat Joannes ; homo quidem ille aspectu primo visus, cæterum mente ipsa et animo divinus prorsus atque magnificentissimus, et ut quispiam dicat, angelus corpore assumpto, uni sincere omninoque vacans Deo, moribus puris, et ob omni mundana vanitate alienissimus. Non possessio illi, non alimenta aliqua erant : cæterum innocentia sanctitasque vitæ, et mens nullis obnoxia affectionibus, animusque simplicitate ornatissimus. Nec ille hominem quemquam aut comitatum secum ducendo trahebat : at circumcirca omni omnium virtutum genere, perinde atque satellitio plurimo conspicuus rex, circumdatus erat. Stabat itaque ille ad omnes divinum plane os aperiens, competentem unicuique, eamque divinitus inspiratam doctrinam proponeus,

Melleque depromens dulcem magis ore loquelam.

Siquidem divitibus et opulentis eleemosynam et misericordiam commendabat : principibus viris et magistratibus æquas justitiæ proponebat leges. publicanis tributorumque exactoribus, ne cuipiam graves essent et molesti, neve quidquam præter constitutum peterent, lenitatem subijciebat et clementiam : stipendia autem facientes militiamque sectantes, ne proximos suos concuterent, arteve et dolo malo per sycophantiam circumvenirent, sed ut quisque eorum stipendio suo contentus esset, cohortabatur. Juvenes porro moderationem affe-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ctionum et continentiam perturbationum docebat; senibus omnibusque aliis mente acri valentibus prudentiam deprædicabat, et ad uberiorem eos Dei cognitionem adducebat. **86** Postremo aperte, ne id quemquam lateret, declarans confirmabat, se præmissum esse ei qui jam prope adesset, Servatori Christo, ad occupandas quamprimum expediendasque vias illius, pœnitentiæ disciplina et aquæ baptismo. Illum autem ipsum jamjam affuturum, qui igne et Spiritu sancto baptizaturus, atque triticum (1) et eos qui inutilem et infructuosam atque adeo palearem vitam egissent, discreturus esset. Ad hunc modum prævia Verbi vox ad se accedentes Jordanis fluvii undis, præcedente peccatorum confessione, immittebat, præcidaneisque expiationibus per aquam purgabat, et advenienti illi reponebat certoque reservabat. Cum et exspectatus ipse Jesus ex Galilæa progressus, tanquam unus e vulgo advenit, baptismum subiturus : fortasse quidem, ut contactu suo undam sacraret et benediceret, revera autem simul et baptistam ipsum divinum attingentem verticem sanctificaret, et aquam cum fide excepturis Spiritum sum communicaret, fidemque faceret, mandatum a Deo esse baptismi Joannis ministerium dudum ad justitiam, id admittentibus et recipientibus datum. Itaque cum manu ejus tingitur et baptizatur, qui terra genitus esset, tum undis abluitur ille, qui natura inviolatus, solusque mumdus et purus est, nimirum a peccato repurgans (2). Sed euim hujus tantæ et tam sublimis, quæque naturam ipsam superet, submissinis et humilitatis, maximum illum naturamque itidem supergredientem retulit honorem, quod ei ex undis prodeunt portæ cœli aperiuntur, et Spiritus sanctus columbæ specie super ipsum descendit, perpetuoque in ipso corporaliter manet. Factum id, cum propter volucris ipsius puritatem, tum quod columba olim diluvii finem læto prædixit nuntio ; et nunc quoque secum, in eum qui testimonio comprobabatur e cœlo fulminis sono, Patris vocem traxit clare et diserte, Filium hunc dilectum et unigenitum, voluntatemque suam in hoc uno, beneplacitumque omne et benedictionem esse, promulgantem. Hic igitur Joannes, major omnibus ipsissimæ veritatis testimonio confirmatus, baptismi ministerio, ita uti decuerat, quam optime defunctus, sponso Christo sponsam Ecclesiam decentissime amplissimeque desponsavit, **87** agnum Dei Christum voce clarissima mundi totius peccatum corpore suo, quod affectionibus deterioribus omnibus carere, tollentem : non tantum Andrææ et Petro, omnibusque qui tum cum eo conversabantur, sed et toti mundo et omnibus deinde generationibus hominum designavit : Filium illum Dei, et Deum Verbum, cœlitus propter salutem omnium demissum, datoremque Spiritus, et adoptionis filiorum Dei principium et fontem, omnibus illi credentibus, spectator ipse Dei annuntians. Et amicum quidem se ejus, pro excellenti illius in genus humanum charitate est professus : sed ita tamen, ut œconomiæ et administrationis ejus rationum ne infimam quidem et minimam, propter naturalem tenuitatem, disquisitionem invenire possest. Id ille ore claro et diserto omnibus deprædicavit, et persuadere est conatus.

(1) Paleæ sunt apostasia. Frumentum ii qui ad Deum fide fructificant. (Iren.)

(2) Peccata quæ non detulit, nos abluendo sustulit.

A Λόγου φωνὴ, τοὺς προσιόντας τοῖς Ἰορδανείοις ἐνιεῖσα ῥείθροις, προηγουμένης τῆς τῶν ἐπταισμένων ἐξαγορείας, καὶ ταῖς προτελεστηρίοις καθάρσεσι διὰ τοῦ ὕδατος προαγνίζουσα, εἰς τὸν μετ' αὐτὸν ἐρχόμενον ἑταμιεύετο ἀσφαλέστατα. Εὐθὺς, οὖν καὶ αὐτὸς ὁ προσδοκώμενος Ἰησοῦς, τῆς Γαλιλαίας ἀφορμηθεὶς ὡς εἷς τῶν πολλῶν, προσεισι τὸ βάπτισμα ἐκδεξόμενος· τυχὸν μὲν ὥστε καὶ τὸ ὕδωρ τῇ ἁφῇ εὐλογῆσαι, ἁγιάσων δὲ καὶ τὸν Βαπτιστὴν τῆς θεαρχικῆς ἁπτόμενος κορυφῆς, καὶ τοῖς καναδεδεγμένοις τὸ ὕδωρ ἐκ πίστεως καὶ τὸ Πνεῦμα παρ' ἑαυτοῦ προστιθεὶς· πίστιν τε διδοὺς, ὡς ἐντολὴ Θεοῦ ἡ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου διδασκαλία, ἄνωθεν εἰς δικαιοσύνην τοῖς προσιεμένοις δεδωρημένη. Ταῦτ' ἀρα καὶ παλάμῃ βαπτίζεται γηγενοὺς, καὶ ὁ τῇ φύσει
B ἁπρόσιτος καὶ μόνος καθαρὸς ὕδασιν ἀπολούεται, ἐμὲ τῆς ἁμαρτίας ἀποκαθαίρων. Καί γε τῆς ὑπερφυοῦς αὐτοῦ ταπεινώσεως γέρας οἷον ἄξιον καὶ ὑπερφυὲς ἐκομίζετο τὸ ἀνεπτύχθαι μὲν αὐτῷ ἀνερχομένῳ τοῦ ὕδατος τὰς πύλας τοῦ οὐρανοῦ, τὸ δὲ Πνεῦμα ἅγιον εἶδει περιστερᾶς ἐπ' αὐτὸν ἐλθεῖν, καὶ εἰσαεὶ μένειν σωματικῶ· ἐπ' αὐτόν. Ὁμοῦ μὴν διὰ τὸ καθαρὸν τοῦ πτηνοῦ, ἅμα δὲ καὶ ὅτι περιστερὰ πάλαι ποτὲ τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ λύσιν εὐηγγελίσατο, καὶ νῦν εἵλκεν ἐπὶ τὸν μαρτυρούμενον τὴν φωνὴν τοῦ Πατρὸς ἄνωθεν ἦχῳ βροντῆς, διάτορον ἐξηχοῦσαν. Υἱὸν τοῦτον ἀγαπητὸν ἅτε δὴ μονογενῆ ὄντα προσμαρτυροῦσαν, καὶ τὸ θέλειν ἐκείνου ἐν τούτῳ ὂν, καὶ τὴν τοῦ καλοῦ παντὸς δόκησίν τε καὶ εὐλογίαν. Ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης μείζων πάντων ὑπὸ
C τῆς αὐτοαληθείας μαρτυρηθεὶς, καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος διακονίαν ἀριστα καὶ ὡς ἐχρῆν ἐκείνῳ ἐξηνυκὼς, καὶ τῷ νομφίῳ Χριστῷ τὴν νύμφην Ἐκκλησίαν θεοπρεπῶς κατεγγυησάμενος, καὶ ἀμνὸν Θεοῦ τὸν Χριστὸν τοῖς πᾶσι διατρανώσας, τὴν κοσμικὴν ἁμαρτίαν τῷ ἰδίῳ καὶ ἀπαθεῖ αἴροντα σώματι, οὐ τῷ Ἀνδρέᾳ καὶ Πέτρῳ μόνον, καὶ πᾶσι τοῖς τηνικάδε ὁμιλοῦσιν αὐτῷ, ἀλλὰ κἀὶ παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ ταῖς ἑφεξῆς ἁπάσαις δηλαδὴ γενεαῖς τῶν ἀνθρώπων, Υἱὸν Θεοῦ καὶ Θεὸν Λόγον ἄνωθεν ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντων ἐρχόμενον, δοτῆρά τε τοῦ Πνεύματος, καὶ τῆς υἱσθεσίας ἀρχὴν καὶ πηγὴν ὄντα τοῖς αὐτῷ πιστεύουσιν ὁ θεοπτικώτατος ἀνεγγέλλων, καὶ φίλον μὲν ἑαυτὸν τῷ τῆς φιλανθρωπίας ὑπερβάλλοντι εἶναι ἐκείνου, μὴ οἷόν δὲ ὄντα τῶν τῆς οἰκονομίας λόγων μηδὲ τὴν ἐσχάτην καὶ
D βραχυτάτην λύσιν εὑρεῖν, διὰ τὴν φυσικὴν ταπεινότητα, τρανῇ πᾶσι γλώσσῃ ἐκήρυξέ τε καὶ ἐπιστώσατο.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Ὡς εἰς ἔλεγχον ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρῴδῃ κατέστη διὰ τὴν Ἡρωδιάδα· καὶ ὡς ἐτμήθη ἐν τῷ συμποσίῳ τὴν κεφαλήν, καὶ τοῖς ἐν ᾅδου κηρύξων προῆλθε.

Ἐπεὶ δ' ἐχρῆν, ὥσπερ τοῖς ἐν σώματι ζῶσι, τὴν ἔνσωμον Χριστοῦ παρουσίαν ἐκήρυξεν, ἵν' ἐντελὲς ᾖ τὸ ἔργον αὐτῷ, κἀν τῷ ᾅδῃ γενέσθαι, κἀκεῖσε δὴ προανεγγεῖλαι ταῖς ἐκεῖ καθειργμέναις ψυχαῖς τὴν διὰ πίστεως ὅσον ἤδη ἐσομένην σωτηρίαν καὶ ἀπολύτρωσιν· διά τοι τοῦτο εἰς ἔλεγχον μὲν τῷ Ἡρῴδῃ καθίσταται, ὃς τῆς ἰδίας ὑπεριδὼν γυναικὸς (θυγάτηρ δὲ ἦν αὕτη τοῦ Ἀράβων βασιλέως, Ἀρέτα), καὶ τὸ πρὸς αὐτὴν ἀτιμάσας φίλτρον, τοὺς πρὸς Ἡρωδιάδα διακένους ἔρωτας τοῦ καντὸς ἤξίου. Ταύτην καὶ γὰρ γυναῖκα οὖσαν τοῦ ἀδελφοῦ Φιλίππου ἠγάγετο, μὴ τῷ νόμῳ δοκοῦν· σπέρμα γὰρ εἶχεν ἐκ τάδελφοῦ, καὶ ταῦτα ἔτι τῷ βίῳ περιόντος, ὡς Ἰωσήπῳ δοκεῖ· ἐκείνοις γὰρ ἐφεῖται μόνοις τοῦτο ποιεῖν, τοῖς παίδων ἄνευ ἀπολιποῦσι τὸν βίον· κατὰ πρόνοιαν πάντως, ὥστ' ἀναστῆσαι σπέρμα τοῖς ἀδελφοῖς. Ἰωάννης δ' ἐλέγχων τὸ παράνομον οὐκ ἀνίει. Ὁ δὲ, καίτοι πρότερον ἡδέως ἀκούων αὐτοῦ, καί γε εἰδὼς πολὺ τὸν μέγαν τὸ αἰδέσιμον ἔχοντα, ὅμως ἰσχυρότερος ὁ τῆς Ἡρωδιάδος ἔρως αὐτῷ ἐμπεσὼν, κατημέλει τῶν ἐκείνου λόγων. Καὶ τὸν μὲν ἐδίδου φρουρᾷ· εἰδὼς δὲ ὁ Ἰωάννης ὅσον οὔτω ἔσται τὸν βίον ἀπολιπὼν, δύο πάμπει τῶν μαθητῶν Ἰησοῦ, τὴν περὶ αὐτοῦ ὑπόνοιαν ἀναιρῶν· πολλῷ γὰρ μείζω τὸν Ἰωάννην ᾤοντο τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ μηδὲν πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἐπειπὼν, τὰ σημεῖα ἔλεγεν ἀναγγέλλειν τῷ Ἰωαννῃ ὧν αὐτουργὸς ἦν. Ὡς δ' ἐκεῖνοι ἐν τῷ βεβαίῳ ἦσαν, βουλόμενος ὁ Χριστὸς καὶ τοῖς παρεστῶσι τάληθὲς ὑποδεῖξαι, δι' ἐπαίνου τὸν Ἰωάννην ποιεῖται, ὑπεροχὴν αὐτῷ μεγίστην προσμαρτυρῶν· καὶ μείζονα τῶν ἐν γεννητοῖς καὶ περισσότερον προφήτου ἀνακηρύττει. Ἔπειτα τὴν τῆς κολακείας ὑπόνοιαν ἀναιρῶν, μικρότερον μὲν ἑαυτὸν κατὰ τὴν ἐκείνων δόξαν καλεῖ, μείζονα δὲ αὖθις ἐκείνου ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Μετὰ τοῦτο δεῖπνον Ἡρῴδης ἐποίει τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ. Καὶ προῆει μὲν ὁ πότος, καὶ ψυχαγωγίαι ἦσαν ὡς πλεῖσται. Ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ ἡ τῆς μοιχαλίδος κόρη παρῆκτο, ἀσέμνοις περικλωμένη λυγίσμασι· καὶ ταῦτα παρθένος μὲν τῷ δοκεῖν, καὶ βασιλέως θυγάτηρ, καὶ ὑπὸ τόσοις ἀῤῥένων ὄμμασι· πρᾶγμα σώφροσιν ἀφθαλμοῖς οὐχ ἁπλῶς ἄφιλον μόνον, ἀλλὰ καὶ φυγῆς ἄξιον· Γνώριμον δὲ ἄρα καὶ τὸ δένδρον ἐκ τοῦ καρποῦ. Τόσον δ' ἦν τῷ ἀκολάστῳ τὸ ἀρεστὸν, καίπερ μηδ' ἐκείνης αἰτησαμένης, (ὦ βασιλικῆς ἐκείνης μεγαλοδωρεᾶς!) ὡς καὶ τὴν βασιλείαν συνδιελέσθαι ταύτῃ θελῆσαι, καὶ διερεθίσαι ζητῆσαι· ἡ δὲ τὸ γέννημα τῆς ἐχίδνης ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀχθεῖσα, καὶ πλλῷ μεῖζον αἰτεῖ, πρᾶγμα βασιλειῶν ἁπασῶν ὑπερκεῖμενον, τὴν παντὸς ἀξίαν Ἰωάννου κεφαλήν. Καὶ ὁ μὲν τῶν ὄχων ὀῆθεν

CAPUT XIX.

Ut Joannes Herodem in faciem arguerit propter Herodiadem; et ut is in convivio capite truncatus, ad inferos, prædicaturus ibi, processerit.

Quandoquidem vero decebat, quemadmodum iis qui in corporibus versantes vivunt, corporalem Christi præsentiam prædicaverat, quo eis opus munusque tale omni ex parte perfectum constaret, ud ad inferos quoque mearet, et ibi etiam animabus conclusis, jamjam per fidem advenientem salutem et liberationem annuntiaret: ea ipsa de causa Herodem (1) manifeste in faciem reprehendit, qui propria rejecta conjuge (filia hæc erat Arabum regis Aretæ), amoribusque ejus nuntio remisso, vanam et effœtam erga Herodiadem effectionem rebus omnibus anteponebat. Hanc ille, cum uxorem esse sciret fratris Philippi (2), contra legis constitutionem (semen enim habebat ex fratre) et quidem eo adhuc superstite, ut Josepho videtur, duxerat. De illis enim hoc solis facere permittitur, qui non procreatis liberis exce dunte vita: idque providentia consilioque eo factum, ut fratribus semen resuscitaretur. Itaque Joannes delictum id arguere non cessabat. Ille vero quamvis antea eum libenter audivisset, quod admiratione simul et veneratione dignum virum esse compertum haberet: tamen vehementioribus Herodiadis amoribus, quibus erat captus, sermones cohortationesque ejus posthabens, in custodiam hominem demisit. 88 Is porro, cum se brevi vita excessurum videter, duos ex discipulis suis ad Jesum mittit, opinionem eorum quam de se habebant aboliturus. Majorem enim multo Christo Joannem esse putabant. Christus vero nihil ad interrogata respondens, miracula eos, quæ virtute ipse sua ederet, Joanni renuntiare jubet. Et cum jam illi in veriore opinione confirmati essent, volens Christus et aliis circumstantibus veritatem indicare. Joannem laudibus vehit maximam illi tribuens dignitatem, et majorem omnibus qui ex muliere geniti essent, præstantioremque propheta esse declarat. Deinde assentationis suspicionem auferens, minorem quidem se, juxta eorum opinionem, majorem vero rursus illo in regno cœlorum vocat. Posthæc convivium Herodes natali suo die parat. In hoc, cum largior compotatio, tum omnis generis deliciæ affuere: quibus et adulteræ illius puella est superinducta, infractos et indecentes corporis motus et saltationes, cum quidem et virgo esse existimaretur, et regis filia, in tot virorum conspectu exhibens: rem modestis et pudicis oculis non tantum ingratam prorsus, sed effugio etiam dignam. Sed arbor ex fructu cognoscitur. Tantæ autem impudicæ saltationis fuere illecebræ, ut quamvis illa non posceret, Herodes tamen (proh regiam illam munificentiam!) cum ea

(1) Herodes hic, Antipas cognominatus, regnavit annis 24.

(2) « Defuncti, » Tertull. » Habentis filiam ex illa, non alia. » (Idem.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

regnum divisum communicare voluerit, irritandamque eam ad id duxerit. At illa, viperæ soboles, a matre edocta, rem longe majorem, regnisque omnibus præstantiorem, Joannis caput, pretium omne superans, petit. Ille autem, quasi jurisjurandi religione obstrictus, re autem ipsa acri Herodiadis, cui satisfactum volebat, amore distentus, evestigio ferro caput Joannis amputat (1) : et id etiamnum cruore tabido et pulvere respersum, et lanci impositum, in convivium omni luxuriæ genere diffluens, inferri jubet : spectaculum convivis quidem ipsis inamœnum et triste, matri vero puellæ gratum et jucundum. Admodum enim optaverat quæsiveratque caput id, quod ei, quas concupiverat, rebus ex sententia et libidine sua uti inhibebat, ita resectum spectare, et linguam zelo et æmulatione sancta veluti cote acutionem redditam, postremo mutam despicere. Atque sic ille quidem est occisus : caputque ejus longe præstantissimum, mollioris saltationis præmium, mænadi illi et furibundæ, tanquam munus honorificentius datum. **89** At ipsa Joannis reprehensionem quodammodo etiam post capitis resectionem verita. conjungereque id rursus reliquo corpori timens, apud se, remotis arbitris, in abstrusiore regiæ loco sepeliendum duxit : truncum autem ipsum abjicere quopiam jussit. Eum porro solum discipuli ejus furtim sublatum, cum solemni veneratione in celebri quodam sepeliere loco. Enimvero Jesus cum ea quæ Joanni accidissent, audivisset, magnum de eo concepit mœrorem : et navigio conscenso, in locis desertis versatus est, solitariæ vitæ tranquillitate eum dolorem solans. Joannes igitur præter res alias, quibus pulcherrimis pollebat, martyrio quoque pro Christi nomine cohonestatus, cœlorum, quibus dignus erat, consecutus est domicilium : tringinta et duobus annis, et mensibus insuper sex, munere in terris suo explendo peractis.

A γενόμενος, τὸ δ' ἀληθὲς τοὺς δριμεῖς τῆς Ἡρωδιάδος ἔρωτας θεραπεύειν ἐθέλων, ἐξαυτῆς ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀναιρεῖ · καὶ ἔτι τῷ λύθρῳ περιῤῥαινομένην, ἐπὶ πίνακος εἰσῆγε τῇ πανδαισίᾳ · θέαμα σκυθρωπὸν μὲν τοῖς δαιτυμόσι, τῇ μητρὶ δὲ τῆς κόρης ἡδονῆς ἄξιον. Καὶ γὰρ οὐχ ἧττον ἐζήτει ταύτην εἴργουσαν τοῖς κατὰ γνώμην χρῆσθαι, οὕτως ὁρᾷν, καὶ γλῶτταν ζήλῳ τεθηγμένην, ἐσχάτως ἄφωνον κατιδεῖν. Ἐπεὶ δὲ οὕτως ἀνῄρητο, καὶ ἄθλον ὀρχήσεως ἡ περιμάχητος τῇ μαινάδι πεφιλοτίμητο κεφαλή, ἐκείνη τοὺς ἐλέγχους ὡσανεὶ καὶ μετὰ τὴν ἐκτομὴν ὑπιδομένη τοῦ Ἰωάννου, συνάπτειν μὲν ταύτην καὶ αὖθις τῷ λοιπῷ σώματι ἐδεδίει · παρ' ἑαυτῇ δὲ κατορύττειν ἀσύλως ἔν τινι παραβύστῳ τύπῳ τῶν βασιλείων ἔκρινε δεῖν · τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα ἔξω που B ῥίπτειν διεκελεύετο. Ὅ δῆτα οἱ μαθηταὶ μόνον, κλοπῇ περιστείλαντες, σεμνῶς ὑπό τινι ἐπισήμῳ τόπῳ κατέθεντο. Ἰησοῦς μέντοι τὰ τῷ Ἰωάννῃ συμβάντα ἠνωτισμένος, καὶ τῇ περὶ αὐτὸν λύπῃ κατάσχετος γεγονὼς, ἐπιβὰς πλοίῳ περὶ τὴν Θηβαΐδα διέτριβεν, ἐν ἡσύχῳ τῇ βιοτῇ τὸ πολὺ τῆς λύπης παραμυθούμενος. Ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς ἠὔχει καλοῖς καὶ τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ τιμηθεὶς, τοὺς οὐρανοὺς ὧν ἦν ἄξιος εἴληχε κατοικίαν, δύο καὶ λ' πρὸς μησὶν ἓξ τὰ πρὸς τὴν γῆν ἅπαντα διανύσας ἔτη.

CAPUT XX.

De turpissima filiæ Herodiadis morte, et Herodis obitu, et quæ de eo Josephus commemoret, et ut idem Baptistam magis ornet laudibus.

Furibunda sedenim, et adultera, incestaque adeo illa, quæ quidem Herodis habebatur, revera autem Philippi erat conjux, vita longius acta, cum prius filiam et saltatricem acerbo fato sublatam vidisset, deinde ipsa quoque decessit : futuri sæculi judicio et supplicio reservata, meras ibi quam citissime divinæ iræ fæces, intolerabilisque indignationis Domini calicem haustura. Filiæ autem ejus (dignus enim est qui memoriæ commedetur) talis fuit obitus. Eundum ei quopiam brumali tempore erat, et fluvius trajiciendus : qui cum glacie constrictus coagmentatusque esset, pedes eum transibat. Glacie autem rupta (idque non sine Dei numine) demergitur illa statim capite tenus (2) : et inferioribus corporis partibus lasciviens molliusque se movens saltat, non in terra sed in undis : caput vero scelestum frigore et glacie concretum, deinde etiam convulneratum, et a reliquo corpore, non ferro, sed glaciei crustis resectum, in glacie

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

C

Περὶ τοῦ αἰσχίστου μόρου τῆς Ἡρωδιάδος, καὶ τοῦ θανάτου Ἡρώδου · καὶ οἷα περὶ τούτου ἱστόρησεν ὁ Ἰώσηπος · καὶ ὡς ὁ Βαπτιστὴν ἄγει ἐπαίνου τὸν.

Ἡ μαινὰς μέντοι καὶ μοιχαλὶς ἐκείνη, καὶ τὸ δοκοῦν μὲν Ἡρώδου, Φιλίππου δὲ ταῖς ἀληθείαις γυνὴ, μήκιστον μὲν βίου διηνηκυῖα, πικρῷ δὲ μόρῳ τὴν θυγατέρα καὶ ὀρχηστρίδα τὸν βίον καταλύσασαν πρότερον κατιδοῦσα, εἶτα καὶ αὐτὴ κατέῤῥηξε τὴν ζωὴν, τοῖς ἐκεῖσε δικαιωτηρίοις ταμιευομένη, ἄκρατον ὅσον οὔπω πιομένη τὸν τῆς ὀργῆς Κυρίου τρυγίαν καὶ τὸ κόνδυ τοῦ ἀστέκτου ἐκείνου θυμοῦ. Ὁ δέ γε τῆς θυγατρὸς αὐτῆς θάνατος (ἄξιον γὰρ αὐτὸν διηγήσασθαι (τοιόσδε τις ἦν · Ἐπί τινα τόπον ταυτῇ D δεῆσαν ὥρᾳ χειμῶνος πορεύεσθαι, καὶ ποταμὸν διαβαίνειν, ἐπείπερ ἐκεῖνος κεκρυστάλλωτο καὶ πεπηγὼς ἦν, ὑπὲρ νώτου αὐτῇ διήει πεζεύουσα. Περιῤῥαγέντος δὲ τοῦ κρυστάλλου, οὐκ ἀθεεὶ δὲ πάντως τὸ συμβὰν ἦν, κατερρύη μὲτ εὐθὺς καὶ αὐτὴ ἄχρι ὀφρύου καὶ κεφαλῆς · καὶ ὑπωρχεῖτο σπαργῶσα καὶ ὑγρῶς λιγυζομένη, οὐκ ἐν γῇ, ἀλλ' ἐν ὕδατι · Ἡ δὲ κεφαλὴ τῷ κρύτι παγεῖσα, εἶτα καὶ διαθραυσθεῖσα, καὶ τοῦ λοιποῦ διαιρεθεῖσα σώματος, οὐ ξίφει, ἀλλὰ

(1) En quomodo periit instus, quasi non esset Deo dilectus.

(2) Quibus rebus peccamus, eisdem pluramque pœnas damus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κρυστάλλῳ, ὑπὲρ τῶν πάγων ὠργεῖτο καὶ αὖτη τὴν ἐπιθανάτιον ὄρχησιν· καὶ ὑπ' ὄψιν ἔκειτο πᾶσιν ἡ μιαρὰ κεφαλὴ εἰς ὑπόμνησιν ὧν ἔδρασε τοὺς θεωμένους ἀνάγουσα. Ναὶ μὴν καὶ Ἡρώδην αὐτὸν οὐκ εἰς μακρὰν ἡ θεία δίκη, καίπερ βραδύνειν ὡς τὰ πολλὰ εἰωθυῖα, μέτεισι, τὴν ὑπερβολὴν, οἶμαι, τοῦ μιάσματος ἐκτόπως μισήσασα. Ὡς γὰρ ἀποστόργως εἶχε πρὸς τὴν γυναῖκα διὰ τοὺς πρὸς τὴν μοιχαλίδα δριμεῖς ἔρωτας, καὶ ταύτην τῶν οἴκων ἐξήλασεν, ἐκείνη τὴν ὕβριν οὐκ ἐνεγκοῦσα, τῷ ἰδίῳ πατρὶ πρόσεισιν· Ἀράβων δὲ βασιλέα εἶναι τοῦτον Ἀρέταν φθάσαντες ἄνωθεν διελάβομεν· καὶ τήν τε τοσαύτην ὑπεροψίαν καὶ τἄλλα πρὸς λεπτὸν ἀναγγέλλει· καὶ τὴν ἔκτισιν ᾔτει τοῦ ἀφορήτου γυναικὶ πράγματος. Ὁ δ' οὐχ ἧττον ἰδίαν ἢ τῆς θυγατρὸς ἔκρινεν εἶναι τὴν ὕβριν· καὶ τὰς περὶ αὐτὸν ἀθροίσας δυνάμεις, ἐπιτίθεται τῷ Ἡρώδῃ· καὶ τὴν αὐτοῦ στρατιὰν εἰς τέλος διαφθείρας, καὶ τὴν χώραν πᾶσαν αὐτοῦ πυρὶ παραδοὺς τε καὶ ἀνδραποδισάμενος, σύμπαν τε τὸ κατὰ νοῦν αὐτῷ κραταιῶς ἐργασάμενος, ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἤθη ἀνέστρεφεν. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον ἡ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων βίβλος, ἀλλὰ καὶ ὁ φιλαλήθης Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, τῆς τε Ἡρωδιάδος μνήμην ποιούμενος· ὡς Ἡρώδης ζῶντος μὲν τὰδελφοῦ διαστήσειε τὴν γυναῖκα ἐκείνου καὶ οἰκειώσαιτο· ἀθετήσειε δὲ τὴν πρότερον ἐκ νόμων γεγενημένην αὐτῷ, Ἀρέτα τοῦ Πετραίων βασιλέως θυγατέρα, κἀκείνην πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι καὶ συνοικίαν· δι' ἣν καὶ τὸν Ἰωάννην ἀνελὼν, πόλεμον πρὸς Ἀρέταν ἤρατο, ὡς ἂν ἠτιμωμένης τούτῳ τῆς θυγατρός· ἐν ᾧ πολέμῳ πάντα τὸν Ἡρώδου διαφθαρῆναι στρατὸν ἱστορεῖ, παθεῖν δὲ ταῦτα διὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου παραλογωτάτην ἀναίρεσιν. Δικαιότατον δὲ τὸν Ἰωάννην προσμαρτυρεῖ, καὶ τοῦ βαπτίσματος μέμνηται, τῷ Εὐαγγελίῳ κατὰ πᾶν ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ συμφωνῶν. Ἱστορεῖ δὲ διὰ τὴν Ἡρωδιάδα καὶ τῆς βασιλείας τὸν Ἡρώδην ἀποπεπτωκέναι· μεθ' ἧς καὶ εἰς ὑπερορίαν κατακριθῆναι· Βιέννα δὲ ἦν αὐτῷ τὸ φυγαδευτήριον· ὅμορος αὕτη πόλις τῶν Γαλλιῶν, πρὸς τὸ βάθος τῆς ἑσπέρας κειμένη. Ἐν μέντοι τῷ τῆς Ἀρχαιολογίας ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐταῖς που λέξεσι καὶ τάδε περὶ Ἰωάννου φησί· « Τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει ἀλωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου, κατὰ ποινὴν τοῦ Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Βαπτιστοῦ· κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσι, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένοις. βαπτισμῷ συνιέναι. Οὕτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῶν φανεῖσθαι, μὴ ἐπί τινων ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης· καὶ τῶν ἄλλων συστρεφομένων, καὶ γὰρ ἥδεσθαι ἐπὶ πλεῖστον τῇ ἀκροάσει τῶν λόγων, δείσας Ἡρώδης τὸ ἐπὶ τοσόνδε πιθανὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις, μὴ ἐπ' ἀποστάσει τινὶ φέροι,

ipsa saltationem lethalem exhibet : spectaculoque eo omnibus præbito, in memoriam ea quæ fecerat, spectantibus revocat. Herodem porro ipsum non multo post, vindicta divina, quamvis tardior lentiorque in plurimum esse solita, itidem prosequitur, tam immanem, ut equidem puto, nefarii sceleris impuritatem præcipue ægre ferens. Quod enim Herodes alieno prorsus, propter vehementem acremque adulteræ amorem, ab uxore erat animo, domo eam exegit. Hæc vero tantam contumeliam non ferens, ad patrem suum se contulit (Aretam autem (1) Arabum regem hunc fuisse, supra meminimus) et illi tam protervum despectum, aliaque omnia ad minimum usque recensens, vindictam tam indignæ mulierique non ferendæ rei petiit. Ille vero non minus suam quam filiæ contumeliam eam esse judicans, contractis copiis suis omnibus, bellum Herodi infert : exercitum ejus prorsus concidit, regionem omnem igni vastat, hominum vim magnam capit et abducit : omnibusque rebus ex sententia confectis, in regnum suum redit. Atque hæc quidem non solum sacrorum Evangeliorum liber, verum etiam veritatis amans Josephus testimonio suo confirmat, Herodiadis mentionem faciens : ut scilicet Herodes vivo adhuc fratre, conjugem illius, opera sua ab eo abalienatam, sibi ipsi conjunxerit, in matrimoniumque et domum duxerit : eam autem quæ ei legibus nupta fuerat, Aretæ regis Arabiæ Petrææ filiam repudiaverit. Et ut propter adulteram Joanne cæso, bellum Aretæ, tanquam filia ejus ignominiose tractata armorum causam præbuisset, intulerit : in quo bello universas Herodis copias contrucidatas esse commemorat. Atque id ita accidisse addit, propter Joannis temerariam et nefandam cædem. Joannem porro justissimum fuisse testatur, et baptismi mentionem facit : de rebus ejus per omnia Evangelio consona scribens, Refert quoque, propter Herodiadem regno Herodem excidisse, cum qua exsilio quoque sit mulctatus (2). Exsulasse autem eos Viennæ : quæ urbs Galliis finitima, occidentem versus est sita. In decimo octavo *Antiquitatum* sane libro hisce verbis de Joanne memorat : Quibusdam Judæis Herodis exercitus per justam vindictam a Deo concisus esse, visus est, ut pœnas is penderet Joanni, qui Baptista cognominatus est. Occidit enim hunc Herodes ut virum bonum, qui Judæos virtute exercenda, justitia colenda, pietateque in Deum præstanda, ad baptismum convenire jubebat. Tum demum enim gratum acceptumque Deo docebat eorum fore baptismum, si non tantum peccata quædam per confessionem deprecarentur, verum etiam munditiei et puritati corporis, anima simul justitiæ cultu repurgata, aliisque virtutibus omnibus studerent. Valde enim oratione ejus permovebantur. Herodes sedenim ejo-

(1) Aretas Arabum rex contumeliam filiæ suæ ab Herode per repudium illatam, bello vindicat. (Joseph. lib. XVIII.)

(2) Herodes exsilio mulctatus. (Joseph. lib. XIX cap. 7.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quentiam viri, quod hominibus persuadendis efficax esset, suspectam habens, et rem in defectionem evasuram timens(omnia enim de consilio Joannis Judæi facturi esse videbantur), multo melius esse duxit, antequam quidquam ab eo novatum esset, hominem occupare et e modio tollere, quam ut rerum mutatione facta, tum primum in ipso tumultu et periculo pœnitentia duceretur. Itaque ille, propter hujusmodi Herodis suspicionem, in custodiam Machæruntem conjicitur, atque ibi cæditur. Hæc Josephus.

A πάντα γὰρ ἐψκεσαν συμβουλῇ τῇ ἐκείνου πράξοντες, πολὺ κρεῖττον ἡγεῖται, πρίν τι νεώτερον ὑπ' αὐτοῦ γενέσθαι, προλαβὼν ἀναιρεῖν, ἢ μεταβολῆς γενομένης, εἰς πράγματα ἐμπεσὼν μετανοεῖν. Καὶ ὁ μὲν ὑποψίᾳ τῇ Ἡρώδου δέσμιος εἰς τὸν Μαχαιροῦντα πεμφθεὶς τὸ φρούριον, ταύτῃ κτίννυται. Ταῦτα καὶ ὁ Ἰώσηπος.

CAPUT XXI.

De tentatione Servatoris, et de electione duodecim et item septuaginta discipulorum, et de Evangelii prædicatione.

Itaque Joannes etiam iis qui apud inferos erant, præcursor advenit, præsentiam ibi quoque Christi annuntians. Jesus autem divino Spiritu solus in solitudinem agitur : atque ibi otio pietatis vacans, jejunus prorsus dies noctesque quadraginta continuas persistit, oratione mentisque agitatione atque contemplatione refocillatus atque confirmatus. Cum autem naturæ congruenti affectione afficeretur, fameque percelleretur, sua sponte oppugnandum se tentatori permisit. Qui divinam aggressus mentem et intelligentiam, mentis quoque et intelligentiæ prætextum, experiri tentareque eam volens, attulit. Atque cum tribus, eisque potentissimis congressus affectibus, primum quidem : *Si filius* (inquit) *Dei es, ita ut suspicor, jube in panes verti lapides istos.* Deinde vero in pinnaculum templi ductum, ut se dejiciat præcipit, nihilque periculi ei rei subesse subjicit : confestim congruentem quoque prophetiam adducens. Adhæc, inanis quoque gloriæ cupiditate eum capere 92 studet, et cuncta ei regna ostendit, daturumque se illi ea pollicetur, si procidens se adoraret : periculum scilicet faciens exhibendæ declarandæque divinitatis. Posteaquam autem in rebus omnibus tentatori oracula Scripturæ objiciens restitit, Satanam a se repulit, et non modo, quas modo diximus, concertationum, sed etiam omnium aliarum incursionum oppugnationumque illius victor descendit, humana conditione superior, omnibusque facultatibus ac virtutibus divini Spiritus instructus, atque angelici satellitii, pro eo atque decebat, ministerio cohonestatus, solitudinem relinquit, et ad Judææ atque Galilææ civitates accedit, omnemque Israelis gentem visitans, ad pœnitentiam et resipiscentiam omnes cohortatur : appropinquare jam, atque adeo præsto esse regnum cœlorum, læto prædicans nuntio. Atque inde initio Evangelii facto, et quasi quibusdam communis naturæ sacris primitiis primordiisque jactis. Deus Verbum, non longe ab ejus prædicationis tempore duodecim sacros deligit discipulos : quos apostolos etiam, præcipuo quodam honore prosequens, nominat. Horum Andreas primus, utpote a Præcursore in disciplinam cooptatus, a quo etiam de rebus Christi accurate edoctus fuerat; et cum hoc

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ τοῦ πειρασμοῦ τοῦ Σωτῆρος, καὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν ιβ' καὶ ο' μαθητῶν· καὶ περὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος.

Ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πρόB δρομος ἦετο, καὶ τοῖς ἐκεῖσε τὴν παρουσίαν κηρύξων Χριστοῦ. Ἰησοῦς δὲ τῷ θείῳ Πνεύματι μονώτατος εἰς τὴν ἔρημον ἦγετο· καὶ δὴ ἐκεῖσε σχολάζων ἄσιτος κἀθάπαξ νύκτας καὶ ἡμέρας ἐτέλεσε μ', τῇ προσευχῇ καὶ τῇ κατὰ νοῦν θεωρίᾳ τρεφόμενός τε καὶ στηριζόμενος. Τὰ προσήκοντα δὲ τῇ φύσει παθὼν, ἅτε δὴ πεῖνῃ σχεθείς, ἐκὼν ἀνίετο τῷ πειράζοντι, ὃς καὶ νοητῶς τῷ θείῳ προσβάλλων νοὶ, τὴν πεῖραν προσῆγε· καὶ τοῖς τρισὶ καὶ ἐπικρατεστέροις τῶν παθῶν προσγυμνάζων, πρώτῳ μὲν, Εἴπερ, φησὶν, ὡς ὑπέλαβον, υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, μεταποιηθῆναι τοὺς λίθους εἰς ἄρτους κέλευε· αὖθις δ' ἐπὶ τὸ πτερύγιον ἀνῆγε τοῦ ἱεροῦ, καὶ βάλλειν ἑαυτὸν κάC τω ἐνεκελεύετο· καὶ τὸν κίνδυνον ἥκιστα ὑφορᾶσθαι προσυπετίθει. Εἶτ' εὐθὺς καὶ τὴν προφητείαν προῆγε κατάλληλον. Ἐπὶ τούτοις καὶ τῇ κενοδοξίᾳ ἐλεῖν σπουδάζων, πάσας ὑπεδείκνυ τὰς βασιλείας· καὶ δοῦναι τούτῳ ταύτας καθυπισχνεῖτο, εἰ πεσὼν αὐτὸν προσκυνήσειε, πειράζων τὴν ἐπίδειξιν τῆς θεότητος. Ὡς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἀνθίστατο τῷ πειράζοντι, τὰς γραφικὰς μαρτυρίας παραδεικνὺς, ὀπίσω τε τὸν Σατανᾶν ἔπεμπε, καὶ νικηφόρος ἐκεῖθεν κατῄει, οὐ κατὰ τῶν εἰρημένων μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ πάσης τῆς προσβολῆς ἐκείνου τῷ ἀνθρωπίνῳ μέρει κρείττων γενόμενος· ὅλαις δ' οὖν καὶ ταῖς ἐνεργείαις καὶ δυD νάμεσι τοῦ θείου Πνεύματος συγκροτούμενος, ἀγγέλων τε δορυφορίαις ὡς προσῆκον διακονούμενος, τὴν μὲν ἔρημον ἀπαλείπει, ταῖς δὲ πόλεσι τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας ἔπεισι· καὶ τῷ ἔθνει παντὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιδημῶν, μετανοεῖν παρῄγγυα· παρεῖναι γὰρ, καὶ ἤδη ἐπὶ θύραις εἶναί τὴν τῶν οὐρανῶν εὐηγγελίζετο βασιλείας. Ἀρχὴν δ' ἐντεῦθεν τοῦ Εὐαγγελίου ὑποβαλόμενος ὁ θεαρχικὸς Λόγος, οἱόν τινα τῆς κοινῆς φύσεως ἀκροθίνια καὶ ἱερὰς ἀπαρχὰς, οὐ μετὰ πλεῖστον τοῦ κηρύγματος χρόνον τὴν δωδεκάδα τῶν θείων ἐπιλέγεται μαθητῶν, οὓς καὶ ἀποστόλους κατά τι γέρας ἐξαίρετον κατωνόμασε. Καὶ δῆτ' Ἀνδρέας μὲν πρώτιστος, ἅτε δὴ τῷ Προδρόμῳ τελέσας εἰς μαθητὴν, καὶ τὰ περὶ Ἰησοῦ παρ' ἐκείνου πρὸς ἀκρίβειαν ἠνωτισμένος, σύναμα Πέτρῳ τῷ ἀδελφῷ τὸν πατέρα καὶ τὸ πλοῖον, καὶ ἄλλο εἴ τι προσῆν αὐτοῖς διαῤῥίψαντες, πρόσεισιν. Εἶτα Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, οἱ τῷ Ζεβεδαίῳ γεννηθέντες, οὓς καὶ υἱοὺς βροντῆς ἐπωνόμασεν, ἐπίσης καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

οὗτοι διαπραξάμενοι, πατέρα τε καὶ πλοῖον ἀφέντες, κατόπιν εἵποντο. Φίλιππος ἐπὶ τούτοις ἀπὸ Βηθσαϊδὰ ἐγγειτόνων τὴν οἴκησιν ἔχων Ἀνδρέᾳ καὶ Πέτρῳ, μαθητὴς ἐχρημάτιζεν. Ἔπειτα Θωμᾶς ὁ καὶ Δίδυμες κεκλημένος παρείπετο. Ἕβδομος ὁ Βαρθολομαῖος συνῆν αὐτῷ· καὶ Ματθαῖος ὁ ἐκ τελωνίου πρὸς τούτοις. Σίμων ἐπὶ τούτοις ὁ Κανανίτης, καὶ ὁ τοῦ Ἀλφαίου υἱὸς Ἰάκωνος· ἐν οἷς καὶ Ἰούδας, ἀδελφὸς μὲν Ἰακώβου, ὃς ἐπεκλήθη καὶ Ἀδελφόθεος· τοῦ μνήστορος δὲ καὶ ἄμφω παῖδες ἦστην. Ὕστατος δὲ καὶ δωδέκατος Ἰούδας ὁ καὶ Ἰσκαριώτης καλούμενος. Καὶ αὖθις ἑτέρους ἐπιλέγεται ἑβδομήκοντα· οὓς καὶ αὐτοὺς ἀνὰ δύο ἐπὶ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν πρὸ προσώπου αὐτοῦ ἔπεμπεν, ὅπου δὴ καὶ αὐτὸς ἐν ὕστερον ἀπέρχεσθαι ἔμελλε. Τούτους δὴ τοὺς δώδεκά τε καὶ ο' ὁ Κύριος προσεταιρισάμενος, καὶ ἑαυτῷ προσήκειν κατ' ἐκλογὴν, ὑπηρέταις πιστοῖς ἐχρῆτο, καὶ συνεργοῖς τοῦ Εὐαγγελίου· ἐκοινώνει τε τούτοις ἠρέμα τῶν ἀπορρήτων καὶ θεουργῶν τελετῶν, προβιβάζων εἰς τελειότητα· καί γε τούτοις ὡς οἰκείοις παισὶ χρώμενος, οὕτω διῄει πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν. Καὶ πρῶτον μὲν τὸ δοκοῦν οἰκεῖον ἔθνος τὸν Ἰσραὴλ περιήρχετο· καὶ γὰρ ἐχρῆν τὸν εὖ πράττειν ἀρχόμενον τοῖς οἰκείοις πρῶτα τας κρηπῖδας τούτου καταβαλέσθαι· εἶθ' οὕτω καὶ τοὺς πόρρωθεν ἐπιφάνειν τὴν χάριν ὑπερχεομένην καὶ ἐπιβλύζουσαν.

A Petrus frater, patrem, navigium, et quidquid præterea habuerant reliquum, abjicientes, se ei conjungunt. Deinde Jacobus et Joannes Zebedæo progeniti, quos etiam filios tonitrus cognominavit; itidem ut illi facientes, patremque et navigium relinquentes, eum sequuntur. Philippus quoque a Bethzaida, vicinam Andreæ et Petro domum habens, hosces consecutus, discipulus esse jubetur. Deinceps Tomas, qui et Didymus dictus est, septimusque Bartholomæus eum comitantur: item Matthæus, ex publicanis: et Simon Chananæus His accedit Alphæi filius Jacobus (1), et Judas Jacobi germanus, qui frater Domini cognominatus est: uterque autem sponsi, Josephi scilicet, filii fuere. Ultimus porro et duodecimus Judas fuit, B qui et Iscariotes dictus est. Insuper vero alios quoque allegit septuaginta, quos et ipsos in civitatem et regionem omnem binos ante faciem suam, 93 quo postea ipse iturus fuerat, dimittit. Hisce duodecim et septuaginta Dominus in societatem arctiorem accitis atque delectis, fidelibus utebatur ministris, Evangeliique cooperariis: sensimque cum eis arcana, ineffabilia deificaque prorsus communicabat sacra, magis magisque eos ad perfectionem producens, ac non aliter atque propriis filiis eis utens, omnem civitatem atque regionem perambulabat. Et primum quidem ad eam quæ peculiaris ei esse videbatur, Israelis accessit gentem. Æquum quippe erat, bene atque benigne facere incipientem, primum apud familiares suos benignitatis jacere fundamenta, ac sic deinceps eos quoque qui remotiores essent, in exuberantem ac redundantem recipere gratiam.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'. C CAPUT XXII.

Τίς ὁ σκοπὸς τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν ἐντολῶν· καὶ τίς ἡ τῶν παραβολῶν δύναμις· ὅτι διὰ πράξεως καὶ θεωρίας εἰς τὴν θείαν καὶ τελείαν ἀγάπην ἀγόμεθα, θεοειδεῖς γινόμενοι καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ.

Quis finis sit præceptorum evangelicæ doctrinæ, quæ parabolarum vis, quod scilicet per opera et contemplationem ad divinam et perfectam ducamur charitatem, Deo similes facti, et cohæredes Christi.

Λόγοις τοιγαροῦν καὶ ἔργοις ἐφ' ἅπασι τῆς εὐεργεσίας θεωρουμένης, λόγοις μὲν σοφίας ὑπερτελοῦς ὁ ὑπέρσοφος Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ συνέσεως ὑγιοῦς, καὶ νόμοις ὑπερφυέσι τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς, τοὺς μαθητιῶντας ἀκριβῶς ἤσκει, πρὸς θεωρίαν Θεοῦ ἐνάγων καὶ κατανόησιν· ἔτι δὲ καὶ πρὸς πρᾶξιν θεοριδῆ, καὶ πρὸς μίμησιν θείαν, κατ' ὀλίγον ἐπιβάλλων τούτοις τὰ τῆς ἀρετῆς χρώματα· ἔργοις δὲ τεράτων καὶ σημείων ἐξαισίων τὸ τῆς θεοσόφου γνώσεως ὕψος πιστούμενος, εἰς συγκατάθεσιν καὶ πίστιν ἦγε τῆς πρεσβευομένης ἀληθείας· καὶ διὰ πίστεως, τῇ τῆς τελειότητος ἐλπίδι συμβιβάζων καὶ συγκρατῶν δι' ἀμφοῖν, τῇ κορυφαίᾳ καὶ ἀκροτάτῃ προσανῆγε τῶν ἀρετῶν· τῇ ἀγάπῃ δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τοίνυν οὕτω τοὺς οἰκείους ἀκροατὰς τε καὶ θεατὰς ἐκπαιδεύσας, ἔργοις τε καὶ λόγοις, ὥς γε ἦν εἰκὸς, διὰ πίστεως καταρτισάμενος· καὶ παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτοὺς παρασχὼν, πᾶσαν εὐθεῖαν ψυχὴν διὰ τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ἐκπαιδεύει καὶ προσοικειοῖ ἑαυσῷ, καὶ ὡς ἑνόν γε, θεοῖ καὶ τῆς δικαιο-

Beneficentia porro ejus in sermonibus et factis omnibus egregie est spectata. Siquidem sapientissimum Verbum Dei sermonibus perfectæ sapientiæ et sanæ intelligentiæ, necnon naturam superantibus Spiritus vitæ legibus discipulos suos certo et accurate exercebat, ut eos ad contemplationem et cognitionem Dei, præterea ad actiones Deo placitas, imitationemque divinam adduceret, paulatim eis virtutis colores adumbrans: factis vero prodigiorum et miraculorum immensorum magnitudinem cognitionis divinæ confirmans, ut crederent, fideque certa assentirentur a se prædicatæ veritati, persuadebat. Atque per fidem et spem perfectionis conceptam eos producens, ac per utramque conservans atque protegens, ad præcipuam et summam virtutem, amorem scilicet Dei, provehebat. Enimvero ad eum modum familiaribus auditoribus spectatoribusque suis edotis, factisque et doctrinis per fidem, ut par erat, confirmatis corroboratisque, in orbem eos universum mit-

(1) Jacobus iste alter est a Jacobo Alphæi, primus ab apostolis Hierosolymorum episcopus creatus, cujus exstat epistola canonica.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tit, animamque rectam omnem per doctrinam eorum erudit, sibi ipsi familiariter adjungit, et, quoad ejus fieri potest, deificat, justitiaque dignatur. Accurationem sane exactioremque evangelicæ doctrinæ **94** orationem, et magnificam miraculorum Christi, et sigillatim quæque exponentem commemorationem, quaternio discipulorum eorumdemque evangelistarum Christi repræsentat. Æquum vero mihi videtur, hæc denuo persequi, et non illa quidem, quasi præsentis sint instituti aut propositi, ut fusius, sed summatim tantum perstringantur, peropus esse duco : itidem ut in arte et disciplina omni necesse est, finem et utilitatem ejus cognoscere, siquidem non otiose et quasi aliud agens quispiam doctrinæ et incumbere velit. Sicuti igitur in aliis, ita in hoc quoque studio, eos qui ex præscripto Evangelii vitam sibi agendam constituerunt, finem ejus in primis, videlicet quænam utilitas eos qui per id ad perfectionem consequendam aspirant, consequatur, scire convenit. Itaque quemadmodum doctori omni ille finis propositus est, ut discipulum, quoad ejus fieri potest, disciplinæ communicatione sibi reddat persimilem : itidem præceptori Christo Jesu, qui revera summe bonus est, constitutum scilicet est, quantum humana permittit conditio et fragilitas, unumquemque per Evangelium ad se accedentem sibi ipsi conformare, atque ita conformatos filios suo exhibere Patri, et hæredes quidem Dei, cohæredes vero per eam adoptionem quæ gratia obtigit, ipsius unigeniti et primogeniti Jesu Christi constituere. Quapropter ad hunc tam magnum et mirificum Evangelii finem, et tam insigni adoptionis honorem spectantes, unumquodque seorsim præceptum ejus ad animum adducere, et penitius perspicere debemus. Horum siquidem aliqua rationalem animæ partem repurgnant, longeque ignorantiam inscitiamque omnem exigentia, quidquid est in rationis nostræ cogitationibus vanitatis, abjiciunt atque repellunt, et pro eis cognitionem Dei amantem Deoque gratam, prudentiamque cum ratione recta inducunt. Quædam vero ferociores animi affectus ordinant atque constituunt ; incompositos enim, inobedientes et rebelles, quasi catenis constringunt, iramque et vociferationem vehementiorem atque deformiorem omnem, præterea blasphemiam et maledictionem vel diminuentia, vel prorsus eximentia tollunt : morem vero mitem et mansuetum, animumque æquum et fortem, rite atque ordine omnia exsequentem, substituunt. Nonnulla autem, cum cura et diligentia servata, partem animæ cupibitati obnoxiam erudentia, componunt : stuprum, omnemque alim impuritatem et immunditiem, et (ut uno verbo simpliciter dicam) omnem cordis malam affectionem atque perturbationem abolent et exstinguunt : **95** puritatem vero, sobrietatem, temperantiam, pudorem, omnique appetitu malo carenA σύνης καταξιοῖ. Τὴν μὲν οὖν ἀκριβῆ καὶ πρὸς λεπτὸν τῆς εὐαγγελικῆς φωνῆς ἐξήγησιν, καὶ τὴν ἐν μέρει τῶν Χριστοῦ θαυμάτων μεγαλοπρέπειαν, ἡ τετρακτὺς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν παρίστησιν εὐαγγελιστῶν. Εἰκαῖον δ' ἔμοιγε φαίνεται καὶ αὖθις αὐτὰ διεξέρχεσθαι, μὴ τῷ παρόντι σκοπῷ προσήκοντα· ἐν κεφαλαίῳ μέντοι ταῦτα διαλαβεῖν χρεὼν μάλιστά γε καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν. Ὥσπερ τοίνυν ἐφ' ἑκάστου πράγματος καὶ ἐπιστήμης ἀνάγκη τὸν σκοπὸν εἰδέναι, καὶ τὸ ὠφέλιμον τὸ ἐκ τοῦ μαθήματος· εἴ τῳ μὲν παρέργως μέλοι ταῖς μελέταις συντείνεσθαι· ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ τὸν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἠρημένον ζῆν τὸν τούτου σκοπὸν εἰδέναι πρῶτον χρεών, καὶ τίς ἡ ἐντεῦθεν ὄνησις τοῖς κατ' αὐτό γε τὴν τελείωσιν λαβοῦσιν ἐφέπεται· καὶ τοίνυν
B ὥσπερ σκοπὸς παντὶ διδασκάλῳ, ὥς γ' ἐφικτὸν ἐκείνῳ τῇ τῶν μαθημάτων κοινωνίᾳ τὸν μαθητὴν ὁμοιῶσαι· οὕτω τῷ ὄντες ὄντι ὑπεραγάθῳ διδασκάλῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσον ἀνθρωπίνῃ ἐφεῖται φύσει, ἑαυτῷ τὸν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου προσιόντα πάντα σκοπὸς ὁμοιοῦν· οὕτω δ' ἐξομοιωθέντας, τέκνα τῷ ἐκείνου ἀναδεῖξαι Πατρί· κληρονόμους μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμους δὲ διὰ τῆς κατὰ χάριν υἱοθεσίας καταστῆσαι αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς καὶ πρωτοτόκου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς τὸν οὕτω μέγαν καὶ ὑπερφυᾶ τοῦ Εὐαγγελίου σκοπὸν, καὶ πρὸς τὸ τῆς τηλικαύτης υἱοθεσίας ἀποσκοποῦντας γέρας, καὶ τὰς καθ' ἕκαστον ἐντολὰς ἐνάγειν καὶ θεωρεῖν δεῖ· ὡς αἱ μὲν αὐτῶν τὸ λογιστικὸν ῥυθμίζουσαι καὶ ἀνακαθαίρουσαι, μακράν που διωθοῦσι πᾶσαν ἄγνοιαν καὶ ἀφροσύνην· καὶ ὅσον τῆς ματαιότητος ἐν λογι-
C σμοῖς ἀποσοβοῦσι καὶ ἀπελαύνουσι· θεοφιλῆ δὲ γνῶσιν καὶ φρόνησιν εὔλογον ἀντεισάγουσιν· αἱ δὲ τῶν ἐντολῶν τὸ θυμοειδὲς τάττουσι, καὶ ἀτακτοῦν ἀνασειράζουσι θυμόν τε πᾶσαν κραυγήν τε καὶ βλασφημίαν ἐξαίρουσι, μειοῦσαι ἢ ἀναιροῦσαι· πραότητα δὲ πᾶσαν καὶ ἐπιείκειαν ἐν ἀνδρίᾳ ψυχῆς κατορθοῦσιν. Ἄλλαι δὲ ἀκριβῶς τηρούμεναι, τὸ ἐπιθυμητικὸν καθιστῶσι, πορνείαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ἀκαθαρσίαν, καὶ σύμπαν ἁπλῶς εἰπεῖν πάθος καρδίας μαραίνουσαι καὶ ἐξαφανίζουσαι· ἁγνείαν δὲ καὶ σωφροσύνην καὶ ἀπάθειαν, καὶ οἱονεὶ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος καθαρότητα καὶ
D μονότητα εἰσοικίζουσιν· αἱ δὲ ἄλλην αἴσθησιν παιδαγωγοῦσι, καὶ τὴν γλῶσσαν ῥυθμίζουσι. Πᾶσαι δ' οὖν καλῶς τῷ πνεύματι ἐνεργούμεναι εἵτουν κατορθούμεναι μετὰ διακρίσεις, πρακτικοὺς τοὺς αὐτῶν ποιητὰς ἐνεργοῦσιν· ἀγαθούς τε καὶ δικαίους, χρηστούς τε ἅμα καὶ ἐπιεικεῖς, ἐλεήμονάς τε καὶ φιλοθέους· καὶ συνόλως εἰπεῖν, πᾶσαν ἀδικίαν καὶ παρανομίαν εἰς τέλος ἐκ καρδίας ἀποστρέφεσθαι παρασκευάζουσι· δικαιοσύνην δὲ πᾶσαν καὶ ἀρετὴν κατὰ τὸ ἀναλογοῦν τῆς πρὸς τὸν διδάσκαλον ὁμοιώσεως ἔχεσκεῖν· ὡς ἐντεῦθεν καὶ εἰς διάθεσιν καρδίας εἵτουν ἕξιν τἀγαθοῦ πεφθακότας, καὶ ὡς ἑνόν γε διατηροῦντας, μηκέθ' ἁμαρτάνειν δύνασθαι κατηρτισμένους εἰς τελειότητα, ὡς ἀνθρώπῳ δύναμις πάρεστιν· ὥσπερ ὁ τῶν καλλίστων αὐτοῖς ἡγεμὼν καὶ διδάσκαλος. Οὕτω δὲ τελειωθεῖσι διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πρακτικῆς γνώσεως, ἐξ ἑτοίμου εἶναι αὐτοῖς διὰ τῆς πρακτικῆς καὶ τὴν τῆς θεωρίας ἐπιβασιν. Καὶ γοῦν τις φόβῳ Κυρίου τὰς ἐντολὰς ἐστι κατορθῶν, καὶ ἅμα τῆς θείας γλυκύτητος καὶ ἀγάπης καταξιοῦται· καὶ ὥσπερ τι ἔπαθλον ταύτης κατ' ἀναλογίαν τῆς προκοπῆς, τῶν θείων μυστηρίων καρποῦται τὴν ἀποκάλυψιν· καὶ ὧν οὐδὲ ἀκούειν οἷός τέ ἐστιν, ἄπρακτος ὤν, διὰ τῆς πράξεως ἥκων, σαφῶς καταθρεῖ· ὧν τε οὐ συνίησιν ἑρμηνευομένων, πόῤῥω πράξεως ὤν, αὐτὸς ἑρμηνεὺς καθίσταται ἄριστος, τὴν πρακτικὴν μετιών. Καί γ' ἐπήβολος τῶν ἀῤῥήτων τὴν πρακτικὴν μετιών. Καὶ γ' ἐπήβολος τῶν ἀῤῥήτων τῇ θεωρίᾳ κομιδῇ γίνεται· καὶ τὸ τῶν θείων βάθος παραβαλὼν, ἐρεύνᾳ, καὶ ἀκλύστως τοῖς τῆς σοφίας βυθοῖς ἀνανήχεται. Παραβολὰς οὖν ὁ τοιοῦτος καὶ αἰνίγματα πρὸς οἰκοδομὴν τῶν μαθητευομένων τῷ ἴσῳ πνεύματι προτίθησι· καὶ ἀναβάσεις ἐν καρδίᾳ νοερῶς ἐποικοδομεῖ, τὸ τῆς Θεοῦ σοφίας ἄδηλά τε καὶ κρύφια ἱερῶς τε ἅμα καὶ μυστικῶς θεωρῶν. Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν καὶ παραβολῶν, ὡς ἐν βραχεῖ φάναι δύναμις, ἐν τούτοις· πρακτικούς τε γὰρ καὶ θεωρητικοὺς καὶ φιλοσόφους τῷ ὄντι, καὶ ἀποστολικὸν ἐπανῃρημένους βίον, ἀδελφούς τε καὶ συμμεριστὰς τοῦ Χριστοῦ τοὺς κατ' ἐκείνας ἐντελεῖς, ἀποφαίνουσιν. Ἐπεὶ δ' οὖν τῶν ἀμηκάνων ἐστὶ καὶ τῶν μὴ δυνατῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν οἴκοθεν κινουμένην τῇ φυσικῇ ῥώμῃ εἰς τὸ τέλειον τῆς πράξεως ἐπιβῆναι. ἢ τῷ ὕψει τῆς θεωρίας ἐπιβαλεῖν, εἰ μή τις τοῖς τῆς καρδίας μυχοῖς τὸν Σωτῆρα Κύριον ὡς Θεὸν τέλειον καὶ ὁμοσθενῆ τῷ Πατρὶ καὶ ἄνθρωπον τέλειον οἷά τινα θεμέλιον ἀῤῥαγῆ προβάλλοιτο, καὶ αὐτῷ ἀρωγῷ κεχρημένος προσεύχοιτο, πρός τε πρᾶξιν καὶ θεωρίαν εὐθυνθείη· ὃ δὴ τότε μὲν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τοῖς ἰδίοις ὁ Κύριος Ἰησοῦς ὑπέφηνε θιασώταις, ἐξῆς δὲ καὶ πάσαις ταῖς τῶν ἀνθρώπων γενεαῖς διὰ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων καὶ διδάσκει καὶ καταγγέλλει, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον εἶναι τέλειον ἑαυτὸν ἐμφανῶς παριστῶν. Τοῦτο χρὴ καὶ ἡμᾶς πρὸ παντὸς ἐννοοῦντας, Θεόν τε καὶ ὑπὸ τῶν τούτου ἐντολῶν καταρτιζομένους, ἀνατρέχειν πρὸς τὴν ἔνθεον ἐκείνην τελείωσιν.

A tem constantiam, denique innocentiam et munditiem, atque omni carnis simul et spiritus contaminatione et inquinamento vacuam castitatem introducunt. Omnia denique, aliud alium sensum, pædagogorum more, erudiunt atque instruunt, et linguam recte formant atque frenant. Omnia etiam ea præcepta, per spiritum efficaciam suam consecuta, riteque et cum judicio in animo concepta, alacres et vividos exsecutores eorum efficiunt, bonos scilicet et justos, placidos simul et æquos, item misericordes et Dei amantes : et, ut summatim dicam, injustitiam et iniquitatem quamque nos omnino ex corde ejicere, atque eas aversari, justitiam vero omnem et virtutem, juxta proportionem conformationis et similitudinis ad B doctorem ipsum, exercere et meditari docent : ut deinde, cum jam ad dispositionem affectionemque cordis, atque adeo ad boni habitum pertigerint, et ea quantum fieri potest observarint, non amplius peccare possint : quippe ad perfectionem, quam vis humana capit, compositi atque deducti, perinde scilicet atque ipse qui eis præiit rerum optimarum magister et præceptor. Cæterum ad eum modum per effectricem cognitionem præceptorum ad perfectionem perductis, proclivis facilisque fit, per effectricem eam vim, ad contemplatricem sublimitatem transitus. Si quis enim præcepta recte exsequendo, per timorem Domini, implet, eum ille simul divina dulcedine et charitate dignatur. Ita is demum effectricis operum virtutis, tanquam præmium, juxta profectus proportionem, revelationis C divinorum mysteriorum percipit fructus. Et quas res ne audire quidem potest, cum ab effectrice virtute otiosus abest, eas, per opera aditum sibi faciens, clare et evidenter contemplatur. Et quæ intelligendo non assequitur per interpretationem exposita, ab operum effectrice remotus, ea effectricem persequens ipse quam optime interpretatur, composque fit rerum arcanarum et ineffabilium omnino per contemplationem : ac divinarum scientiarum altitudinem aggressus, eas inquirit, sapientiæque profundo libere atque sine periculo innata. Itaque is parabolas et ænigmata ad ædificationem discentium eodem proponit spiritu, e quasi gradus et ascensus in corde sibi per mentis acumen construit : res obscuras, abstrusas et abditas sapientiæ Dei, sancte simul et mystice contemplans. Sedenim præcepta et parabolæ Evangeliorum, quatenus eæ breviter dici possunt, in his quæ perstrinximus sunt sitæ. 96 Effectores namque operum atque contemplatores, verosque philosophos, qui apostolicam plane vitam degendam eligant, imo fratres etiam et participes Christi, eos qui juxta ea præcepta ad perfectionem pertingunt, efficiunt. Porro fieri efficique non potest, ut hominis natura et tenuitas, proprio concita motu et vi nativa, vel ad perfectionem effectricis virtutis pertingat, vel ad altitudinem contemplationum aspiret, nisi quis intimo corde suo Salvatorem Dominum, ut Deum perfectum, atque eadem cum Patre potentia et virtute, eumdemque hominem perfectum, tanquam quoddam firmissimum fundamentum jecerit : atque eo adjutore utens, sedulo oret, ut ei simul et operum effectio, et arcanorum contemplatio recte succedet. Quod sana tum quidem ipse per seipsum Dominus Jesus suis ostendit sectatoribus : deinceps vero et omnes omnium hominum nationes, per sacra Evangelia docuit, videlicet, Deum se et simul hominem perfectum esse clare et diserte astruens. Id nos quoque in primis considerantes, Deum ipsum et Dominum, eumdemque hominem perfectum profiteri oportet, et per præcepta ejus probe instructos, ad divinam illam contendere et anhelare perfectionem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XXIII.

Quænam opera in Evangelio descripta, Christum perfectum hominem, quæ item perfectum Deum esse declarent.

Verum enimvero, quod perfectus natura homo Dominus sit, citra tamen naturæ inquinationem et sordes, aperte astruit novem illa mensium, qua in utero gestatus est, fœtura nativitas ejus, educatio, baptismus, tentationes, fames, sitis, labores, fatigationes, lacrymæ, angores, somnus, tædium, et quæcunque sunt hominum naturales et irreprehensibiles affectiones : adhæc alapæ, colaphi, flagra, contumeliæ, irrisiones ; sputus (1), sannæ ludibria, et reliqua ejusmodi : præterea crux, clavi, acetum, fel, lancea : postrema denique, mors, funus, et sepultura. Atque hæc quidem a discipulis tum, ad confirmandam carnis ejus fidem, sunt spectata, posteris autem ex ordine omnibus, ea sacrorum Evangeliorum scripta exhibent atque repræsentant. Itaque hæc omnia, Servatorem verum esse hominem, satis indicant. **97** Quod vero idem perfectus sit Deus, extra confusionem et contaminationem omnem (ut qui ad subsistentiam suam divinam, humanam inseparabili modo naturam susceperit, peculiaresque ejus naturæ conditiones sibi proprias reddiderit, neque dedecere se quicunque illi sunt naturales et irreprehensibiles affectus putaverit) manifesto declarat: primum expers seminis e virgine nativitas, et qui circa eam auditi sunt, cœlestis et angelicæ militiæ, gloriam canentis, magnifici hymni : stella itineris Magorum dux, horumque secreto res magnas insinuans muneratio et adoratio : præterea circa baptismum eximia Joannis testificatio : eaque longe sublimior, quæ cœlis apertis prorupit, paterna vox : et qui inde in columbæ specie super ipsum descendit Spiritus, vocem eam in eum qui baptizabatur peculiariter trahens, Filium dilectum cœlitus intonans : et alia multa, quæ sigillatim recensere præsentis operæ non est. Satis porro ea quæ dicta sunt, divinitatis ejus fidem fecerint illis, qui perspicere eam et intelligere solide possint. Cæterum, ut crassus quoque iste et tenebris obsitus mundus illustraretur, et homines in caligine versantes immensam incredibilis et plusquam infiniti divini in genus humanum amoris lucem conspicerent, divitiasque bonitatis ejus cognoscerent, prodigiis et miraculis longe maximis edendis, fidem hominum luculentius adaugens et confirmans, magis atque magis per ea Deus idemque homo Verbum divinitatem suam comprobavit.

CAPUT XXIV.

Brevis commemoratio admirandorum et supernaturalium miraculorum Domini nostri Jesu Christi, in quatuor Evangeliis expressorum, quæ quidem miracula certissimum divinitati ejus perhibent testimonium.

A τῆς Τιβεριάδος θαλάσσης περὶ τὴν τῶν ἰχθύων διαπονουμένοις ἄγραν, ὀπτάνεται. Νὺξ μὲν γὰρ ὅλη αὐτοῖς ἀνηλίσκετο, πλεῖστα πεπονηκότι, μηδὲν δ' ὅλως τῶν ἠλπισμένων ἔχουσιν. Ἅμα δ' ἕῳ τοῦ Ἰησοῦ ἐπιστάντος, καὶ χαλᾷν τὸ δίκτυον τοῖς δεξιοῖς ἐγκελευομένου, πλῆθος τοσοῦτον ἰχθύων εἵλκετο, ὡς μηδ' ἕλκειν αὐτοὺς τὴν σαγήνην ἱκανῶς ἔχειν. Τῷ τοίνυν παραδόξῳ τῆς ἄγρας ὅστις εἴς γνωσθεὶς ὁ ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ, Πέτρον μὲν αὐτίκα εἶχεν ὁ πλοῦς· πήχεσι γὰρ διακοσίοις τῆς γῆς ἀφειστήκεισαν· καὶ τῷ θερμῷ τοῦ πόθου διαπλοϊζόμενος, ὀθονίῳ ἐκ τοῦ σχεδὸν εὑρεθέντι, τὰ περὶ τοὺς μηροὺς κύκλῳ διαζωσάμενος, ἀναφυσῶν ὡς ἥδιστα καὶ ἀναπεμπόμενος, πρὸς Χριστὸν ἔτο. Οἱ λοιποὶ δὲ τῷ ἀκατίῳ πρὸς τὸ ξηρὸν διελαύνοντες ἦκον. Ὡς οὖν ἀπέβησαν, καὶ τὸν ποθούμενον ἡδέως ἠσπάζοντο, ἰδοὺ ἐπ' ἐλάφους ὁρῶσιν ἀνθρακιὰν καὶ ὀψάριον καὶ ἄρτον προκείμενα, χερσὶν ἁγίων, οἶμαι, ἀγγέλων τὸ ἄριστον ἐκεῖνο ἐξειργασμένων. Ἐνεγκεῖν μέντοι καὶ ἀπὸ τῶν ἄρτι νεαλῶν ἰχθύων διεκελεύοντο πρὸς ἐπίτασιν· καὶ δῆτ' ἀναβάντες, εἵλκον τὸ δίκτυον. Ἔμπλεων δ' ἄρα ἦν ἰχθύων μεγέθει τε μεγίστων καὶ ἀριθμῷ πλείστων· εἰς τρεῖς γὰρ καὶ ν' καὶ ρ' τὸν ἀριθμὸν διεπέρασινον. Καὶ τὸ δὴ θαυμάσιον, ὅτι γε καὶ πολλῶν καὶ τηλικούτων ὄντων τὸ μέγεθος, τὸ δίκτυον διερρωγὸς οὐδαμῶς ἦν. Ὡς ἐντεῦθεν τἀσφαλὲς ἐσχηκότων αὐτὸν εἶναι τῷ τεραστίῳ τὸν Κύριον, παρ' ἀλλήλων ἐν ἡδοναῖς καθεστάναι, καὶ ἄμφω αὐτοῖς ἐκείνου τῶν παρακειμένων εἰς βρῶσιν μεταδιδόντος. Ἐπεὶ δὲ τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο ἄριστον πέρας εἶχεν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς ὁ Κύριος ἀπεπειρᾶτο τοῦ Σίμωνος, εἰ πλείω τῶν ἄλλων ἐρῴη αὐτοῦ, οὐ γνῶναι τοῦτο βουλόμενος (πῶς γὰρ ᾧ δῆλα καὶ τὰ μήπω γενόμενα;), ἀλλ' ἵν' ὁμολογίᾳ τρισσῇ τὸ τριττὸν ἰάσαιτο τῆς ἀρνήσεως. Ὡς δ' ἐκεῖνος θᾶττον ὡμολόγει, ἐν τούτῳ ἤκουεν ἱκανῶς ἔχειν τὸ γνήσιον παριστᾷν, εἴ γε ποιμάνοι ἔργῳ τὰ λογικὰ πρόβατα. Τὸ δ' ἔσται, εἰ καὶ τὴν ψυχὴν ὡς ἐκεῖνος βούλοιτο τιθέναι ὑπὲρ αὐτῶν· ἐπίσης γὰρ καὶ αὐτῷ ἐσεῖται τῶν προβάτων ὑπερισταμένῳ, διὰ σταυροῦ δοξάσαι τὸν Θεόν· τοῦτο γὰρ ἠνίξατο τὸ νέον μὲν ὄντα ὅπου γ' ἐθέλειν εἶναι, γηρῶντα δὲ ἄλλῳ ζώνυσθαι χεῖρας ἐκτείνοντα, καὶ τὴν πρὸς θάνατον ἄγεσθαι, ὅπου τῇ φύσει μὴ θελητόν, τὸ ζῆν ἐφημένῃ διηνεκῶς. Ὡς δὲ τῶν εἰρημένων συνῆκε, τὸν κατόπιν ἑπόμενον Ἰησοῦ θεασάμενος τὸν ἐπιστήθιον μαθητήν, καὶ περὶ τῆς τελευτῆς ἐκείνου διεπυνθάνετο. Ὁ δ' ὡς μάτην καὶ εἰκῇ τοῖς ἀνεφίκτοις τῶν θεοῦ κριμάτων τὸ βάθος ἀναδιῤῥᾷν καὶ ἐξιχνιάζειν ἐθέλοντα ἐπισκώπτων, Ἐὰν αὐτόν, φησί, θέλω τῇ παρούσῃ ἐμμένειν ζωῇ μετὰ σώματος ἕως ἔρχομαι, ἐπεξιὼν τὰ κατὰ τὴν Ἱερουσαλήμ, ἢ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ δηλαδὴ παρουσίᾳ, τί τοῦτο πρὸς σέ; Σὺ, καθὼς ὡρίσθης, ἀκολούθως ἐμοὶ πρὸς τὸν διὰ σταυροῦ θανατον εὐτρεπίζου. Περὶ δὲ Ἰωάννου ἤ τινος τῶν ἄλλων οὐ σοί, ἀλλ' ἐμοὶ μελήσει. Κἀντεῦθεν καὶ φήμη διέπτη, μὴ τὸν μαθητὴν ἐκεῖνον θάνατον κατιδεῖν. Τήν γε μὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν διορθούμενος ὡς οὐκ ἐγκαίρως ἐπαληθεύουσαν, Οὐκ εἶπεν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτῷ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει· καὶ γὰρ θανεῖται· μὲν ἐπίσης τῇ Θεομήτορι· αὐτίκα δὲ ζήσεταί τε καὶ ἀναστήσεται ἐν ἀφθάρτῳ οἱονεὶ σώματι, τὴν δευτέραν τοῦ διδασκάλου ἐκδεχόμενος παρουσίαν.

A morum, aut secundum adventum suum scilicet innuens), quid id ad te ? Tu, quemadmodum tibi constitutum est, itidem ut ego, ad crucis mortem te para. De Joanne vero, aut aliquo aliorum, non tibi, sed mihi curæ erit. Atque inde fama inerebuit, discipulum illum mortem non visurum. Quam quidem multorum opinionem tanquam importunam minusque veram ipse corrigens, Non dixit ei, inquit, Jesus, quod moriturus non sit ; moriturus est enim eo, quo Dei Genitrix, modo : confestim vero reviviscet ac resurget, incorruptibili scilicet corpore alterum magistri exspectaturus adventum.

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Ὡς τελευταῖον εἰς τὴν Γαλιλαίαν ὤφθη, καὶ ἐν τῷ ὄρει τῶν Ἐλαιῶν γενόμενος, ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ.

Ἔπειτα, κατὰ τὸν ὑψηλὸν Ματθαῖον, ἐν τῷ τῆς Γαλιλαίας ὄρει τούτοις ὀπτάνεται· τό τε τῆς ἐξουσίας κράτος οὐρανοῦ καὶ γῆς δεδόσθαι πρὸς τοῦ Πατρὸς, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον δηλαδὴ, τούτοις ἐβεβαιοῦτο· εἴς τε τὰ ἔθνη φοιτᾷν προὐτρέπετο· μυοῦν τε καὶ βαπτίζειν εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος τοὺς πιστεύοντας, τάς ἐντολάς τε φυλάττειν ἁπάσας, καὶ μετ' αὐτῶν διατρίβειν πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς τοῦ νῦν αἰῶνος συντελείας. Μετὰ δὲ τοῦτο διὰ τῆς Βηθανίας ἐξάγει μὲν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν· καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ὑπισχνεῖται τοῦ Πνεύματος, ἐν Ἱερουσαλὴμ δηλαδὴ καθημένοις, ἕως οὗ τὴν ἄνωθεν πανοπλίαν ἐνδύσωνται. Τάς γε μὴν ἐξαισίας ὑπαγορεύσας τῆς ἀποστολῆς ἐντολὰς εὐλογίας τε, ὡς ἐχρῆν, αὐτοῖς μεταδοὺς, βλεπόντων αὐτῶν, εἰς οὐρανοὺς ἀναφέρεται, φωτοειδοῦς νεφέλης περισχούσης αὐτόν· καὶ ἀνελθὼν μετὰ τοῦ προσλήμματος θεωθέντος, ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός· Ἵνα δὲ μὴ διὰ λύπης αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα γένηται· ὀδύνην γὰρ ἦν εἰκὸς ἐμβαλεῖν αὐτοῖς ἄπειρον, τὴν τοῦ διδασκάλου στέρησιν· καὶ τούτου ἐμέλησε τῷ καλῷ ποιμένι· ἀγγέλους γὰρ διττοὺς ἐπιπέμπει, τήν τε πρὸς οὐρανοὺς ἄνοδον ὑπεμφαίνοντας, καὶ θαυμαστῆς τινος καὶ ἀῤῥήτου ἐμπιπλῶντας τῆς χαρμονῆς, τῷ αὖθις ἐπαγγέλλεσθαι ἥξειν οὕτω τοῦτον μετὰ περιφανοῦς τῆς λαμπρότητος. Ταύτῃ τοι καὶ προσχωρήσαντες, ἄσμενοι πάλιν οἴκαδε ἐπανήεσαν, ἐν τῷ ὑπερῴῳ τὴν τοῦ Παρακλήτου ἐκδεχόμενοι παρουσίαν. Εὐχὴ δὲ ἦν αὐτοῖς ἡ διατριβὴ, ὡς καὶ Λουκᾷ τῷ θείῳ δοκεῖ· τὸν γὰρ κατάλογον τῶν ἕνδεκα ἀπαριθμησάμενος, εἶτα ἐπάγει· Καὶ οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει σὺν γυναιξὶ καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς

CAPUT XXXVI.

Ut postremo in Galilæa sit visus : et cum in montem Olivarum conscendisset, receptus in cœlum ad dextram Dei consederit.

Deinde, juxta sublimem Matthæum, ab eis conB spicitur in Galilææ monte, et ibi a Patre potestatem summam cœli et terræ sibi, juxta humanitatem scilicet (1), traditam esse confirmat : eosque cohortatus, proficisci ad gentes omnes jubet, arcanis sacris initiaturos : baptizaturosque in nomen Patris et Filii et Spiritus sancti, credentes, præceptaque servaturos omnia : se quoque futurum cum eis per dies omnes, ad consummationem usque sæculi præsentis, pollicetur. Postea per Bethaniam eos in montem Olearum ducit, et promissionem Spiritus promittit, in Jerusalem videlicet sedentibus, exspectantibusque, 121 donec cœlitus divinorum omnis generis armorum spirituali apparatu instruerentur. Et cum præcipua mandata et munera functionis apostolicæ concionans exposuisset, benedictionemque eis, pro eo atque C decebat, largitus esset, spectantibus eis, lucidissima nube circumdatus, in cœlos sublatus est (2), et cum ea, quam receperat, accessione deificata, reversus ad dextram Patris consedit. Ne autem ea res mœrorem eis crearet (quod non iniquum esset, eos magistro orbatos immenso corripi dolore), et hoc ipsum pastori bono curæ fuit. Angelos enim duos demisit, qui reditum ejus in cœlos indicarent, admirandaque et ineffabili eos implerent lætitia, sic illum cum illustri magnificentia rediturum annuntiantes. Itaque adoratione peracta, libentes domum redeunt (3), et in cœnaculo illo Paracleti exspectant adventum. Precatio autem eorum erat exercitium, ut divus Lucas testatur. Catalogo namque undecim discipulorum recensito, D deinceps addit : *Et omnes isti unanimes constanter orationi et precationi incumbebant, una cum multe-*

(1) Et exinanitionis formam.

(2) « Ut corpus non tam in terrenis, sed in cœlestibus, et in Patris dextera collocaret. » Rufinus. « Hæc evangelici sacramenti et humanæ spei veritas est, humanam naturam corruptibilemque carnem, per hujus gloriæ demutationem in æternam esse transformatam substantiam. » (Hilar. *Psal.* CXLIII.) « Unigenitus Filius si quæritur, in sinu Patris evangelico spiritu reperitur. » (Ambr. *De incarn. Dom. sacr.* cap. 15.) « Revera magnum et admirabile et stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere, et adorari ab angelis et archangelis et Cherubim et Seraphin. Hoc sæpe in mente mecum versans, excessum patior, et majora de genere humano imaginor. Majora quippe video et clara exordia, multam Deo satagente pro natura nostra. » (Chrysostomus, *Hebr.* II.)

(3) Ut quidem conjectura colligere licet, post dies duos Hierosolyma sunt reversi in Sabbato. Hujus enim gratia et Sabbati habebant viam, ut divus Lucas dixit. Est autem Sabbati iter passus bis mille, quantum videlicet castra a tabernaculo testimonii aberant ; quemadmodum divinus constituit Moses. Sancta porro et divina ascensio die quinta est facta. (Niceph.)

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

ribus, et ipsa Maria matre Jesu, cumque ipsius fratribus, tantisper dum Paracletum decimo ab ascensione, quinquagesimo autem a triduana resurrectione die, substantialiter descendentem acciperent.

ἀδελφοῖς αὐτοῦ· ἕως οὗ τὸν θεῖον. Παράκλητον μετὰ δεκάτην ἡμέραν τῆς ἀναλήψεως, πεντηκοστῇ δὲ ἀπὸ τῆς τριημέρου ἐγέρσεως, οὐσιωδῶς κατιόντα ἐδέξαντο.

CAPUT XXXVII.

Qua ratione triduana Domini fuerit resurrectio, qua item quadragesimo post die in cœlos ascenderit.

Verum enimvero, fortasse quispiam eorum qui discendi studio nullum refugiunt laborem, et ejusmodi rebus inquirendis delectantur, quæsierit, quam ob causam tertio quidem die Domini resurrectio, reditus autem in cœlum quadragesimo peracta sit : decimo porro deinde, a sancta autem resurrectione quinquagesimo, Spiritus divinus, ita ut promissus fuerat, missus in apostolos descenderit. 122 Arbitror enim nihil temere et casu aliquo, singulari quapiam consideratione, a Servatore Verbo, cum ratione et ordine decenti, ut par est, exsequenti omnia, factum esse : nisi quod propter cognitionis incomprehensibilis difficultatem humanæ mentis ea superant captum. Mihi quidem nonnihil super intelligentiam ipsam et notitiam audenti, universitatis hujus Dominus resurrectionem suam propterea in diem tertium contulisse videtur : cum tres præcipui ordines, sive ætates hominum vitæ, ex quo patria nostra ejecti sumus, numerentur, eorum nimirum qui ante legem datam, deinde qui sub lege ipsa, postremo qui post eos exstitere (qui etiam vitæ, quæ per gratiam est, participes sunt), quod is qui pro salute omnium mortem obeundam susceperat, restituere triduanam mundo vestitatem et direptionem debuerit, unicuique parti earum ætatum quasi signo impresso, libertate a corruptione et pernicie, accommodata convenientique proportione descensus ad inferos, seu potius corporalis in sepulcro mansionis mortificationisque suæ, confirmans. Quod si cui placeat, generis humani in principia elementaque sua resolutionem, ejusdemque restitutionem, ad causam Dominicæ resurrectionis referre : et propterea quod ea a perfectrice rerum cunctarum Trinitate effecta sit, tribus, a Domino omnium, diebus mortem esse abolitam, affirmare ; ab eo quoque nostra non dissentiet contemplatrix consideratio. Lazarus siquidem, mundanæ corruptionis elementarisque resolutionis et regenerationis typus et exemplar, in fatalem ac morti etiamnum obnoxium restituitur ordinem, quem in elementaribus eodem numero principiis ipse Christus constituerat. Quadragesimo autem die ad cœlos paternumque revertitur thronum Dominus : quod et lex, rerum futurarum exemplar et figura, iis qui ex corruptione progeniti essent, per hunc numerum, quasi sacrum ductorem, aditum et ingressum ad sacra adyta permittit. Eam scilicet ob causam etiam nunc primogenitus ex mortuis factus Christus (1), immortalitatemque creaturæ suæ per restitutionem asserens, ad

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Τίνι λόγῳ τριημερος μὲν ἡ τοῦ Κυρίου ἀνάστασις· μετὰ δὲ μ' ἡμέραν ἡ εἰς οὐρατοὺς αὐτῷ ἄνοδος ἐγεγόνει.

Ἀλλ' ἴσως ἄν τις τῶν σφόδρα φιλοπονεῖν ἠρημένων, καὶ τοιούτοι, δὴ κατεζητασμένων, ἔροιτο, τίνος χάριν τριήμερος μὲν ἡ τοῦ Κυρίου ἀνάστασις, ἡ δ' εἰς οὐρανὸν αὐτοῦ ἄνοδος μετὰ τεσσαρακοστὴν ἡμέραν διεγεγόνει· δεκάτῃ δὲ τὸ ἐξ ἐκείνου καὶ πεντηκοστῇ δ' ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἀναστάσεως τὸ θεῖον Πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις ἐπιδημεῖ, πεμπόμενον ὡς ὑπόσχεσις· οἶομαι γὰρ μηδὲν εἰκῇ, μηδ' ἀθεώρητον, καὶ ὡς ἔτυχε τῷ Σωτῆρι πεπρᾶχθαι Λόγῳ, σὺν λόγῳ πάντα καὶ ἁρμονίᾳ, οἷα εἰκὸς, διεξάγοντι, κἂν καὶ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ὑπερβαίνῃ τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς γνώσεως. Δοκεῖ οὖν μοι τολμῶντι τοῖς ὑπὲρ ἔννοιαν τὸν ἁπάντων Δεσπότην μετὰ τρίτην ἡμέραν τὴν ἀνάστασιν διαπραγματεύσασθαι, ὅτιπερ τριπλῆς οὔσης τάξεως τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, ἀφ' οὗπερ τῆς πατρίδος ἠλάθημεν, καὶ τῶν μὲν πρὸ νόμου, τῶν δ' ὑπὸ νόμον, τῶν δὲ μετ' ἐκείνους, οἳ καὶ τῆς ἐν χάριτι ζωῆς μετειλήχασι, τὸν ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας θανεῖν ἑλόμενον, τριήμερον ἐγκαινίσαι ἐχρῆν τῷ κόσμῳ καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἑκάστῃ μοίρᾳ τοῦ γένους τὴν ἐλευθερίαν ἐπισφραγίζοντα τῆς φθορᾶς, ἀναλόγῳ μέρει τῆς πρὸς τὸν ᾅδην αὐτοῦ καταβάσεως, μᾶλλον δὲ τῆς πρὸς τὸν τάφον σωματικῶς παραμονῆς αὐτοῦ καὶ νεκρώσεως. Εἰ δέ τῳ φίλον καὶ τὴν οἰκείαν τοῦ γένους ἀναστοιχείωσιν καὶ ἀνάστασιν εἰς αἰτίαν ἄγειν τῆς δεσποτικῆς ἀναστάσεως, καὶ διὰ τὸ ταύτην ἐνεργουμένην ὑπὸ τῆς τελεσιουργοῦ τῶν ὅλων Τριάδος τρισὶ καταλελύσθαι τὸν θάνατον ὑπὸ τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων ἡμέραις, οὐδὲ τὰ παρ' ἡμῶν εἰς τὸ συμφωνεῖν ἀντικείσεται· ὁ γὰρ Λάζαρος τῆς κοσμικῆς στοιχειώσεως καὶ παλιγγενεσίας ὢν τύπος, εἰς τὴν ἐπίκηρον αὖθις ἐπανάγεται τάξιν, ἣν ἐν στοιχειώδεσιν ἰσαρίθμοις ἀρχαῖς αὐτὸς διετάξατο. Μετὰ δὲ μ' ἡμέρας τὴν πρὸς οὐρανὸν ἄνεσιν καὶ θρόνον τὸν πατρικὸν, ἐπεί τοί γε καὶ ὁ νόμος τύπος ὢν τῶν μελλόντων τοῖς ἐκ φθορᾶς τικτομένοις, διὰ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου, ὥσπερ ἱεροῦ εἰσαγωγέως, τὴν πρὸς τὸ ἅγιον ἐχαρίζετο εἴσοδον. Διά τοι τοῦτο, καὶ νῦν πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γενόμενος ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν καινίσας τῷ πλάσματι, πρὸς τὸ ὑπερουράνιον καὶ ἀχειροποίητον καὶ πάντων ἱερῶν ἱερώτερον αὐτοῦ ἅγιον τῶν ἁγίων φαιδρῶς εἰσελαύνων, ἀναλαμβάνεται.

(1) « Primogenitus mortuorum et princeps vitæ Dei. Nam Deus transivit in hominem, ut homo transeat in Deum. » (Iren. lib. IV, cap. 59.)

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

supercœleste nullaque manu factum, necnon omnium sacrorum sacratissimum ipsius Sanctum sanctorum splendide ac magnifice contendens recipitur.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Ποίῳ λόγῳ πεντηκοστῇ μὲν μετὰ Ἀνάστασιν, δεκάτη δὲ μετὰ τὴν Ἀνάληψιν ἡμέρᾳ ὁ Παράκλητος τὸ θεῖον Πνεῦμα οὐσιωδῶς τοῖς ἀποστόλοις ἐπιδημεῖ.

Τὴν γε μὴν πεντηκοστὴν εὑρίσκω, οὐχ ὅτιπερ ἱερὰ καὶ ἐξ ἱερᾶς ῥίζης ἔχει τὴν γένεσιν, ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν ἀνακυκλεῖσθαι ταύτην γεννώσης, ᾗ ἀπὸ πάντων ἀνεπαύσατο ὁ Δημιουργὸς ὁποτέρων βούλει τῶν ἔργων, τῶν τῆς ἐπιδημίας, ἢ τῆς δημιουργίας· ἀλλ' ὅτι καὶ τύπον ἐπλήρου τῆς ἀφεσίμου καὶ ἀνεσπέρου ἡμέρας· διὰ τοῦτο καὶ παρ' οἷς τὸ παλαιὸν ἐπολιτεύετο γράμμα, ὥσπερ ἐν σκιᾷ προφαινομένη, ἐδίδου πάντων ἐλευθερίαν, ἐπὶ τοῦτο ἀριθμοῦ τοῦ τῶν ἑνιαυτῶν κύκλου καθισταμένου, δηλούντων, οἶμαι, τῶν τελουμένων, ὡς μετὰ τὴν ἑβδοματικὴν ταύτην περίοδον τῆς ἐπικήρου καὶ δουλικῆς ἡμῶν ζωῆς ἐπιστήσεται ἐκείνη ἡμέρα, καθ' ἣν τὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν ἀνάλαβεῖν δεήσει, καὶ τὴν ἄνωθεν καὶ πρώην ἐλευθερίαν. Ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν ἡ τοῦ Πνεύματος ἐπιδημία νέαν ἡμῖν ἦλθε βίου κατάστασιν διαθήσουσα, καὶ πρὸς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀπὸ τοῦ σκότους τῆς ἐν τῷ παρόντι βίῳ νυκτὸς διεγείρουσα· διὰ τοῦτο ἐν ταύτῃ παραγίνεται τῇ ἡμέρᾳ. Τὸ δέ γε μετὰ τὴν ἄνοδον εἶναι δεκάτην, ὅτι ὥσπερ ἡ ἑβδόμη ἐφ' ἑαυτὴν κυκλουμένη, τὴν τῆς ἀφέσεως πεντηκοστὴν ἡμέραν προήνεγκεν· οὕτως αὖθις καὶ ἡ τρίτη ἐφ' ἑαυτὴν ἀνακυκλουμένη, ταύτην ἡμῖν τὴν ἱερὰν ἡμέραν ἀνέτειλεν τῆς οὐσιώδους ἐπιδημίας τοῦ Πνεύματος. Ἦν δ' ἀκόλουθον ἄρα καὶ τοῦτο, οὐ μόνον διὰ τὴν τῆς θεαρχίας τριττύν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ μέγα τοῦτο ἔργον τῆς τοῦ κόσμου ἐγέρσεως τριταῖος ὁ Λόγος διεπραγματεύσατο λόγοις μυστικωτέροις, ὡς μικρὸν ἄνωθεν διελάβομεν. Εἴρηται μέντοι τισὶ, ὡς δεκάτη μετὰ τὴν ἄνοδον τὸ Πνεῦμα, ὁ ἄλλος Παράκλητος, ὅτιπερ ἀντίοντι μετὰ τοῦ τεθεωμένου προσλήμματος τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἑκάστη τάξις τῆς ἐννεαρίθμου τῶν ἀγγέλων τελεταρχίας, προσιοῦσα καθ' ἑκάστην, ὡς ὁμοθέῳ τῷ προσλήμματι γεγενημένῳ, σύναμα τῷ θείῳ Λόγῳ τὴν προσκύνησιν ἀφωσίου, τὰ τῆς καταλλαγῆς τοῦ ἡμετέρου γένους πανσόφως οἰκοδομήσαντι· καὶ τὸ μετὰ ταῦτα πέμπει τὸν θεῖον Παράκλητον ὡς ὑπόσχεσις. Οὕτω μὲν οὖν ἐπῆλθεν ἡμῖν περὶ τούτων εἰπεῖν· οὐδὲν γὰρ εἰκῇ οὐδὲ ἀθεώρητον ὁ Λόγος ἔπλήρου. Εἰ δέ τι καὶ ἄλλο μυστηριῶδές ἐστιν, ἐπάξιον τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ φιλότητος, εἰδεῖεν ἄν οἱ εἰς βάθος θεωροῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἀπορρήτοις τῶν θεωδῶς τελουμένων ἐγκύπτοντες.

123 CAPUT XXXVIII.

Quali ratione quinquagesima quidem post Resurrectionem, decima autem post Ascensionem die, Paracletus, divinus videlicet Spiritus, substantialiter ad apostolos venerit.

Cæterum quinquagesimam diem reperio, non solum quod ipsa sacra, e radice sacra ortum ducat, ex illa nimirum die, sua ipsius circulari in se ipsam revolutione emergens, qua die, ab omnibus quæcunque voluisset operibus, seu in peregrinatione sua, seu in mundi constitutione effectis, Creator ipse conquievit, verum etiam, quod typum et imaginem implevit perpetuæ illius omnisque vesperæ expertis remissionis diei. Quapropter etiam eis qui juxta veterem litteram vivebant, tanquam per umbram exhibita, libertatem rerum omnium concedebat, circulari annorum cursu in numero isto consistente : eisque rebus, quæ tum agebantur, indicantibus, post septimanum hunc fatis ac servituti obnoxiæ vitæ nostræ circuitum, adventuram esse diem illam, qua in antiquum nos statum recipi, pristinamque et cœlestem libertatem restitui oporteret. Cum itaque et nunc Spiritus sancti adventus ita comparatus sit, ut novum nobis vitæ modum præscriberet, et ad illam ipsam diem, ex obscura et caliginosa præsentis vitæ nocte, nos excitaret : ideo in hac ipsa advenit ille die. Decima autem ea est post Ascensionem dies, quod, sicuti septenaria in seipsam per circuitum reversa, quinquagesimam remissionis diem profert : itidem et tertia in seipsam revoluta, hanc ipsam nobis sacram substantialis Spiritus adventus diem creat. Erat quippe hoc sic consequens et consentaneum, non tantum propter divinam rerum omnium principis Trinitatem, verum etiam quod ingens hoc resuscitationis et restitutionis mundi opus quod tertium in Trinitate est Verbum, arcana admodum, ut paulo ante memoravimus, ratione peregit. Dictum præterea a nonnullis est, decima ab Ascensione die Spiritum, alium quippe Paracletum, propterea venisse, quod revertente cum deificata humanitatis accessione Deo Verbo, ex novenaria principum angelorum classe, ordo quilibet seorsum accedens, accessioni ei deificatæ una cum divino Verbo (1), debitam sacrarit atque præstiterit adorationem : quippe quæ res reconciliationem generis nostri sapientissime optimeque administrarit : **124** et postea juxta promissionem, divinum missum esse Paracletum. Ad hunc quidem modum nobis hæc dicere in mentem venit ; nihil enim temere, aut citra singularem insignis considerationis contemplationem, Verbum

(1) Descripta sunt hæc ex veteribus Græcis theologis. Quid vero ad ea dicent nostræ ætatis theologi, qui carnem Christi glorificatam, etc., in ordinem creaturarum redigunt, et adorationem ejus in dubium vocant? « Agunt in cœlestibus paschalia gaudia ipsi angelici spiritus, et resurgentis Domini gloriam admirantur : lætantur et delectantur in eo, quod forma servi reversa sit in formam Dei, et exinanitio humilitatis ad depositæ altitudinis redierit majestatem. » (Cypr. *Serm. Paschal.*) Inde Theologus Pascha Domini dicit esse τιμὴν τῆς Τριάδος, hoc est, honorem sive decus Trinitatis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fecit atque implevit. Si quid vero est alterius arcani mysterii, abditarum secretarumque rerum Jesu amplitudine dignum, id illi viderint, quibus profundam altitudinem rerum ineffabilium divinitusque peractarum, acrioribus contemplationis oculis perspicere est concessum.

CAPUT XXXIX.

Quod et ipse Josephus Servatoris nostri Jesu Christi in decimo octavo libro Historiarum suarum mentionem fecerit, et quibus de eo verbis sit usus.

Atque equidem quæ de Christo in sacrorum Evangeliorum librum relata sunt, ut ea quam brevissime exponi potuerunt, ad hunc sese habent modum. Reliquum nunc esse puto, Josephum quoque, veritatis amantem apud Hebræos historicum, in medium producere, et quæ is in decimo octavo *Antiquitatum* libro de Servatore nostro Jesu Christo scripta reliquerit, primo huic historiarum libro, tanquam coronidem apponere. Cum enim de præcursore Joanne, ea quæ paulo ante recensuimus, exposuisset, deinde de Christo verbis hisce ita scribit : « Exstitit eo tempore Jesus, vir sapiens, si quidem virum eum dicere fas est. Erat enim operum, opinionem fidemque omnem excedentium, effector, et hominum eorum qui libenter veritatem complecterentur, magister. Multos enim simul et ex Judæis, et ex Græcorum superstitione, in disciplinam suam ascivit. Christus is fuit. Et cum eum, principum apud nos virorum delatione, Pilatus crucis supplicio affecisset, non tamen, qui ante eum erant complexi, consectari supersederunt. Apparuit quippe illis tertio post die superstes ac redivivus, quandoquidem divini prophetæ et hoc et alia de eo admirenda vaticinati fuerant. Et ad hodiernum usque diem, quæ ab eo est cognominata, Christianorum gens non defecit. » Hæc Josephus.

A

B

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Ὅτι καὶ ὁ Ἰώσηπος μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ ιη' αὐτοῦ συγγραφῇ· καὶ οἷα περὶ αὐτοῦ αὐταῖς λέξεσιν ἱστορεῖ.

Ὅσα μὲν τῇ θείᾳ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων βίβλῳ περὶ Χριστοῦ ἀναγέγραπται, ὡς σοντεμόντα ἦν εἰπεῖν, τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. Ἀκόλουθον δ' οἶμαι, καὶ τὸν φιλαλήθη παρ' Ἑβραίοις ἱστορικὸν Ἰώσηπον εἰς μέσον προθέμενον, οἷα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διέξεισιν ἐν τῷ ιη' τῆς Ἀρχαιολογίας, ὥσπερ τινὰ κορωνίδα, τῇ πρώτῃ μοι τῶν ἱστοριῶν ἐπιθεῖναι· περὶ γὰρ τοῦ Προδρόμου Ἰωάννου διεξελθών, ὅσα μικρὸν ἄνωθεν διελάβομεν, εἶτα καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ αὐταῖς λέξεσιν οὕτω φησί· « Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, ἀνὴρ σοφός, εἴ γε ἄνδρα λέγειν αὐτὸν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνισμοῦ ἐπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν, ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς, τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων. Εἰσέτι τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. » Ταῦτα καὶ ὁ Ἰώσηπος.

125 CAPUT XL.

De divina humanaque oris corporisque figura et forma Servatoris nostri Jesu Christi.

Porro effigies formæ Domini nostri Jesu Christi, sicuti a veteribus accepimus, talis propemodum, quatenus eam crassius verbis comprehendere licet, fuit. Egregio is vividoque vultu fuit. Corporis statura ad palmos prorsus septem. Casariem habuit subflavam, ac non admodum densam, leniter quodammodo ad crispos declinantem : supercilia nigra, non perinde inflexa. Ex oculis fulvis et subflavescentibus mirifica prominebat gratia (1). Acres ii erant, et nasus longior. Barbæ capillus flavus, nec admodum demissus. Capitis porro capillos tulit prolixiores. Novacula enim caput ejus non ascendit, neque manus aliqua hominis, præterquam matris, in tenera duntaxat ætate ejus. Collum fuit sensim declive, ita ut non arduo et extento nimium corporis statu esset. Porro tritici referens colorem (2), non ro-

C

D

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θεανδρικῆς μορφῆς τε καὶ διαπλάσεως.

Ἡ μέντοι διάπλασις τῆς μορφῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐξ ἀρχαίων παρειλήφαμεν, τοιάδε τις, ὡς ἐν τύπῳ περιλαβεῖν, ἦν. Ὡραῖος μὲν ἦν τὴν ὄψιν σφόδρα· τήν γε μὴν ἡλικίαν, εἴτουν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος, ἑπτὰ σπιθαμῶν ἦν τελείων, ἐπίξανθον ἔχων τὴν τρίχα καὶ ὡς πάνυ δασεῖαν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ πρὸς τὸ οὖλον μετρίως πως ἀποκλίνουσαν. Μελαίνας δέ γε τὰς ὀφρῦς εἶχε, καὶ οὐ πάνυ ἐπικαμπεῖς· τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς χαροπούς τινας καὶ ἠρέμα ἐπιξανθίζοντας. Εὐόφθαλμος δ' ἦν καὶ ἐπίβριν. Τὴν μέντοι τρίχα τοῦ πώγωνος ξανθήν τινα εἶχε, καὶ οὐκ εἰς πολὺ καθειμένην. Μακροτέραν δὲ τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς περιέφερεν. Οὐδέ ποτε γὰρ ξυρὸς ἀνέβη ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, οὐδὲ χεὶρ ἀνθρώπου, πλὴν τῆς μητρὸς αὐτοῦ νηπιάζοντος. Ἠρέμα ἐπικλινὴς τὸν

(1) Gen. XLIX de Juda dicitur, χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπ' οἴνου. *Fulvi oculi ejus a vino.* Fuerunt et Domino Christo oculi χαροποὶ, id est, fulvi, splendescentes, nigroris habentes aliquid. Theodorus Gaza *fulvos* vertit in Aristotele, qui leonem oculos habere scripsit χαροπούς.

(2) De colore tritici maturescentis hoc intelligendum, qui cum modica luscedine rubescit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐχένα, ὡς μηδὲ πάνυ ὄρθιον καὶ ἐντεταμένην ἔχειν τὴν ἡλικίαν τοῦ σώματος. Σιτόχροος δὲ, καὶ οὐ στρογγύλην ἔχων τὴν ὄψιν ἐτύγχανεν, ἀλλ' ὥσπερ τῆς μητρὸς αὐτοῦ μικρὸν ὑποκαταβαίνουσαν, ὀλίγον δ' ἐπιφοινισσομένην, ὅσον ὑποφαίνειν τὸ σεμνόν τε καὶ συνετὸν τοῦ ἤθους καὶ ἥμερον, καὶ τὸ καθάπαξ ἀόργητον. Κατὰ πάντα δὲ ἦν ἐμφερὴς τῇ θείᾳ καὶ πανασπίλῳ ἐκείνου μητρί. Ταῦτα μὲν ἐν τούτοις. Περιέχει δὲ ἡ παροῦσά μοι πρώτη τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν τριῶν πρὸς λ', ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τοῦ τεσσαρακοστοῦ δευτέρου ἔτους τῆς μοναρχίας Αὐγούστου Καίσαρος, ἤδη λήγοντος, ὅτε καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ σαρκὸς ἐκ τῆς ἁγίας προῆλθε Παρθένου· καταλήξασα δὲ ἄχρι καὶ τοῦ ἐννεακαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος ἤδη καταρχομένου· ὁπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος ,εφλθ', ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως τρίτον πρὸς τοῖς τριάκοντα ἐπεραίνετο.

A tundam aut acutam habuit faciem, sed qualis matris ejus erat, paulum deorsum versum vergentem, ac modice rubicundam : gravitatem atque prudentiam cum lenitate conjunctam, placabilitatemque iracundiæ expertem præ se ferentem. Persimilis denique per omnia fuit divinæ et immaculatæ suæ Genitrici. Ac hæc quidem hactenus. Complectitur autem primus hic historiarum liber annos triginta tres, initio sumpto a quadragesimo secundo Augusti Cæsaris jam senescentis imperii anno, quo Dominus noster Jesus Christus cum carne ex sancta processit Virgine : fine autem in decimum nonum (1) Tiberii Cæsaris imperantis annum desinente. qui quidem a mundo condito (2) quinquies millesimus quingentesimus tricesimus nonus, a nativitate autem Domini tricesimus tertius fuit (3).

(1) Nicephorus, atque alii itidem auctores, passionem Christi Jesu Salvatoris nostri, in decimum nonum imperantis Tiberii annum referunt : quo anno consules fuere Fur. Camill. Aruntius Scribonianus, et Cn. Domitius Ænobarbus. At Lactantius, *Instit. divin.* lib. IV, Tiberii, inquit, anno quindecimo, id est, duobus Geminis consulibus, ante diem septimum Cal. Aprilium, Judæi Christum cruci affixerunt. Eorum consulum integra nomina fuerunt : C. Rubellius Geminus, et C. Fusius Geminus. Lactantius Tertulliani sententiam est secutus, cujus hæc verba sunt in lib. *Adversus Judæos* : « Tiberii quintodecimo anno imperii passus est Christus, annos habens quasi 30, cum pateretur, etc. Quæ passio perfecta est sub Tiberio Cæsare, coss. Rubellio Gemino, et Rufino Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octavo Cal. April. die prima Azymorum : quo agnum ut occiderent ad vesperam, a Mose fuerat præceptum. »

(2) Hic mihi ingenue fatendum est, cum ingentem esse viderem inter veteres et novos chronologos et temporum observatores dissonantiam, annis a condito mundo notandis, me in Nicephori nostri prioris editionis libris ubique mille annos detraxisse, ut notatio ejus et computatio propius ad recentiorum quas e sacris Bibliis acceperunt rationes accederet. Sed in posteriore ista et accuratiore editione, millenos eos annos ubique restitui, ita ut in Græco exemplari positos reperi. Feci id ea potissimum adductus ratione, quod et Lactantium et Augustinum viderem scripsisse, ætate eorum sextum mundi millenariam cucurrisse. Lactantius, lib. *Instit* VII, cap. 14 : « Sciant, inquit, philosophi, qui ab exordio mundi sæculorum millia enumerant, nondum sextum millesimum annum esse conclusum, quo numero expleto consummationem fieri necesse est, et humanarum rerum statum in melius reformari. » August. *De civit.* lib. XX, c. 7, de mille annis Apocalypseos scribans, « In ultimis inquit annis mille, ista res agitur, id est, sexto annorum milliario, tanquam sexto die, cujus nunc spatia posteriora volvuntur, secuturo deinde Sabbato, quod non habet vesperam. « A qua ratione non multum annotatio Nicephori annorum mundi discrepat.

(3) Neoterici chronologi admodum a veteribus discrepant. Quorum quidam hunc annum mundi conditi censent esse 3995. Teodorus Bibliander ponit 4011.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΧΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ Β'.

—

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS II.

—

130 CAPUT I.

Ut post ascensionem Domini Matthias pro Juda in numerum duodecim apostolorum sit cooptatus.

Primo libro, quæ opus fuit, de Verbi divinitate, et doctrinæ Christianæ antiquissima origine, quod videlicet institutum ex præscripto Evangelii vivendi, una cum ipso mundo exstitit, a veteribus Deo dilectis hominibus, quasi per umbram frequentatum : præterea quod appellationes Servatoris nostri in magnum antiquitus fuerint honorem, et quomodo Judæorum regnum jam inde ab initio ad Herodem usque sit deductum : tum autem de apparitione et præsentia Servatoris Christi in terris, simulque de vita et institutis ejus : insuper de apostolorum electione, de baptismo, divina passione, resurrectione, et reditu ejus in cœlos, denique de restitutione mundi exposuimus. Deinceps ea quæ post ascensionem Servatoris acta sint, breviter percurremus, rebus apostolorum gestis suaviter immorantes, ubinam et quomodo salutiferum Verbum per habitabilem orbem increbuerit, quaslibet etiam uniuscujusque eorum per Spiritum effectiones et opera, et quem quisque vitæ finem habuerit, quasve ex gentibus constituerit Ecclesias; postremo quibus functionis suæ illi reliquerint successiones. Eaque partim ex divinis Literis colligemus, partim ex aliis historicis, ut sese **131** quisque locus dabit, afferemus. Itaque sacri et divini apostoli, cum ex monte Oliveti in domum Joannis evangelistæ ad Sion sitam (ubi quoque Dei Genitrix a virgine eodemque discipulo servata usque ad vitatem obitum ejus, ut antiquitus fama obtinet, vixit) reversi essent, orationique et precationi

A

ΚΕΦΑΛ. Α.

Ὡς μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάληψιν Ματθίας ἀντὶ Ἰούδα τῷ τῶν δώδεκα ἀποστόλων συγκατελέχθη χορῷ.

Ἰδίᾳ μὲν οὖν ὅσα γ' ἐχρῆν περί τε θεολογίας καὶ τῆς ἀρχαιότητος τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος· ἔτι δὲ ὡς σύγχρονος ἦν ἡ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτεία τῷ κόσμῳ, παρὰ τῶν πάλαι σκιωδῶς θεοφιλῶν ἐνεργουμένη ἀνδρῶν· καὶ ὡς αἱ κλήσεις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δι' αἰδοῦς ἦγοντο καὶ τοῖς παλαιοῖς· καὶ περὶ τῆς ἄνωθεν ἐς αὐτὸν Ἡρώδην κατιούσης ἀρχῆς· ναὶ μὴν καὶ περὶ τῆς εἰς γῆν ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, τῆς τε πολιτείας καὶ ἀγωγῆς, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τοῦ θείου πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ εἰς οὐρανοὺς αὖθις ἀνόδου τούτου καὶ ἀποκαταστάσεως, ἐν τῷ πρώτῳ διεξήλθομεν τόμῳ. Ἑξῆς δ' ἂν εἴη τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος γεγενημένα συντεμόντας διαδραμεῖν, Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἐμφιλοχωροῦντας, ὅπη τε καὶ ὅπως ὁ σωτήριος λόγος τὴν οἰκουμένην διέδραμε, τάς τε καθ' ἕκαστον αὐτῶν τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας· καὶ οἵῳ καὶ οὕτω τέλει χρησάμενοι, τὰς ἐξ ἐθνῶν κατεστήσαντο Ἐκκλησίας, ἑτέροις τὰς αὐτῶν καταλιπόντες διαδοχάς, τὰ μὲν ἐκ τῶν θείων γραμμάτων ἐρανιζόμενοι, τὰ δὲ καὶ ἐξ ἄλλων ἱστορικῶν ποριζόμενοι, ὡς ἐν τοῖς τόποις γενόμενοι λέξομεν· καὶ τοίνυν τῶν θείων καὶ ἱερῶν μυστηπόλων ἀπὸ τοῦ Ἐλαιῶνος ὄπισω ἀναστραφέντων εἰς τὸν ἐν τῇ Σιὼν οἶκον Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, ὅπου δὴ καὶ τὴν Θεοτόκον, πρὸς τοῦ παρθένου καὶ μαθητοῦ φυλαττομένην, ἄχρι δὴ καὶ τῆς ζωηφόρου αὐτῆς τελευτῆς λόγος ἀρχαῖος τὴν διατριβὴν ἔχειν ἔτι κρατεῖ· δεήσει τε καὶ προσ-

B

C

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εὐχῇ προσανεχόντων μετὰ μικρὸν ὡσεὶ ρκ' ἠθροισμένων, Πέτρος δημηγορῶν πρῶτος, τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν τῆς ἀποστολικῆς ἐκλογῆς ἀναπληροῦν ᾤετο δεῖν· καὶ δὴ τοὺς λόγῳ καὶ ἔργῳ διαφανεῖς ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα, δύο δὲ ἦσαν οὗτοι, προίστα ἑκάτερον, ὥσθ' ἕνα τούτων ἀντὶ Ἰούδα, ὃς τὸν οἰκεῖον παρεδίδου Διδάσκαλον, τὸν τόπον τῆς διακονίας μεταλαχεῖν. Ἰοῦστος δὲ καὶ Ματθίας οἱ ἐπιλεγέντες ἦσαν. Ἱερῶν δὲ κλήρων εὐχῇ τῇ προσηκούσῃ γεγενημένων, ὥστε δὴ τὸν ἀποχρῶντα τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου ψήφῳ τῇ ἄνωθεν τεκμηρίῳ δή τινι ἐκφανῆ γε εἶναι, ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν ἐχώρει· καὶ εὐθὺς τὸν ἅγιον ἐπλήρου χορὸν, τῇ δωδεκάδι τῶν ἀποστόλων ἐναρίθμιος καταστὰς ταῖς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεσι.

A vacarent; paulo post, cum eo quasi centum et viginti convenissent homines, Petrus, concione habita, primus duodenarium apostolicæ electionis numerum supplendum esse arbitratur : et ex septuaginta illis, qui et sermone et opere illustres essent, duos producit, ut ex eis alter pro Juda, qui suum ipse prodiderat Magistrum, locum ministerii sortiretur. Justus et Matthias delecti isti erant. Cum autem sortes missæ essent, adhibita congruenti oratione, ut, qui idoneus verbi ministerio esset, cœlesti suffragio et indicio declararetur, sors in Matthiam pervenit. Ita sacratus ille numerus suppletur, Matthiasque impositione manuum duodecim apostolis adscribitur.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἐπελεύσεως· καὶ τῶν γενομένων τοῖς ἀποστόλοις σημείων· καὶ περὶ τῶν πιστῶν ὁμονοίας καὶ διαγωγῆς· καὶ τῆς τῶν ζ' διακόνων προχειρίσεως.

B

CAPUT II.

De Spiritus sancti ipso die Pentecostes subito adventu, et miraculis per Apostolos editis. De fidelium unanimitate et vita, et de septem diaconorum seu ministrorum electione.

Καὶ δὴ δεκάτη μὲν ἡμέρα παρῆν μετὰ τὴν Ἀνάληψιν, πεντηκοστὴ δὲ μετὰ τὴν Ἀνάστασιν, καὶ ἀθρόοι πάντες τῷ ὑπερῴῳ ἦσαν. Καὶ εὐθὺς, τρίτη δὲ ὥρα τῆς ἡμέρας ἦν, ἦχός τις βίαιος ἐξηχεῖτο, ῥεούσης ὥσπερ αἴφνης πνοῆς, τόν τε οἶκον ἅπαντα ἐμπιπλῶν· καὶ πυρὸς δὲ γλῶσσαι τοῖς μαθηταῖς ἰσάριθμοι διαμερισθεῖσαι, ἐφ' ἑνὶ τούτων ἑκάστῳ ταῖς κορυφαῖς προσκαθήμεναι ἐωρῶντο. Κἀντεῦθεν πλήρεις τοῦ παναγίου γενόμενοι Πνεύματος, γλώσσαις διαφόροις ἐλάλουν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, καὶ τὴν Ἰησοῦ θεότητα τοῖς ἐνδραμοῦσιν ἐκήρυττον. Συνεχύθη γὰρ, φησὶ, τὸ πλῆθος τῷ τῆς βροντῆς ἤχῳ, καὶ περὶ τὸ δωμάτιον ἐθεον, τὸ διάφορον ἐνωτιζόμενοι τῶν γλωσσῶν. Παρῆσαν γὰρ ἐξ ἁπάσης γῆς σχεδὸν διὰ τὸ τῆς ἡμέρας ἐπίσημον Πάρθοι, Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, Σύροι τε ἅμα καὶ Ἄραβες, Ῥωμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι, Φρύγες καὶ Καππαδόκαι· καὶ τοσοῦτον κατάπληκτοι ἦσαν τῷ θαύματι, τῷ τοὺς μὲν συνιέναι, τοὺς δὲ μὴ, ὡς καὶ μέθην ἐγκαλεῖν ἐκείνοις, καὶ διαλοιδορεῖσθαι τῇ ποικίλῃ καὶ διαφόρῳ τῶν πυνθανομένων διομιλίᾳ. Οἷς ὁ θεῖος Πέτρος θεσπέσιον ἀνοίξας στόμα, καὶ τὸ τῶν γλωσσῶν ὑποδεικνὺς αἴτιον, μὴ τὸν οἶνον ἔλεγεν εἶναι, τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ διὰ τοῦ θεόπτου ἐπήγγελται Ἰωὴλ, ταῖς ὑστάταις τῶν ἡμερῶν ἐκχέειν Θεὸν ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· καὶ παρίστα τὸν λόγον, λόγοις ἀδαμαντίνοις τὰ κατὰ τὸν Σωτῆρα διεξιών. Καὶ προὐτρέπετο πᾶσι μεταμέλῳ χρῆσθαι, καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματι βαπτίζεσθαι, καὶ τὸ Πνεῦμα λαμβάνειν· αὐτοῖς γὰρ εἶναι τὴν ἐπαγγελίαν καὶ τοῖς τέκνοις τούτων διεβεβαίου, καὶ οὓς ἂν ὁ Κύριος προσκαλέσηται. Καὶ αὐτίκα ὡσεὶ τρισχίλιοι τῷ θείῳ προσῆλθον βαπτίσματι, οἳ καὶ τῇ κοινωνίᾳ διδαχῇ τε ἅμα καὶ προσευχῇ καὶ συνεστιάσει τῶν ἀποστόλων προσέμενον. Καὶ πολλῶν σημείων διὰ τῶν θείων ἀποστόλων

Etiam decima ab Ascensione, quinquagesima autem ab Resurrectione aderat dies, omnesque una in cœnaculo congregati erant : cum derepente tertia diei hora sonitus ingens, tanquam vento subito et vehementi flante, exauditur, totamque is complet domum, et linguæ igneæ pari cum discipulis numero dispertitæ, in uniuscujusque vertice considere videntur. Itaque illi sanctissimo Spiritu pleni, variis linguis gloriam Dei loquuntur, divinitatemque Jesu eis qui confluebant, deprædicant. Accurrebat enim, inquit, multitudo ad tonitrui sonitum, et circum domum eam currebat, varietatem audiens linguarum. Aderant quippe tum ibi, propter diei celebritatem, ex omni prope orbe, Parthi, Medi et Elamitæ, Syri simul et Arabes, Romani et Judæi, Phryges et Cappadoces. Et illi usque adeo miraculo eo sunt consternati, quod quidam loquentes intelligerent, quidam vero minus, ut ebrietatem quoque eis probrose objicerent, et vario multiplicique percunctantium colloquio conviciarentur. Ad quos divus Petrus, 139 divino aperto ore, causam varietatis linguarum indicans, non vinum id, sed Spiritum sanctum esse dicebat, qui per spectatorem Dei Joel [21] promissus esset, extremis videlicet diebus eum a Deo super carnem omnem effusum iri. Oraculumque id allegans, firmissimis sermonibus Servatoris res gestas confirmabat, omnesque cohortabatur, ut per pœnitentiam resipiscerent, in salutifero Jesu nomine baptizarentur, et Spiritum acciperent. Ipsis enim, liberisque eorum, et quos præterea Dominus vocasset, promissionem peculiarem esse confirmabat. Et confestim ad tria millia hominum ad divinum accedunt baptismum, qui etiam inde per communionem in doctrina simul et oratione, atque etiam mensæ participatione cum apostolis perseverabant.

C

D

[21] Joel II, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Et cum multa miracula per divos apostolos ederentur, timor animum omnem occupabat. Multi porro facultates suas vendentes, ad apostolorum pedes ponunt, et quæ ad necessarium usum essent, duntaxat capiunt. Communia quippe omnia erant omnium, et uno vivebant in loco : neque cuiquam dicere licebat, se quidquam habere proprii. Quod sane cum Ananias et Saphira audendum sibi putarent, ut qui divino mentiti essent Spiritui, repentina morte tolluntur. In templo quoque conveniebant, laudibus Deum vehentes, et cibum cordis simplicitate communem habentes Quamplurimi autem ad divinum admittebantur lavacrum, et divina vis atque virtus apostolos consequantur : nihil prorsus erat malorum, quod non præsentia et attactu illorum celerrime diffugeret. Itaque pro foribus et sub dio in plateis deponebantur, qui diuturnis confecti erant morbis, ut saltem umbræ Petri participes facti, ab ea qua premebantur ægritudine liberarentur. In quibus ille quoque fuit, qui a nativitate sua pedum usu privatus, ac templum decumbebat : attactu enim apostolicarum manuum artubus recuperatis exsilire est visus. Inde vero contra eos invidia exoritur, quæ nomen Jesu profundo silentio premendum hortabatur. Illis autem id haudquaquam tolerandum fuit. Cum ergo multa cum libertate verbum publicitus prædicarent, in publicam conjiciuntur custodiam. Cæterum per angelos inde educti, et templum ingressi, idem quod antea facere pergunt. Deinde ab Anna et Caipha concilium cogitur : **133** et qui facile apud eos princeps erat Gamaliel [22], non prohibendum apostolorum opus esse suadebat, hortabaturque, coalescere et obtinere id necessario oportere, si ita Deo visum esset : etiamque atque etiam videndum eis esse dicens, ne bellum contra Deum susciperent. Theudam quoque quemdam et Judam Galilæum in medium afferebat, qui censui et descriptioni primæ, multitudinis manu coacta, restitisset : et, quod contra voluntatem Dei conatu suo venisset periisset. Tum illi apostolos plagis mulctandos curant ; et absolutis, ne quid posthac in nomine Jesu vel dicerent, vel faceruni, præcipiunt, Sed enim cum ingens magis magisque ad fidem confluueret multitudo, indignatio in ea et murmur Græcorum exoritur, quod viduæ eorum despicerentur. Ita Stephanus, et cum eo sex viri, divini participes Spiritus, precatione et manuum impositione ad ministerium publicum delecti ordinantur. Ipsi vero apostoli soli sibi verbo vacandum esse statuunt.

A γεγενημένων, δέος ἐπὶ πασῃ ψυχῇ ἦν. Πολλοὶ δὲ τὰ προσόντα διαπιπράσκοντες, τοῖς ποσὶ τῶν ἀποστόλων ἐτίθουν, καὶ τὸ πρὸς χρείαν μόνον λαμβάνοντες ἦσαν. Κοινὰ δὲ πάντα ἦν τοῖς πᾶσιν, ὁμοῦ τε ἦσαν, οὐδενί τε ἐξῆν εἰπεῖν Ἴδιόν τι κεκτῆσθαι· ὃ δῆτ' Ἀνανίας καὶ Σάπφειρα πράττειν νομίσαντες, ὡς τῷ θείῳ διαψευσάμενοι Πνεύματι, αἴφνης ἀνάρπαστοι θανάτῳ ἐγένοντό. Καὶ τῷ ἱερῷ δὲ ἅμα συνήγοντο, αἰνοῦντες μὲν τὸν Θεὸν, καρδίας δὲ ἁπλότητι τῆς τροφῆς συμμετέχοντες. Ὡς πλεῖστοι δὲ προσῄεσαν τοῦ θείου βαπτίσματος ἀξιούμενοι, θεία τε δύναμις τοῖς ἀποστόλοις παρείπετο· καὶ οὐδὲν ἦν τῶν δεινῶν, ὃ μὴ τῇ παρουσίᾳ καὶ ἁφῇ ἐκείνων ὡς τάχιστα ἐδραπέτευε. Προὔκειντο τοίνυν ἐπὶ θυρῶν καὶ ἐν ὑπαίθροις οἱ χρονίοις νόσοις ἐκδαπανώ-
B μενοι, ὡς ἄν γε, σκιᾶς τοῦ Πέτρου ἡμοιρηκότες, τὸ πιέζον ἀπόθωνται· σὺν οἷς καὶ ὁ τοὺς πόδας ἐκ γενέσεως πεπηρωμένος, καὶ τῷ ἱερῷ προσεδρεύων, τῇ τῶν ἀποστολικῶν χειρῶν ἁφῇ ἀρτιμελὴς καὶ ἀλλόμενος ἀνεδείκνυτο. Ἐντεῦθεν καὶ τούτοις φθόνος ἐφύετο, καὶ τὸ τοῦ Ἰησοῦ ὄνομα σιγῇς βυθοῖς ἐγκαταδύειν προὐτρέποντο. Τοῖς δ' ἀνασχετὸν ἦν οὐδαμῶς· ἀλλ' αὖθις τὸν λόγον παῤῥησίᾳ κηρύττοντες, ἐν τηρήσει δημοσίᾳ καθίστανται. Ἀγγελικῇ δὲ δυναστείᾳ ἐξάγονται· καὶ τῷ ἱερῷ γενόμενοι, τὰ ὅμοια διεπράττοντο Συνέδριον ἐπὶ τούτοις τοῖς περὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν καθῆστο· καὶ ὁ παρ' ἐκείνοις τὰ πρῶτα ἔχων, Γαμαλιὴλ οὗτος ἐλέγετο,
C ἀφεῖναι μᾶλλον τὸ κατὰ τοὺς ἀποστόλους ἔργον παρῄνει καὶ συνεβούλευε· συνίστασθαι γὰρ ἀνάγκη, εἰ Θεῷ βουλομένῳ ἔστι· Μὴ καὶ θεομαχεῖν ὑμῖν γένοιτο, σκοπεῖν χρὴ, ἐπιλέγων. Καὶ Θευδᾶν τινα καὶ τὸν Γαλιλαῖον Ἰούδαν τῷ μέσῳ παρῆγε τῇ πρώτῃ ἀντιστάντα ἀπογραφῇ, καὶ πλῆθος ἐφελκυσάμενον καὶ διαφθαρέντας, τῷ μὴ κατὰ βούλησιν ἐνηργηκέναι Θεοῦ. Καὶ οἱ μὲν πληγαῖς ὑποβαλόντες τοὺς ἀποστόλους, ἀπέλυον, μὴ ἐπὶ τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι πράττειν τι ἢ λέγειν παρεγγυώμενοι. Στίφους γε μὴν ὡς πλείστου τῇ πίστει συῤῥέοντος, γογγυσμὸς πρὸς τῶν Ἑλληνιστῶν ἦν, ὡς τῶν σφετέρων παρεωραμένων χηρῶν. Καὶ δῆτα οἱ περὶ Στέφανον θεοῦ μέτοχοι Πνεύματος, ἑπτὰ δὲ ἦσαν, εὐχῇ τε καὶ ἐπιθέσει χειρῶν διακονεῖν τοῖς κοινοῖς ἐπιτρέπονται· ἐκεῖνοι δὲ τοῦ θείου λόγου μόνου προστάναι
D δεῖν ἔκρινον.

Sed ordinatis septem, Stephanus, qui primus martyrii coronam accepit, et Philippus, qui Samaritanos et eunuchum baptizavit, Spiritu sancto ferebantur, et Ananias, qui Paulum baptizavit, et Nicolaus, qui primus hæresim Nicolaitarum invexit, et Parmenas, qui manus Paulo imposuit, et Prochorus, qui Joannis evangelium scripsit, et Timon, qui Corinthiorum ecclesiam rexit, et Cleophas, qui Emmaum habitavit, et Barnabas, qui Cypri ecclesiam rexit, et Lucas, qui Pauli evangelium scripsit, et Marcus, qui Petri evangelium scripsit, et Silas, qui Pauli discipulus fuit, et Silvanus, qui Thessalonicensium ecclesiam rexit, et Epaphras, qui Colossensium ecclesiam rexit, et Archippus, qui Laodicensium ecclesiam rexit, et Philemon, qui Onesimum baptizavit, et Aristarchus, qui Pauli discipulus fuit, et Trophimus, qui Ephesiorum ecclesiam rexit, et Gaius, qui Pauli discipulus fuit, et Hermas, qui Pastorem scripsit, et Clemens, qui Romanorum ecclesiam rexit, et Linus, qui Pauli discipulus fuit, et Anencletus, qui Romanorum ecclesiam rexit, et Evodius, qui Antiochenorum ecclesiam rexit, et Ignatius, qui Antiochenorum ecclesiam rexit, et Polycarpus, qui Smyrnæorum ecclesiam rexit, et Papias, qui Hierapolitanorum ecclesiam rexit, et Quadratus, qui Athenarum ecclesiam rexit, et Aristides, qui Athenarum ecclesiam rexit, et Justinus, qui Romanorum ecclesiam rexit, et Tatianus, qui Assyriorum ecclesiam rexit, et Dionysius, qui Corinthiorum ecclesiam rexit, et Melito, qui Sardianorum ecclesiam rexit, et Apollinarius, qui Hierapolitanorum ecclesiam rexit, et Irenæus, qui Lugdunensium ecclesiam rexit, et Pantænus, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Clemens, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Hippolytus, qui Portuensium ecclesiam rexit, et Origenes, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Dionysius, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Pierius, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Petrus, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Achillas, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Alexander, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Athanasius, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Petrus, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Timotheus, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Theophilus, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Cyrillus, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Dioscorus, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Timotheus, qui Alexandrinorum ecclesiam rexit, et Petrus

οὖν τὸν Ἰάκωβον, ὃν τῷ περιόντι τῆς ἀρετῆς καὶ τοῖς λοιποῖς προτερήμασε. Δίκαιον ἅπαντες ἐπεκάλουν, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας πρώτῳ τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρίζουσι. Καὶ μαρτυρεῖ Κλήμης ἐν ς' τῶν Ὑποτυπώσεων ὁ στρωματεύς, οὑτωσὶ γράφων· « Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προτετιμημένους, μὴ ἐπιδικάζεσθαι δόξης· ἀλλὰ Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον, ἐπίσκοπον τῶν Ἱεροσολύμων ἑλέσθαι. » Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἔτι καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ διεξέρχεται· « Ἰακώβῳ τῷ Δικαίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ Κύριος. Οὗτοι δὲ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις παρέδωκαν· οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα· ὧν εἷς ἦν καὶ Βαρνάβας. Δύο δὲ γεγόνασιν Ἰάκωβοι· εἷς ὁ Δίκαιος, ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς, καὶ ὑπὸ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς εἰς θάνατον· ἕτερος δὲ ὁ καρατομηθείς. » Αὐτοῦ δὴ τοῦ Δικαίου καὶ ὁ Παῦλος μνημονεύει γράφων· Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Ὁ δὲ πολὺς τὰ θεῖα Εὐώδιος, τῶν ἱερῶν δ' ἀποστόλων καὶ οὗτος διάδοχος, ἐν τοῖς αὐτοῦ σύγγράμμασι, μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἐπιστολῇ ἣν Φῶς ἐπέγραψε, καὶ ταῦτα προστίθησιν, « Ὁ Χριστὸς, λέγων, ἰδίαις χερσὶ τὸν Πέτρον μόνον ἐβάπτισε· Πέτρος δὲ Ἀνδρέαν καὶ τοὺς Ζεβεδαίου υἱούς· Ἀνδρέας δὲ καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου τοὺς λοιποὺς ἀποστόλων. Τοὺς δὲ ἑβδομήκοντα Πέτρος καὶ Ἰωάννης ὁ θεολόγος βαπτίζουσι· » προσεπιλέγων καὶ ταῦτα· « Ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἕως τοῦ πάθους Χριστοῦ ἔτη διελθεῖν τρία· ἀπὸ δὲ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἀναλήψεως εἰς οὐρανοὺς μέχρι τῆς λιθοβολίας Στεφάνου ἔτη εἶναι ἑπτά· ἀπὸ δὲ τῆς μαρτυρίας Στεφάνου μέχρι τοῦ φανέντος τῷ Παύλῳ φωτὸς μῆνες ἕξ· ἀπὸ τοῦ φανέντος τῷ Παύλῳ φωτὸς μέχρι τῆς τελειώσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἔτη γ'. Τὰ δὲ πάντα ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ ἄχρι τῆς μεταστάσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἔτη λέγει εἶναι μδ'. Τὸν δὲ ὅλον τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνον ἔτη εἶναι νθ'. Γριετὴς γὰρ γενομένη τῷ ἱερῷ προσήχθη, καὶ ἐν τοῖς Ἁγίοις τῶν ἁγίων ἔτη ἑνδεκα διεβίβασε, καὶ εὐθὺς διὰ χειρὸς τῶν ἱερέων τῷ Ἰωσὴφ πρὸς φυλακὴν παρεδόθη. Τέσσαρας δὲ μῆνας ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἰωσὴφ διετέλεσε· καὶ ὑπὸ τοῦ ἀρχαγγέλου εὐαγγελίζεται Γαβριὴλ· καὶ τίκτει τὸ φῶς τοῦ κόσμου, χρόνων ὑπάρχουσα ιε', τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. Εἶτα ἕτερα λγ' ἔτη ζῇ· ἃ καὶ ὁ προαιώνιος Λόγος καὶ Υἱὸς αὐτῆς ἐπὶ τῆς γῆς διεβίβασε· καὶ μετὰ τὴν σταύρωσιν ἐν τῇ τοῦ Ἰωάννου οἰκίᾳ ἔτη διετέλεσεν ια'· ὡς ὁμοῦ τὰ ἔτη ταύτης ν' καὶ θ' συνάγεσθαι. Ἐν δὲ τῇ εἰρημένῃ οἰκίᾳ τοῦ Ἰωάννου τὸ πρῶτον τοῦ Πάσχα μυστήριον ὁ Κύριος σὺν τοῖς μαθηταῖς πράσσει. Ἐκεῖθεν ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν εἰς χωρίον Γεθσεμανή. Ἐκεῖ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων περιεκλείοντο. Ἐκεῖ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ἀναστὰς ὤφθη τοῖς μαθηταῖς· καὶ εἰς πρόσωπον αὐτῶν ἐμφυσᾷ, καὶ τὸ

ejus virtutum et præcipua alia ornamenta, Justum ab omnibus cognominatum, primum Hierosolymitanæ Ecclesiæ episcopum creant. Testatur hoc Clemens contextor in sexto *Dispositionum* libro, ad hunc modum scribens: « Petrus et Jacobus et Joannes, quos Dominus præcipuo dignatus fuerat honore, post ascensionem ejus, gloriam non affectarunt, sed Jacobum Justum episcopum Hierosolymorum elegerunt. In septimo autem ejusdem argumenti libro hæc quoque de eo commemorat: « Jacobo Justo, et Joanni, et Petro post resurrectionem Dominus cognitionem et scientiam tradidit· Hanc illi reliquis apostolis, atque ii rursum aliis septuaginta, quorum unus quoque Barnabas fuit, tradiderunt. Duo autem fuere Jacobi: alter Justus, qui ex templi pinnaculo dejectus, et a fullone fuste ad necem usque cæsus est; alter autem qui capite est ab Herode plexus. » **134** Justi porro istius et Paulus mentionem facit, scribens: *Alium autem ex apostolis quemquam non vidi, præter Jacobum fratrem Domini* [23]. Porro divinus Evodius, qui et ipse sanctorum apostolorum successor fuit, in Commentariis suis, præcipue autem in epistola quam *Lucem* inscripsit, hæc quoque posuit, « Christus, inquiens, manibus ipse suis Petrum tantummodo baptizavit. Petrus porro Andream, et filios Zebedæi. Ii deinceps reliquos apostolos. Septuaginta autem illos Petrus et Joannes Theologus dictus baptizarunt. » Adjicit is præterea illa: « A baptismo usque ad passionem Christi intercessisse annos tres: a passione vero, ressurrectione, et ascensione ejus in cœlos, usque ad lapidationem Stephani annos septem: a Stephani deinde martyrio, usque dum Paulum lux circumfudit, menses sex. Inde usque ad sanctæ Dei Genitricis decessum, annos tres. Cæterum tempus omne a nativitate Christi usque ad Dei Genitricis migrationem, annos fuisse dicit quadraginta quatuor. Totius autem vitæ ejus, annos quinquaginta novem. Siquidem trimula cum esset, in templum est præsentata, et ibi in sanctis sanctorum traduxit annos undecim. Deinde vero sacerdotum manibus Josepho ad custodiam est tradita: apud quem cum menses peregisset quatuor, ab angelo Gabriele lætum illum accepit nuntium. Peperit autem mundi ipsius lucem, annum agens quindecimum, vicesima quinta die mensis Decembris. Deinceps alios annos peregit triginta tres, quos etiam æternum et antesæculare Verbum et Filius ejus in terris exegit. Post crucis autem supplicium illud in domo Joannis annos implevit undecim: ut ætatis ejus anni simul collecti sint quinquaginta et novem. In ea ipsa Joannis domo primum Pascha mysticum convivium Dominus cum discipulis instituit. Inde hymno dicto in montem Olivarum exierunt, ad villam Getsemani. Ibidem propter metum Judæorum discipuli claudebantur. Ibidem etiam foribus

[23] Galat. IV, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quandoquidem vero apud antiquos quidam, ex eis libris quos retulimus, Ecclesiæ certo traditos, obelo quosdam confoderunt : de ea quoque re ubi pauca dixerimus, et quæ Eusebius Pamphili tradiderit adduxerimus, secundo huic tomo finem imponemus. Ac de quatuor quidem quæ dicta sunt Evangeliis, nemo adhuc ad hunc usque diem controversiam movit, omnesque ea germana et nativa esse sunt professi. Idem quoque de Actorum libro dicendum. De quibus autem addubitatum sit, hæc sunt. Prima inter catholicas. Jacobi, fratris Domini : et septima Judæ, fratris ejus : item posterior Petri epistola. De his enim anceps apud antiquos fuit opinio. Præterea ex tribus quæ dicuntur esse Joannis, extra primam, reliquis duabus aliquandino non integra data est auctoritas : nam alterius Joannis presbyteri esse creditæ sunt, qui Ephesi post Joannem habitaverit, ut Papias Hierapolita dicit, duo monumenta Ephesi esse memorans, unius atque alterius Joannis : quorum unius, presbyteri dicit, discipulum seipsum nominat. Recensens enim apostolorum seniores, et duorum istorum meminit, ita inquiens : « Quod si quando quispiam, qui seniorum apostolorum sectator fuisset, advenisset, seniorum requirebam verba et sententias, quid scilicet Andreas dixisset, aut Petrus, aut Philippus, aut Jacobus : aut quid Joannes, Matthæus, aut alius quisquam Domini D discipulorum : quæ item Aristion, aut Joannes presbyter. Non enim libris tantum me, quantum viva voce adjuvari, credebam. » Ejus igitur presbyteri ecclesiæ Ephesiorum secundam et tertiam epistolam, **217** et Apocalypsim insuper, nonnulli esse somniarunt : Pauli autem epistolarum, præterquam quæ ad Hebræos est, omnes indubiæ certæque permansere auctoritatis. Et Clemens Romanus, cum mentionem ejus ipsius epistolæ facit, tum auctoritatibus etiam locorum quorumdam qui in ea sunt, decenter utitur. Unde satis apparet, non novam ejus esse editionem, recteque inter reliqua Pauli scripta censeri. Causa quidem, quod de ejus auctoritate sit addubitatum, illa esse vide-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tur, quod non itidem, ut in aliis suis epistolis fecit, divus Paulus nomen ei suum præfixerit. Id vero factum, ne in ipso statim procœmio, tanquam ab eis descivisset, eos perturbaret. Quapropter recte nomen suum omisit, præsertim cum sermone patrio ad Hebræos eam Apostolus scriberet. Quam deinde alii quidem a Luca evangelista, alii vero a Clemente, quod verisimilius est, versam esse asserunt. Persimilis enim est epistolæ ad Hebræos stylus, per omnia. Clementis epistolæ. Sententiæ præterea utriusque non admodum inter se differunt. Sed enim libri ii, tametsi controversi ab antiquis sint habiti, postea tamen in omnibus quæ sub cœlo sunt Ecclesiis, auctoritatem sacrosanctam et irrefragabilem obtinuerunt, et tanquam principia atque elementa pietatis nostræ sempiterna permanserunt. Cæterum illegitima et adulterina omnino scripta esse, scire debemus : Prædicationem, quæ dicitur. Petri, et quod secundum eum est Evangelium : Actorum item ejus librum, et quæ sub nomine ejus circumfertur Apocalypsim. Accepimus vero inter ambiguæ quoque auctoritatis scripta esse Actorum Pauli librum : et eum qui *Pastoris* habet titulum, quem Hermæ quidam ascribunt ei, cui in Epistola ad Romanos Paulus salutem nuntiari jubet. Nonnullis autem is admodum videtur esse necessarius, eis præcipue qui prima pietatis discunt rudimenta, multum afferens maturi fructus et utilitatis. Non pauci quidem certe apud antiquos eo sunt usi, inter ascitia etiam est Barnabæ, quæ circumfertur, epistola: et quæ dicuntur Apostolorum doctrinæ. Eodem quoque loco habendum secundum Hebræos Evangelium : quo in primis, qui in Christum ex Hebræis crediderunt, sunt delectati. Verum enimvero necessitas quædam nobis imposita erat, ut mentionem inferremus librorum eorum, qui vel ex professo per veram constantemque traditionem ab Ecclesia accepti, vel constroversæ quidem fuere auctoritatis, **218** plurimorem tamen temporum usu et præscriptione comprobati, in testamentariorum atque canonicorum scriptorum numerum relati sunt : ut scilicet norimus, quæ legitimæ et, propriæ sint Ecclesiæ scripturæ, et quæ item ab ea quæ falso nominatur scientia, in primariorum referuntur apostolorum nomina, Petri puta, et Thomæ, et Matthiæ, et fortasse aliorum etiam quempiam Evangelia et Acta apostolorum complectentes quales sunt, quæ Andreæ et Joannis præferunt nomina : quarum nullus apostolicorum successorum, aut ecclesiasticorum deinceps scriptorum mentionem facit. Stylus quoque earum longe ab elocutione et more apostolico abest. Et institutum etiam atque sententia earum, exspectationi ei quam titulus promittit, minime respondet, et a recta ipsius veritatis doctrina longissime excidit. Unde astruere licet, scripta talia a viris dæmonum malorum intempiriis agitatis esse conficta. Quam ob causam ea ut ascitilia et adulterina attingenda non sunt,

A ταῖς ἄλλαις ἐποίησε · τοῦτο δὲ, ἵνα μὴ ἐκ προοιμίων ἐκείνους θορυβήσῃ ὡς μεταβληθείς · ὅθεν καὶ τὴν ἑαυτοῦ κλῆσιν, ὡς λόγος, παρῆκεν. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἐγγράφως τῇ πατρίῳ γλώττῃ Ἑβραίοις τὴν ἐπιστολὴν διωμιληκότος τοῦ Ἀποστόλου, οἱ μὲν τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, ἄλλοι δὲ Κλήμεντα ταύτην ἑρμηνεῦσαί φασιν · ᾧ καὶ πείθεσθαι ἄμεινον. Ὁμοιός τε γὰρ ἐφ' ἅπασιν ὁ τῆς φράσεως χαρακτὴρ τῇ ἐπιστολῇ Κλήμεντος ὁ τῆς πρὸς Ἑβραίους σαφῶς διασώζεται · τά τε νοήματα ἐν ἀμφοτέραις, οὐ πάντη διεστηκότα. Ταῦτα μὲν εἰ καὶ ἀμφίβολα τοῖς πρότερον ἔδοξαν, ἀλλ' οὖν ἁπάσαις ἐς ὕστερον ταῖς ὑπ' οὐρανὸν ἐκκλησίαις τὸ ἀνάντιῤῥητον ἐσχηκότα ἐγνώκαμεν · καὶ ὡς ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα τῆς καθ' ἡμᾶς εὐσεβείας, αἰώνια διαμένουσι. Παντάπασί γε μὴν ὡς νόθα καὶ παρέγραπτα ταῦτα εἰδέναι ὀφείλομεν,
B τὸ λεγόμενον Κήρυγμα Πέτρου, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον, καὶ ὁ Πράξεων αὐτοῦ βιβλίον ὠνόμασται, καὶ ἡ φερομένη αὐτοῦ Ἀποκάλυψις. Παρειλήφαμέν γε μὴν ἐν ἀμφιλέκτοις εἶναι καὶ τὸ τῶν Πράξεων Παύλου βιβλίον, καὶ τὸ τοῦ Ποιμένος ἔχον ἐπιγραφὴν, ὃ Ἑρμᾶ σύγγραμμα εἶναί τινες οἴονται · ὃν καὶ Παῦλος, ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους, προσρήσεως ἀξιοῖ. Τισὶ δὲ τοῦτο καὶ ἀναγκαιότατον ἔδοξε, τοῖς μάλιστα εἰσαγωγικοῖς οὐκ ἐλαχίστην παρέχον συντέλειαν. Οὐκ ὀλίγοι μέντοι τῶν παλαιῶν συγγραφέων τούτῳ ἐχρήσαντο. Ἐν νόθοις καὶ ἡ Βαρνάβα φερομένη ἐπιστολὴ, καὶ αἱ λεγόμεναι τῶν ἀποστόλων διδαχαί · ἤδη δ' ἐν τούτοις καὶ τὸ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγέλιον ἀριθμείσθω · ᾧ μάλιστα οἱ ἐξ Ἑβραίων Χριστῷ προσιόντες ἔχαιρον ἀσμενίζοντες. Ἐπ'
C ἀνάγκης δέ μοι τούτων μνείαν ποιήσασθαι ἐξεγένετο, τάς τε ἀνωμολογημένας τῶν βίβλων κατὰ τὴν ἀληθῆ τῆς Ἐκκλησίας παράδοσιν, καὶ τὰς ἄλλας ἀντιλεχθείσας μὲν, χρόνῳ δὲ πλείστῳ βεβαιωθείσας, καὶ παρὰ πᾶσι ταῖς ἐνδιαθήκοις καταλεγείσας · ὡς ἂν ταύτας τε εἰδέναι ἔχοιμεν, ὅσαι γνήσιαι τῆς Ἐκκλησίας γραφαί, καὶ ὅσαι πρὸς τῶν ἀπὸ τῆς ψευδωνύμου γοώσεως ἐφ' ἑνί τινι τῶν πρώτων ἀνατέθεινται ἀποστόλων · Πέτρου φέρε εἰπεῖν, Θωμᾶ τε καὶ Ματθαίου, ἴσως δὲ καί τινων ἄλλων Εὐαγγέλια περιεχούσας καὶ Πράξεις ἀποστόλων ἑτέρων, ὥσπερ ἃς Ἀνθρέου καὶ Ἰωάννου προβάλλονται · ὧν οὔτις τῶν ἀποστολικῶν διαδόχων καὶ τῶν καθεξῆς ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων μνείαν πεποίηται. Ὁ δ' αὖ χαρακτὴρ πόῤῥω πη ἐλαύνει τῆς ἀποστολικῆς φρά-
D σεως καὶ τοῦ ἤθους. Ἀπᾴδει μέντοι καὶ ἡ τῶν ἐπηγγελμένων ἐν τούτοις προαιρεσίς τε καὶ γνώμη · καὶ τοῦ ὀρθοῦ τῆς ἀληθοῦς δόξης μακράν που ἐκπίπτει, κἀντεῦθεν παρίσταται ὡς τὰ τοιαῦτα κακοδαιμονίας μεστῶν ἀνδρῶν εἰσιν ἀναπλάσματα. Τοίνυν μηδὲ ὡς νόθοις τούτοις προσιτέον, ἀλλ᾽ ὡς ἄτοπα πάντη παραιτητέον, καὶ φυγῇ τῇ πάσῃ φευκτέον τούτων ὡς μάλιστα · ἐκείνοις δὲ μόνοις προσεκτέον ὡς θεοπνεύστοις, καὶ πιστευτέον ἁπλῶς ὡς ἔχουσιν οὕτω λέξεώς τε καὶ φράσεως. Οἱ γὰρ θεοειδεῖς ἀπόστολοι βίῳ διαλάμποντες ὑπερφυεῖ, καὶ κατάκοσμοι τὰς ψυχὰς ὑπάρχοντες ἁπάσῃ δῆτ' ἀρετῇ, ἰδιῶται δ' ἄλλως ὄντες τὴν γλῶτταν, καὶ θάῤῥος γε

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὴν οὐ μέτριον τῇ ἄνωθεν αὐτοῖς δεδωρημένῃ δυνάμει ἀσχοῦντες, πειθοῖ λόγων τὰ τοῦ διδασκάλου πρεσβεύειν μαθήματα, οὔτε ἤδεσαν, οὔτ' ἐπεχείρουν. Τῇ παραδοξοποιῷ δὲ ξυνάμει τοῦ Πνεύματος, καὶ ταῖς τῶν θαυμάτων ἐνεργείαις εἰς ἀπόδειξιν χρώμενοι, τὴν ὑπερ[illegible]τάνων γνῶσιν κατήγγελλον, τοῦ τεχνηέντως διομιλεῖσθαι καὶ γράφειν ἐν ἐλαχίστῃ μοίρᾳ ποιούμενοι. Ταῦτο δὲ ἦσαν διαπραττόμενοι, εἰδότες ὡς μεῖζόν τινι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον διακονίᾳ ὑπηρετούμενοι. Περὶ μέντοι Κλήμεντος, Ἰγνατίου τοῦ θεοφόρου, Πολυκάρπου τε καὶ Ἰουστίνου, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστολικῶν διαδόχων, καὶ περὶ ὧν συνεγράψαντο, ἐν τῇ ἑφεξῆς ῥηθήσεται ἱστορίᾳ. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἀποστολικῶν πράξεων, καὶ ὡς διέβησαν ἕκαστος τῶν δώδεκα πρὸς Θεὸν, καὶ τίνα αὐτῶν συγγράμματα γνήσια τε καὶ ἐνδιάθηκα, ἐν τούτοις. Ἐγὼ δὲ πέρας ἤδη καὶ τῇ δευτέρᾳ μοι τῶν ἱστοριῶν ἐπιθήσω, εἰς μῆκος δὴ ἐκταθείσῃ ἐξ ἀναγκαίου· ἀρξαμένῃ μὲν ἀπὸ τοῦ ἐννεακαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος, ληξάσῃ δὲ ἄχρι καὶ τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους Νέρωνος, καθ' ὃ Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ κορυφαῖοι τῶν ἀποστόλων τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνεδήσαντο στέφανον. Περιέχει δὲ καὶ ἡ παροῦσά μοι δευτέρα τῶν ἱστοριῶν χρόνων ἐτῶν ἑβδομήκοντα καὶ τριακοσίων· ἀπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος [illegible], ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως ἑβδομηκοστὸν τέλειον ἐπεραίνετο.

A sed omnino potius detestanda, et modis omnibus quam maxime fugienda : atque aliis illis tantum ut divinitus inspiratis incumbendum, atque simpliciter ita ut etiam scripta sunt credendum. Divini siquidem apostoli, sanctitate vitæ supra naturæ captum conspicui, et omni genere virtutis in animi suis exornati, quamvis alioqui ore rudi sermoneque incompto, fiduciam tamen ex concessa eis cœlitus vi et gratia spirantes, Magistri aut doctrinam oratione ad persuadendum composita promulgare neque sciverunt, neque adeo tentarunt. Sed Spiritus sancti res longe maximas efficiente virtute, et miraculorum operibus demonstrationum et probationum loco utentes, et artificiose vel lautionis vel scriptionis rationem nullam habentes, cœlestem disciplinam annuntiarunt. Idque ita fecerunt, quod se majori cuidam, quam quod hominum assequeretur captus ministerio inservire scirent. Cæterum de Clemente et deifero Ignatio, Polycarpo et Justino, aliisque apostolorum successoribus, et quæ scripta ii Ecclesiæ reliquerint, in sequenti commemorabimus historia. Atque equidem acta apostolorum et obitus, quo ex duodecim illis quisque ad Deum transierit, scriptaque eorum germana et canonica, sic se, ut diximus, habent. **219** Finem vero jam secundo quoque tomo huic, qui necessario in tantam a decimo nono Tiberii usque ad quartum decimum Neronis annum, quo apostolorum principes Petrus et Paulus martyrii receperunt coronam evasit, magnitudinem, impono. Continet autem mihi et secunda hæc historia annos triginta septem : cum quidem a mundo condito quinquies millesimus quinquagesimus septuagesimus quintus (1), a Christi autem nativitate LXX omnino peractus esset annus (2).

(1) Secundum recentiores Chronicos 4048.

(2) Annus a nativitate Christi Salvatoris 70 incidit in tempus imperii Cæsarum Ser. Sulpil. Galbæ mensium 7. M. Sylvii Othonis mens. 3. diet. 5. et A. Vitellii mens. 8, diet. 10.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ Γ'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS III.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τίνες πρῶτοι διάδοχοι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ἐγένοντο.

Καλῶς δὲ ἄρα, οἶμαι, καὶ ὡς χρεών γε ἦν, ὁ δεύτερος τῶν τόμων ἡμῖν πέρας εἴσιον ἔσχε ταῖς ἀπο-

C

220 CAPUT I.

Qui primi sanctorum apostolorum fuerint successores.

Recte equidem, ut puto, nobis secundus tomus est absolutus, qui apostolica acta et scripta, ita ut

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

decuit, complexus, secundo loco primas præ reliquis tulit. In tertio autem, qui nunc nobis in manibus est, primam illorum successionem exponemus : quomodo scilicet divini Verbi prædicatio per universum orbem increbuerit, et qui viri maximis quibusque ecclesiis præfuerint. Continebit is quoque eam, quæ totam ubique Judæorum gentem, metropolimque eorum Hierosolyma sustulit, internecionem : nec non ecclesiasticos scriptores atque doctores, qui post occidionem eam floruerunt, et qui ex illis certamine fortiter et generose peracto martyrii tulerunt coronam, quive rursus falso nominatæ scientiæ præierunt duces. Itaque divi apostoli, sicuti diximus, per omnem dispersi terram, provincias orbis ad Evangelium prædicandum sorte partiti sunt. Petrus quidem Hierosolymis primum, deinde Galatiæ et Bithyniæ, nec non Asiæ superiori, Cappadociæ et Italiæ cunctæ verbum prædicavit. Joannes autem in Asia annis pluribus cum docuisset, diem tandem suum obiit. Andreæ porro, quæ sunt ad Exinum oræ, Scythia **223** universa, Byzantium, Macedonia et Graciæ continens, provinciæ fuere. Thomas vero Parthis, Indis et insulæ Taprobanæ Evangelium promulgavit. Ægyptum et Libyam alius, alius item extremas Oceani regiones et insulas Britannicas sortitus est. Quas provincias prope omnes tanquam cœlestis quædam volucris, Paulus orbem habitabilem circumcirca peragrans, pervolavit : et ab Hierosolymis exorsus, usque ad Illyricum summa cura et fide veræ pietatis doctrinam disseminavit, firmissimaque Ecclesiæ fundamenta jecit. Horum autem æmulatores adeo multi fuere, ut eos numerare facile non sit, qui nimirum abunde satis et de Verbo et de Spiritu cum percepissent, ut fundatas ab illis ipsi contruerent ecclesias, idonei judicati sunt, qui Domini pascerent gregem, atque in apostolorum succederent locum, accurate probeque ab illis ipsis apostolis eruditi. Quapropter ii quoque magno animo salutifera regni cœlorum semina passim severunt. Acri enim vehementique veræ philosophiæ amore perciti, primum juxta salutare præceptum egenis substantiam facultatesque suas distribuere : ac deinde liberaliter, aliis quoque inobedientibus adhuc fidei verbo gentibus, divinorum oraculorum prodidere doctrinam. Atque ubi in recens jactis fundamentis, ecclesiisque institutis, pastores ordinassent, alio ipsi se contulere. Et gratia Dei miraculis uberrime diffusa, nationes simul totas ad finem pertrahebat. Longum autem esset omnes, quicunque primæ apostolorum successionis tempore per habitabilem orbem pastores ecclesiarum apostolicam et evangelicam suscepere functionem, sigillatim recensere. Satis autem fuerit ex multis paucos referre, quos etiam monumenta apostolicæ Ecclesiæ indicavere. Primus equidem divus Paulus complurium in Epistolis suis meminit [41], quos et cooperarios et

A στολικαῖς πράξεσι καὶ γραφαῖς ἀποχρώντως ἐνδιαπρέψας, καὶ ἐκ δευτερείου τὸ τῶν ἄλλων πρωτεῖον κτησάμενος. Τῷ δ' ἀνὰ χεῖρας τρίτῳ γε ὄντι τὰ τῆς πρώτης ἐκείνων διαδοχῆς ἔσται διεξελθεῖν, ὅπως τε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν τὰ τοῦ θείου κηρύγματος ἐπιδέδωκε· τίσι τε τούτων τῶν μεγάλων παροικιῶν προστῆναι ἐκρίθη· ἔτι δὲ καὶ τὴν κατασχοῦσαν τῷ παντὶ τῶν Ἰουδαίων ἔθνει πανωλεθρίαν, καὶ αὐτῇ τῇ μητροπόλει αὐτῶν Ἱερουσαλὴμ διαληψεται, καὶ ὅσοι δὴ μετὰ ταύτην ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς καὶ διδάσκαλοι ἀνεφάνησαν· καὶ τίνες ἐκ τούτων ἀνδρικῶς διαγωνιζόμενοι τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνεδήσαντο στέφανον· τίνες δ' αὖθις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως καθηγήσαντο. Οἱ μὲν οὖν θεῖοι ἀπόστολοι ἀνὰ πᾶσαν διασπαρέντες τὴν γῆν, κλήρῳ τὴν οἰκουμένην διε-
B μερίσαντο, καθάπερ ἐρρέθη μοι· καὶ Πέτρος μὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ πρότερον, ἔπειτα Γαλατίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ, τῇ τε ἀνωτέρᾳ Ἀσίᾳ, Καππαδοκίᾳ τε καὶ Ἰταλίᾳ πάσῃ ἐκήρυττεν· Ἰωάννης δ' ἐν Ἀσίᾳ διατρίψας, χρόνῳ πολλῷ ὕστερον τὸ τέλος ἔσχεν. Ἀνδρέᾳ δὲ τὰ περὶ τὸν Εὔξεινον καὶ τὴν Σκυθίαν πᾶσαν, Βυζαντίόν τε, Μακεδονία τε, καὶ ἡ περὶ τὴν Ἑλλάδα ἤπειρος ὁ κλῆρος ἦν. Θωμᾶς δὲ Πάρθοις καὶ Ἰνδοῖς, τῇ τε νήσῳ Ταπροβάνῃ ἐκήρυττεν. Αἴγυπτου δὲ καὶ Λιβύην ἄλλος ἐλάγχανε. Τοῖς δ' ἐσχάτοις τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ ταῖς Βρεταννικαῖς νήσοις ἐφίστατο ἕτερος. Ἐπὶ δὲ τούτοις πᾶσιν οἷά τις πτηνὸς αἰθέριος ὁ Παῦλος διέθει, κύκλῳ διατρέχων τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ σπουδῇ τῇ πάσῃ τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα κρύπτων, καὶ
C τὰς κρηπῖδας ἀῤῥαγεῖς τῇ Ἐκκλησίᾳ καταβαλλόμενος. Ζηλωταὶ μὲν οὖν τούτων πολλοὶ καὶ σχεδὸν μὴ ἀριθμῷ ὑποπίπτοντες γεγόνασιν, ἱκανῶς λόγου καὶ πνεύματος ἔχοντες τὰς ἱδρυθείσας τούτοις ἐκκλησίας οἰκοδομεῖν, καὶ δόκιμοι κριθέντες ποιμαίνειν, καὶ τὴν αὐτῶν ἐπέχοντες διαδοχήν, οἷα τοῖς τοιούτοις παιδευθέντες· οἳ καὶ τὰ σωτήρια σπέρματα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀδεῶς σπείροντες ἦσαν· τῷ ῥοδῷ γὰρ τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας νυττόμενοι ἔρωτι, ἐνδεέσι τὰς οὐσίας ἐῶντες πρότερον κατὰ τὴν σωτήριον προσταγὴν, φιλοτίμως εἶχον ἑτέροις ἀνηκόοις ἔθνεσι τοῦ τῆς πίστεως λόγου τὴν τῶν θείων λόγων παραδιδόναι γραφήν. Εἶτα ἐπὶ τοῖς ξένοις θεμελίοις
D ἐγκαθιστῶντες ποιμένας, αὐτοὶ ἐφ' ἕτερα ἐπορεύοντο. Ἐπεχεῖτο γὰρ καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις αὐτανδρὰ πλήθη ἐπισπωμένη τοῖς θαύμασι. Καὶ μακρὸν ἂν εἴη πάντας καταλέγειν ἐξῆς, ὅσοι κατὰ τὴν πρώτην διαδοχὴν ἐν ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαις ποιμένες, καὶ τὸν ἀποστολικὸν καὶ εὐαγγελικὸν ἐπαναῤῥηγμένοι βίον γεγόνασι. Πλὴν ἀρκέσει δὴ ἐκ πολλῶν ὀλίγους εἰπεῖν, οὓς ὑπόμνησις ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ὑπεσημήνατο. Πρῶτος τοίνυν ὁ θεσπέσιος Παῦλος πολλῶν ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς αὐτοῦ μνείαν ποιεῖται, οὓς καὶ συνεργοὺς καὶ συστρατιώτας καλεῖ. Ἀλλὰ καὶ Λουκᾶς οὐκ ὀλίγων ἐξ ὀνόματος μνημονεύει· οἷος ἐκεῖνος Τιμόθεος τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρῶτος εἰληχὼς παροικίαν· ὡς καὶ Τίτος τῶν ἐπὶ Κρή-

[41] Philipp. II, 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

της · Βαρνάβας τε καὶ Δουκᾶς · Μάρκος τε καὶ Κρήσκης τῶν Γαλλῶν ἡγησάμενος · ἔτι δὲ καὶ ὁ ἐξ Ἀρείου πάγου σοφώτατος Διονύσιος, ὃς καὶ τῆς ἐκεῖσε καθηγήσατο μητροπόλεως · Αἶνός τε καὶ Κλήμης ὁ ἱερός · ὅ τε θεοφόρος Ἰγνάτιος, καὶ ὁ θαυμάσιος Ἀπολλὼς, καὶ οἱ ἑβδομήκοντα · καὶ ἄλλοι, οὓς οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ διαδραμεῖν.

A commilitones vocat. Sed et Lucas non paucos nominatim laudat : qualis Timotheus ille est, qui primus Ephesi sortitus est ecclesiam, sicuti et Titus Cretæ : qualis etiam Barnabas, et Lucas ipse, Marcus et Crescens, qui Gallias rexit. Præterea ex Areopagitis sapientissimus Dionysius, qui etiam Athenis metropolitanæ præfuit Ecclesiæ. **224** Linus item, et sacer Clemens, divinus Ignatius, admirandus Apollos. Item septuaginta illi omnes, atque etiam alii, quos oratione recensere facile non est.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

CAPUT II.

Περὶ τῶν μετὰ τοὺς ἀποστόλους Ῥώμης, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας καὶ Ἱεροσολύμων τῆς Ἐκκλησίας ἡγησαμένων · καὶ ἑτέρων ἀποστολικοῖς διαπρεπόντων χαρίσμασι·

De iis qui post apostolos Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ et Hierosolymis præfuerint Ecclesiæ, aliisque item viris apostolicis pollentibus donis.

Οἵ γε μὴν τῶν μεγάλων παροικιῶν προεδρεύσαντες οὗτοι ἂν εἶεν. Μετὰ Πέτρον ἐν Ῥώμῃ πρῶτος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται, Λῖνος οὗ καὶ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον ἐκ Ῥώμης γράφων, μνείαν πεποίηται. Οὗτος δ' ἐπὶ χρόνοις δέκα πρὸς δυσὶ τὴν λειτουργίαν κατασχὼν, Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου τοῦ παιδὸς χρατοῦντος, Ἀνεγκλήτῳ καταλιπὼν αὐτὴν, τοῦ βιοῦν ἀπαλλάττεται. Τίτου δὲ τῆς ἡγεμονίας τῷ δευτέρῳ ἐνιαυτῷ, Ἀνέγκλητον ἴσον δὴ χρόνον τῷ Λίνῳ τὰς ἱερὰς ἡνίας λαμπρῶς διοικήσαντα, ὁ σοφὸς διαδέχεται Κλήμης τῶν εὖ γεγονότων ὢν, καὶ εἰς Καίσαρας ἀναφέρων τοῦ γένους τὴν βλάστην · περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. Τοῦτον συνεργὸν αὐτοῦ γενέσθαι Παῦλος Φιλιππησίοις γράφων φησί · Μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ἀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Τῆς δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας μετὰ Μάρκον τὸν θεῖον εὐαγγελιστὴν πρῶτος Ἀνιανὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἐκληροῦτο. Τετάρτῳ δ' ἔτει τῆς Δομετιανοῦ ἀρχῆς δύο πρὸς εἴκοσιν ἀναπλήσας ἔτη, τὸ βιοῦν ἀπολείπει. Δεύτερος δὲ μετ' αὐτὸν Ἀβίλλιος τὸν θρόνον λαμβάνει · οὗ ἐπὶ δέκα πρὸς τρισὶ καλῶς ἱερασαμένου, Κέρδων τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας μετὰ Πέτρον τε καὶ Λουκᾶν, Εὐόδιος πρῶτος καθίστατο. Τούτου δὲ δεύτερος Ἰγνάτιος ἐγνωρίζετο. Ἐνιαυτοῖς δ' ἐπ' ἐννέα διαπρέψας, ἐπὶ Ῥώμης Τραϊανοῦ τρίτῳ ἐνιαυτῷ ὑπ' ὀδοῦσι θηρίων ἁλῄθεται. Τούτου διάδοχος τρίτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων Ἥρως ὄνομα ἦν. Τῆς δ' ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας μετὰ τὸν τοῦ Κυρίου ἀδελφὸν Ἰάκωβον, τριάκοντα ἔτη ἐπισκοπήσαντα, Συμεὼν μετὰ νὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν, ὁ τοῦ Κλοπᾶ εἴτουν Κλεόπα υἱὸς, ἀνεψιὸς δὲ τοῦ Σωτῆρος εἶναι ἐλέγετο, διάδοχος ἦν. Τρίτος δ' ἐπ' ἐκείνῳ Ἰοῦστος τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων τηνικαῦτα πολλῶν εἷς ὤν. Ἄχρι δὲ καὶ τῶν χρόνων Τραϊανοῦ τὴν ἱερατείαν οὗτοι παρεῖλκον, ἔτι τῷ βίῳ περιόντος τοῦ ἠγαπημένου καὶ μαθητοῦ. Καθ' ὃν καιρὸν καὶ Πολύκαρπος ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας διέπρεπε παρὰ Ἰωάννου τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισμένος · Παπίας τε Ἱεραπολίτης ἀνὴρ λόγῳ κεκοσμημένος, καὶ τῆς Γραφῆς ὡς

Qui vero magnarum ecclesiarum præsides fuere, ii sunt. Post Petrum Romæ primus episcopatum suscepit Linus : cujus Paulus in ea quam Roma ad Timotheum scripsit Epistola, mentionem facit. Hic cum annis duodecim episcopale administrasset ministerium, Vespasiano filiosque ejus Tito imperantibus, Anacleto id relinquens, vita excessit. Secundo porro imperii Titi anno, Anacleto, qui totidem annis magnifice Ecclesiam ibi gubernaverat, successit sapiens ille Clemens, illustri genere clarus, et ad Cæsarum gentem ortum suum referens : de quo paulo post plura, Hunc cooperatorem suum fuisse, ad Philippenses scribens testatur Paulus : *Cum Clemente*, inquiens, *et reliquis cooperatoribus meis quorum nomina in libro vitæ conscripta sunt* [42]. In Alexandrina autem Ecclesia, post divum Marcum evangelistam, episcopatum primus obtinuit Anianus. Quarto autem imperii Domitiani anno, cum viginti duos annos Ecclesiæ præfuisset, vita est defunctus. Post hunc Abillius sedem eam recepit : qui cum eam tredecim rite gubernans annis obtinuisset. Cerdoni eam successori reliquit. Antichenam autem, post Petrum et Lucam, primus Evodius gubernavit. Ab hoc secundus fuit Ignatius : is cum annos novem episcopatum decenter omnino ibi administrasset, Romæ tertio Trajani anno bestiarum dentibus est commolitus. Hujus successoris, numero ab apostolis tertii, nomen erat Heros. In Hierosolymitano vero episcopatu, quem frater Domini Jacobus triginta annos tenuerat, post Hierosolymorum eversionem, Symeon Cleophæ filius, qui patruelis Servatoris fuisse dicitur (1), illi successit. Tertius ibi ex ordine Justus, eorum qui ex Judæis tum crediderant unus, episcopus fuit : qui quidem **225** episcopi ad Trajani usque tempora functionem suam perduxerunt, cum adhuc in vivis esset dilectus ille ac discipulus. Quo tempore et Polycarpus Smyrnæ in Asia floruit, ab eo ipso Joanne episcopus creatus. Papias quoque tum Hierapolita in sua ipse patria episcopatus magistratu est functus : vir cum

[42] Philipp. IV, 3.

(1) Cleopham fratrem fuisse Josephi, sponsi Virginis matris, Hegesippus contestatus est. Infra cap. 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

eloquentie clarus, tum sacrarum Litterarum quam maxime peritus. Sed et Quadratus ea ætate prophetico dono, una cum Philippi filiabus, enituit: et alii præterea plures, apostolica gratia illustres atque conspicui, apostolorumque successionem sortiti. Verum de Clemente, Ignatio, Polycarpo et Papia, quæ par erit, deinceps in hoc ipso libro narrabimus. In præsentia enim ea tantum, quæ ad primam apostolorum successionem pertinent, ostendere instituimus.

μάλιστα ἔμπειρος, τῆς αὐτοῦ πόλεως ἱερατικῶς προεδρεύων. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ Κοδρᾶτος διέλαμπε προφητικῷ χαρίσματι σύναμα ταῖς Φιλίππου θυγατράσιν ἐνδιαπρέπων. Καὶ ἄλλοι πλείους κατὰ τούτους ἦσαν, ἀποστολικοῖς χαρίσμασιν ἐκφανεῖς, τὴν μετὰ τοὺς ἀποστόλους διαδοχὴν κληρωσάμενοι. Περὶ μέντοι Κλήμεντος, Ἰγνατίου, Πολυκάρπου τε καὶ Παπίου τὰ εἰκότα τοῖς ἐφεξῆς ἡ παροῦσά μοι διαλήψεται ἱστορία. Νῦν γὰρ, ὅσον τὸ τῆς ἀποστολικῆς διαδοχῆς πρώτως ἐνδείξασθαι προέθετο.

CAPUT III.

Quæ causa Romanis fuerit Judæis belli inferendi. Quanto tempore Judæi post Christum bello impetiti non sint. Et ut fideles homines per revelationem admoniti Hierosolyma reliquerint, et Pellam migrarint. Et quanto tempore alienigenæ ex Herode progeniti apud Judæos reguum obtinuerint.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Τίνα αἴτια τῆς κατὰ Ἰουδαίους μάχης τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο· καὶ πόσον χρόνον Ἰουδαῖοι μετὰ Χριστὸν ἀπολέμητοι διέμειναν· καὶ ὡς οἱ πιστοὶ δι' ἀποκαλύψεως λιπόντες τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἰς τὴν Πέλλαν ᾤκησαν πόλιν. Καὶ ὅσον καὶ ἐπὶ πόσον χρόνον οἱ ἐξ Ἡρώδου ἀλλόφυλοι τοῦ Ἰουδαίων ἦρξαν ἐθνους.

Nunc vero operæ pretium est referre, quomodo Judæorum adversus Romanos motum sit bellum: quæ causæ simul et prodigia Hierosolymorum præcesserint eversionem: et quomodo tandem ea urbs perpetratæ in Christum impietatis insanæque vecordiæ pœnas luens, sit eversa. Atque equidem quæ sub imperio Neronis, et ante id Felice post Pilatum Judæam provinciam obtinente, Judæis acciderint (1), clades, cum pontifices civilibus armis contra se invicem et adversus primores civitatis armarentur, et unusquisque eorum ad res novas spectans, ducem se ipsum constitueret, nemine id prorsus prohibente: cumque summa esset et sacerdotum impudentia, et rebellium sicariorum licentia: tum autem cum pontifex Jonathas et multi insuper alii præclari viri clam occiderentur: denique cum pseudopropheta Ægyptius quam plurimis seductis triginta millia hominum perderet, et reliqua in perturbato civitatis statu, nemine vel imperandi vel parendi officium præstante, committerentur, in proximo exposuimus libro. Decimo sane imperii Neronis anno maximum exortum esse bellum, magnamque universæ Judæorum genti accidisse calamitatem, Josephus commemorat (2): et præter plurima alia detrimenta, circiter decem millia eorum qui **226** honores magistratusque apud Judæos gesserunt, flagris concisos Hierosolymis, et tandem in crucem actos a Floro (3) gravem præterea tumultum contra Judæos per omnem Syriam motum esse tradit, cum ex universa gente plerique a civitatum incolis non aliter atque ab hostibus tam crudeliter cæderentur, ut passim in civitatibus loca omnia conspicerentur jacentium insepultorum cadaverum plena, puerorum simul et senum, mulierum quoque, quarum ne pudendæ quidem partes contectæ fuissent. Et quamvis tota ea provincia innumeris esset referta cladibus, tamen ea quæ fuerant ab unoquo-

Τοῦ λοιποῦ δὲ προὔργου γενήσεται διελθεῖν τῷ παρόντι λόγῳ, ὅπως ἡ κατὰ Ἰουδαίους πρὸς Ῥωμαίους ἀνεκινήθη μάχη· τίνα τε αἴτια καὶ σημεῖα τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀλώσεως προηγήσαντο, καὶ ὡς τέλεον διεφθάρησαν δικαίαν τινύντες δίκην τῆς κατὰ Χριστοῦ μανίας καὶ ἀσελγείας. Ὅσα μὲν οὖν τούτοις ἐν ταῖς ἀρχαῖς Νέρωνος, Φήλικος τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἰουδαίας μετὰ Πιλᾶτον διέποντος, συνέβη παθεῖν, τῶν ἱερέων κατ' ἀλλήλων καὶ πρὸς τοὺς πρώτους ὁπλιζομένων τῆς πόλεως, καὶ ὡς ἕκαστος νεωτερίζων ἡγεμὼν ἦν, οὐδενὸς ὄντος τοῦ ἐπιπλήσσοντος· περί τε τῆς τῶν ἱερέων ἀναιδείας καὶ τῶν νεωτεριζόντων σικαρίων ληστῶν· ἔτι δὲ ὡς ἀρχιερεὺς αὐτῶν Ἰωνάθης καὶ πολλοὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπισήμων κρύφα διεφθάρησαν· προσέτι δὲ καὶ ὡς τρισμυρίους ὁ ψευδοπροφήτης Αἰγύπτιος ἀπατήσας πλείστους διέφθειρε· καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀναρχίας αὐτῶν ἰδιώματα ἐν τῇ πρὸ ταύτης διελάβομεν ἱστορίᾳ. Δεκάτῳ δ' ἔτει τῆς ἀρχῆς Νέρωνος μέγιστον ἀναῤῥιπισθῆναι πόλεμον Ἰώσηπος ἱστορεῖ, καὶ πολλὴν τῷ παντὶ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων γενέσθαι τὴν συμφοράν· ἐπὶ δὲ πλείστοις ἄλλοις μυρίους ὅσους τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἐν τιμαῖς ὄντας μάστιξιν αἰκισθέντας ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Φλώρου ἀνασταυρωθῆναι δηλοῖ· καί τινα δὲ δεινὴν ταραχὴν Ἰουδαίοις κατειληφέναι καθ' ὅλην τὴν Σωρίαν πανταχόσε τῶν ἀπὸ τοῦ ἔθνους πρὸς τῶν κατὰ πόλιν ἐνοίκων τρόπῳ πολεμίων ἀνηλεῶς πορθουμένων, ὥστε ὁρᾶν τὰς πόλεις μεστὰς ἀτάφων σωμάτων, καὶ νεκροὺς ἅμα νηπίοις γέροντας ἐῤῥιμμένους· γύναια δὲ μηδὲ τῆς ἐπ' αἰδὼ σκέπης μετειληφότα· καὶ πᾶσαν μὲν τὴν ἐπαρχίαν μεστὴν ἀδιηγήτων συμφορῶν· μείζονα δὲ τῶν ἑκάστῳ τετολμημένων τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπειλουμένοις ἀναστάτωσιν. Ταῦτα μὲν πρὸ τοῦ πολέμου ἡγήσασθαι Ἰώσηπος ἱστορεῖ· ἐπεὶ δὲ τὴν πρὸς Ῥωμαίους ὑποταγὴν Ἰουδαῖοι εἰς προῦπτον ἀπεώσαντο, Νέρων τῷ κατ' ἐκείνων ὑπερζέσεως θυμῷ, Οὐεσπεσιανῷ καὶ τῷ ἐκείνου παιδὶ Τίτῳ, ἐξ Ἀχαΐας καὶ Ἰταλίας ἀγέ-

(1) Seditio et intestinum bellum obortum in singulis civitatibus loca omnia in Judæa sanguine et cadaveribus implevit (Joseph. *De bell Jud.* lib. IV, cap. 9; Hegesipp. lib. IV, cap. 6.)

(2) Lib. XX, cap. ult. *De bell. Judaic.* lib. II, cap. 13.

(3) Tacit. lib. XXI de avaritia et crudelitate Cestii Flori, Judææ procuratoris.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρωμον στρατιὰν ἀθροίσας, κατὰ Ἱεροσολύμων ἐπεμπε, ταῖς εἰρημένοις ἐπιτρέψας πολιτείαν. Οὐεσπασιανὸς τοιγαροῦν ταῖς κατὰ Ἰουδαίων ἐναπορυνόμενος νίκαις, ἐπὶ μᾶλλον προὐχώρει· Ἰουδαῖοι δὲ μὴ μόνον κατὰ Ῥωμαίων ὡπλίζοντο, πολλῷ δὲ μᾶλλον κατὰ Χριστοῦ· μυρίας δ' ἐπιβουλὰς κατ' ἐκείνων κεχρημένοι, καὶ τοῖς κατ' αὐτοῦ φόνοις ἔχαιρον, ὡς εἶδεν Στέφανος καὶ ὁ τοῦ Ζεβεδαίου Ἰάκωβος, καὶ ὁ κατὰ τὸν ἀμώνυμος ὁ τοῦ Κυρίου καταγνήτης, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι. Τῶν δὲ λοιπῶν ταῖς ἐκείνων ἐπιβουλαῖς τῆς Ἰουδαίας ἀπαλληλαμένων γῆς· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοῦ λαοῦ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ Ἐκκλησίας μυστικοῖς τισι καὶ θείοις χρησμοῖς τῶν τινι δοκίμων ἀποδρᾶσις δ' ἀποκαλύψεως ἐκδοθεισι, πρὸ τοῦ πολέμου, λόγος ἔχει μετανασθῆναι τῆς πάλεως, καί τινι πόλει προσοικεῖν καλευσθῆναι· Πέλλα ἦν αὐτῇ ὄνομα· ὡς ἂν γε πανταπασι τῶν θείων ἐκλελοιπότων ἀνδρῶν, αὐτὴν ὡς οἶα καθίδραν καὶ μητρόπολιν ἀρχικὴν, καὶ τὴν ταύτης περίχωρον Ἰουδαίαν, ὡς πλεῖστα δὴ κατὰ Χριστοῦ καὶ τῶν θείων αὐτοῦ φοιτητῶν κακὰ διαπεπραγμένην, ἡ τοῦ Θεοῦ μετέλθοι δίκη, ἵνα γε πάμπαν ἡ γενεὰ ἐκείνων ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθείη. Ἐκ' ἔτη μὲν οὖν τεσσαράκοντα μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ Σωτῆρος ἀπείρατοι διεμεμενήκασι, τοῦ Θεοῦ μετανοίας καιρὸν ὑπανοίγοντος ἐκ τε τῆς διατριβῆς καὶ διδασκαλίας, πρὸς δὲ καὶ παραδόξου ἐργασίας τῶν ἱερῶν ἀποστόλων. Ὡς δ' ἐπιστροφῆς ἥκιστα εἶχον, οἷα δὴ τινος ἔρκους ἀφαιρεθέντος, ἐφ' ἑαυτοὺς τὴν θεήλατον πανωλεθρίαν, Θεοῦ τὰ εἰκότα κρίνοντος, ἐπεσπάσαντο. Ἔτη μὲν γὰρ ἑκατὸν ὑπὸ ἀλλοφύλων Ἰουδαῖοι κατήρχοντο· Ἡρῴδης μὲν γὰρ ὁ πρῶτος ς' ἔτη ζ' πρὸς λ' ἦρξε, μεθ' ὃν Ἀρχέλαος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ἐννέα· τούτῳ δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἡρῴδης διάδοχος γίνεται· ὃς καὶ τὸν Βαπτιστὴν ξίφει ἀνεῖλε, τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη διαγεγονώς. Μετὰ τοῦτον Ἀγρίππας, ὁ καὶ Ἡρῴδης καλούμενος, ὁ τὸν Ἰάκωβον ἀνελὼν μαχαίρᾳ, ἔτη ζ'. Τοῦτον δὲ ὁ υἱὸς αὐ-οῦ διαδέχεται, Ἀγρίππας δὲ καὶ οὗτος ὠνόματο ὁ νεώτερος, ἐφ' οὗ Παῦλος [illegible]σία ἐχρήσατο. Εἴκοσι δὲ πρὸς τρισὶν ἔτη τετελεκὼς διαγέγονεν, ἕως οὗ τὴν παντελῆ πανωλεθρίαν ἔσχον Ἱεροσόλυμα.

A que perpetrata scelera superabat ea, quæ per minas denuntiata fuerat, eversio. Hæc quidem bellum præcessisse, Josephus, scribit. Sed enim num Judæi aperte Romanis rebellarent. Nero contra eos ira exarsit : et Vespasianum filiumque ejus Titum ex Achaia et Italia cum exercitu valido et insolenti adversus Hierosolyma, urbis ejus obsidione illis mandata, misit. Vespasianus porro ex plerisque, quas a Judæis retulit victoriis, gloria parta, bellum id magis magisque prosecutus est : et Judæi non tantum contra Romanos, verum etiam contra Christum ipsum arma sumpserant. Et cum innumeras Romanis tetenderunt insidias, tum Christianorum cædibus sunt lætati. Id quod satis indicavit Stephanus ipse, Zebedæi filius Jacobus, atque cognominis ipsius Domini consobrinus, atque alii quam plurimi. Si qui vero adhuc erant reliqui, persecutione eorum Judæa sunt expulsi. Quin imo plebs Hierosolymitanæ Ecclesiæ universa, arcanis quibusdam et divinis responsis, quæ probatis quibusdam ibi viris per secretam revelationem reddita sunt, admonita, ante ipsum bellum civitate excessit : et in oppidum quoddam cui Pella nomen erat, ita ut jussa fuerat, commigravit : ut scilicet a piis divinisque viris omnibus derelicta ipsa Hierosolymorum civitate, tanquam cathedra et primaria metropoli, finitimaque et Judæa, quod contra Christum divinosque ejus apostolos mala quam plurima perpetrassent, divinam exciperent vindictam, universaque eorum natio ex hominum numero tolleretur. Annis sed enim quadraginta post ascensionem Servatoris in cœlos (1), Judæi aperto bello oppugnati non sunt : quod Deus illis [illegible] tempus præberet, eosque ad resipiscendum vita, doctrina 227 admirandisque operibus divorum apostolorum invitaret. Cum autem minime ut converterentur curarent, tanquam claustro quopiam et obice sublato, divinitus ingruentem sibi internecionem, justo judicio Dei, in seipsos pertraxerunt. Enimvero annos centum sub alienigenis fuerunt regibus. Herodes enim primus annis triginta septem eorum regnum tenuit, post hunc Archelaus filius ejus annos novem : cui frater ejus Herodes (2) succedens, is qui Baptistam gladio sustulit, viginti quatuor annos regnavit. Deinde Agrippa, qui et Herodes (3) nominatus est, et Jacobum interemit, annos septem : atque hujus successor filius ejus fuit Agrippa et ipse, junior scilicet, appellatus : apud quem libere pro se Paulus causam dixit. Viginti autem et tres annos is regnum administravit, quoad usque occidione Hierosolyma prorsus interiere.

B

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Ὅτι καὶ πρὸ καιροῦ σημεῖα θεόθεν μέγιστα ἔπτα τὰ καταληψόμενα πάθη τὴν Ἱερουσαλὴμ προσημαίνων.

Καὶ παράδοξοι δὲ θεσημεῖαι τὸ μέλλον ὅσον οὔπω συμβαίνειν τεκμηρίοις δή τισιν ἀριδήλοις ὑπεφαι-

CAPUT IV.

Ut ante bellum Judaicum maxima septem prodigia divinitus cladem Hierosolymitanam portenderint.

Cæterum signa mirifica apertis quibusdam indiciis cladem jamjam advenientem prædicabant, ut

C

D

(1) Regnum ab Antonio Herodi datum, victor Augustus auxit : et gentem Judæorum coercitam, liberi Herodis quadripartito rexere. Sub Tiberio quies, C. Cæsaris mors motum Judaicum diremit. Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis Judæam provinciam æquilibus Romanis aut libertis permisit. Duravit tamen patientia Judæis usque ad Cestium Florum procuratorem : sub eo bellum ortum. Tacit. lib. xxi.

(2) Antipas.

(3) Priscus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

etiam Josephus ipse in VI *Historiarum* libro ostendit. « Miserandam igitur plebem, inquit, seductores illi a Deo longe aberrantes, tum suadendo decipiebant, certisque et claris indiciis desolationem et vastitiem futuram aperte indicantibus, nec animum adhibebant, nec fidem habebant : sed tanquam fulmine afflati atque consternati, qui neque oculos, neque mentem haberent, prædictiones Dei contemnebant (1). » Sed quænam tandem ea fuere signa (2)? Stella equidem crinita, gladio persimilis, anno toto supra urbem lucere visa est. Die Azymorum quodam. Aprilis mensis nono, hora quoque noctis nona, lucis splendor aram et templum ipsum ita illustravit, ut dies clara esse videretur : atque is splendor ad dimidiam duravit horam. Tertio porta urbis ad orientem spectans, ex solido ære facta, quæ propter ponderis magnitudinem vix circa crepusculum a viginti clausa erat viris, **223** ferreis suffulta vectibus, altissimisque in solo firmata palis, circiter horam noctis sextam sua sponte visa est aperiri. Ante solis quoque occasum in nubibus sublimes currus, et acies emicantes urbesque obsidentes apparuere. Die etiam quodam apud illos festo, Scenopegiam vocant, cum sacerdotes noctu more suo ad sacrum ministerium suum obeundum irent, fragorem et motum quemdam sensisse, ac deinceps vocem ingentem audisse traduntur, quæ migrandum inde esse denuntiaret. Quarto ante bellum anno vir quidam nomine Jesus, agrestis admodum et infimæ sortis homine (cui Anani nomen erat) prognatus, cum ingens pax et tranquillitas in urbe esset, derepente in templum ingressus : « Vox, inquit, ab Oriente, vox ab Occidente, vox a quatuor ventis, vox super Hierosolyma et ipsum templum, vox super sponsos et sponsas, vox super populum omnem. » Die autem noctuque hæc vociferans circuibat. Quapropter nonnulli tanquam mali ominis sermone ejus commoti, comprehensum eum plagis mactarunt. Ille vero minime movebatur, neque quidquam de seipso verebatur, et verba ea jam sibi consueta inclamare pergebat. Quin etiam ad Romanum præsidem adductus, cum itidem ibi verberaretur, non aliud prolocutus est verbum, neque etiam lacrymas emisit : sed miserandum tantum in modum lamentans, ad plagam unamquamque : « Væ, væ Hierosolymis ! » exclamavit. Bos quoque Azymorum die festo ad sacrificium in medium adducta templum, spectantibus omnibus agnum edidit. Idem ipse Josephus aliud quiddam magis admirandum refert : oraculum videlicet quoddam in sacris Litteris inventum esse, eo ipso tempore (3) ex popularibus eorum quemdam

A νον, ὡς καὶ αὐτὸς Ἰώσηπος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Συγγραφῶν ἱστορεῖ. « Τὸν γοῦν ἄθλιον, φησὶ, δῆμον οἱ μὲν ἀπατεῶνες καὶ ψευδόμενοι τοῦ Θεοῦ τηνικαῦτα παρέπειθον · τοῖς δ' ἐναργέσι καὶ προσημαίνουσι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ἐρημίαν οὐ προσεῖχον, οὔτ' ἐπίστευον · ἀλλ' ὡς ἐμβεβροντημένοι, καὶ μήτε ὄμμασι μήτε ψυχὴν ἔχοντες, τῶν τοῦ Θεοῦ κηρυγμάτων παρῆκουον. » Τίνα δὲ τὰ σημεῖα ; Ἀστὴρ μὲν γὰρ κομήτης ῥομφαίᾳ παραπλήσιος ἐπ' ἐνιαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως λάμπων ἐωρᾶτο · ἐν δὲ τῇ τῶν Ἀζύμων ἡμέρα ἐννάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς ἐν ὥρᾳ νυκτὸς ἐνάτῃ, αἴσλη φωτὸς τόν τε βωμὸν καὶ τὸν νεὼν περιέσχεν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν φαίνειν λαμπράν · καὶ εἰς ἥμισυ ὥρας διέμεινε. Τρίτον ἡ πρὸς ἕω πύλη τῆς πόλεως χαλκοῦ πεποιημένη, τῷ στιβαρῷ τοῦ μεγέθους μόλις ὑπὸ εἴκοσι κατα δείλην περικεκλεισμένη ἀνδρῶν, σιδηροῖς μὲν ἐπερειδομένη μοχλοῖς βαθυτάτους δ' ἔχουσα παταπῆγας εἰς τὸν οὐδὸν, περὶ ἕκτην ὥραν νυκτὸς αὐτομάτη ὤφθη ἀνεῳγμένη. Πρὸ δὲ ἡλίου δυσμῶν καὶ μετέωρα ἅρματα καὶ στρατόπεδα τῶν νεφελῶν διάττοντα καὶ τὰς πόλεις κυκλοῦντα ὤφθη. Κατὰ δὲ μίαν τῶν παρ' ἐκείνοις ἑορτῶν, Σκηνοπηγίαν καλοῦσιν αὐτὴν, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς ἐλθόντες, ὥσπερ ἦν ἔθος ταῖς λειτουργίαις, κτύπου τινὸς, καὶ κινήσεως αἰσθέσθαι, ἔπειτα δὲ καὶ ἀθρόας ἀκοῦσαι φωνῆς λέγονται, Μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν, λεγούσης. Καὶ πρὸ τεσσάρων δ' ἐτῶν τοῦ πολέμου ἀνήρ τις, ὄνομα Ἰησοῦς, ἄγροικος καὶ ἐκ ἰδιώτου προελθών, Ἄνανος τὴν κλῆσιν, βαθείας εἰρήνης ἐπεχούσης τὴν πόλιν, ἐξαπίνης κατὰ τὸ ἱερὸν εἰσδραμὼν, Φωνὴ, ἔλεγεν, ἀπὸ ἀνατολῶν, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, φωνὴ ἐπὶ Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ναὸν, φωνὴ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, φωνὴ ἐπὶ πάντα τὸν λαόν · νύκτωρ δὲ καὶ μεθημέραν τοῦτο κεκραγὼς περιῄει. Τινὲς οὖν πρὸς τὸ δύσφημον ὀξυνόμενοι, συλλαμβάνοντες ἤκιζον. Ὁ δὲ ἥκιστα ἐπιστρέφετο · οὔτε μὴν περὶ ἑαυτοῦ δυσωπῶν ἦν · τὰ σύνηθες δὲ βοῶν διετέλει. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ Ῥωμαίων ἄρχοντι παριστὼς καὶ τυπτόμενος ἄλλο πλέον λέγειν οὐκ εἶχε, μηδαμῶς δὲ δακρύων, ὀλοφυρόμενος ἅ οἷον οἰκτιστον πρὸς ἑκάστην πληγὴν, Αἲ αἲ Ἱεροσολύμοις ! ἐβόα. Καὶ βοῦς δὲ κατὰ τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν εἰς θυσίαν ἀχθεῖσα ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ, πάντων ὁρώντων ἄρνα γεννᾷ. Ὁ δ' αὐτὸς ἱστορεῖ καί τι ἄλλο παραδοξότερον · χρησμὸν καὶ γὰρ φησιν εὑρεθῆναι τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν, ὡς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐγχώριός τις αὐτῶν τῆς οἰκουμένης πάσης κατάρξει. Ὁ μὲν οὖν Ἰώσηπος εἰς Οὐεσπεσιανὸν ἀνείληφε τὸν χρησμόν. Ἀλλὰ μόνης Ῥώμης, ὦ οὗτος, καὶ οὐχὶ πάσης ἄρχει τῆς γῆς. Πολλῷ δ' ἂν εἴη προσῆκον. πρὸς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἀναφέρεσθαι, πρὸς ὃν καὶ ὁ ἐν Ψαλμοῖς χρησμὸς ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἀκ-

B

C

D

(1) » Hierosolymitanum excidium Petrus quoque et Paulus apostoli in sermonibus suis prædixerunt.» (Lact. lib. IV, cap. 21.)

(2) » Evenerant, prodigia, quæ neque hostiis neque votis piare fas habet, gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa. Visæ per cœlum concurrere acies, rutilantia arma, et subito nubium igne collucere templum. Expassæ repente delubri fores. Et audita major humana vox : Excedere deos, Simul ingens motus excedentium, quæ pauci in metum trahebant. » (Tacit. ut supra.)

(3) « Percrebuerat Oriente toto vetus et constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur. Id de imperatore Romano, quantum eventu postea patuit prædictum. Judæi ad se trahentes, rebellarum : cæsoque præposito, lega-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φέρεται, Αἰτησαι παρ' ἐμοῦ, λέγοντος, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατασχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Οὗ τῶν μαθητῶν καὶ ὁ φθόγγος εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν γῆν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τῶν ῥημάτων ἡ δύναμις. Τούτων δὲ ἤδη προειρημένων, ἐπὶ τὰ ἑξῆς τῆς ἱστορίας προΐωμεν.

universo orbi imperaturum. Et Josephus quidem responsum id ad Vespasianum imperatorem retulit. Sed ille Romanæ tantum urbis, non universi terrarum omnium orbis imperium obtinuit. Rectius itaque oraculum Iste Servatori et Domino nostro accommodetur, ad quem et illud Psalmi responsum a Patre refertur, *Postula a me*, dicente, *et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.* Cujus etiam discipulorum *vox in omnem exivit terram, et ad terminos orbis verba eorum.* Atque his ita præmissis, ad historiam ipsam devenimus.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

229 CAPUT V.

Ὡς μετὰ Νέρωνα οἱ περὶ Γάλβαν καὶ Ὄθωνα, εἶτα Οὐιτέλλιος, εἶτα Οὐεσπασιανὸς Ῥωμαίων ἄρχει· καὶ κατάλογος μερικὸς τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων τῇ Ἱερουσαλὴμ δεινῶν.

Ut post Neronem Galba et Otho et Vitellius, et deinde Vespasianus Romanis imperarit : et particularis commemoratio calamitatum, quæ sub Vespasiano Hierosolymis acciderunt.

Νέρων μὲν οὖν τέσσαρας ἐπὶ δέκα αὐταρχήσας ἐνιαυτούς, τοῖς περὶ Γάλβαν καὶ Ὄθωνα καὶ Οὐιτέλλιον τὴν ἀρχὴν αἰσχρῶς καταλιπὼν, τὸν βίον μετήλλαξε. Καὶ οὗτοι δ' ἐπ' ἐνιαυτῷ καὶ μησὶν ἓξ ὅσον διεσθαρέντες, Οὐεσπεσιανῷ τῆς αὐτοκρατορίας παραχωροῦσι, τοῖς κατὰ Ἱεροσολύμων τροπαίοις κλητιξομένῳ. Καὶ τοίνυν ὑπὸ τῶν συνόντων στρατευμάτων ἀναγορευθεὶς, τῷ μὲν υἱῷ Τίτῳ τὸν κατὰ Ἰουδαίων πόλεμον ἐγχειρίζει· αὐτὸς δ' οἷ τάχους εἶχεν, ὅλαις ἡνίαις τὴν ἐς Ῥώμην φέρουσαν ἤλαυνεν. Ἀλλ' ὅσα εἰς ἅπαντα τῆς Ἰουδαίας τὸν τόπον συνερρύηκασι· οἵαις τε συμφοραῖς τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπανταχοῦ συνηλάθη· καὶ ὡς διαφόροις θανάτων εἴδεσι, τὸ δὲ πλέον λιμῷ καὶ ξίφει μυριάδες ἠδηδὸν διεσθάρησαν· ὅσαι τε κατὰ χώρας πολιορκίαι προὐδήσαν· καὶ τὸ τελευταῖον, ὡς ἐπ' αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς οἷα ἕρκος τι τῶν ἀμάχων καταπεφευγότες, οὐδ' ἀκοῦσαι φορητὰ πεπόνθασι· τήν τε διακεκευὴν ἅπασαν τοῦ πολέμου, ἕκαστά τε τῶν ἐν μέρει ἑκάστοις τηνικάδε γεγενημένων· καὶ ὡς τὸ πάλαι δὴ τοῖς προφήταις εἰρημένον, τὸ τῆς ἐρημώσεως βδέλυγμα τῷ περιδοήτῳ ἔστη νεῷ, πυρὸς εἰσάπαν ἀνάλωμα γενομένῳ, ἐκ τῶν τῷ Ἰωσήπῳ εἰρημένων πάρεστιν ἀναλέγεσθαι. Τοῦτό γε μὴν προσῆκον ὑποσημήνασθαι, ὡς αὐτὸς οὗτος περί που τὰς τριακοσίας μυριάδας ἱστορεῖ, πλῆθος εἰσρυῆναι ἐκ πάσης Ἰουδαίας κατὰ τὸν ναῦ Πάσχα καιρόν, καὶ οἷά τινι περικλεισθῆναι φρουρᾷ. Ἔχρῃν γὰρ κατ' αὐτάς γε πάντως τὰς ἡμέρας καὶ τούτους ὑποστῆναι τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα λύττης τὸν ἀλεθρον, καὶ τῆς θείας δίκης πειρᾶσθαι, καθ' ἃς ἐκεῖνοι τὴν κατὰ Χριστὸν

Nero cum quatuor decim annos imperasset, Galbæ, Othoni et Vitellio turpiter imperio relicto, vitam finivit : atque ii etiam unius anni et mensium sex tempore ævi disperierunt : et Vespasiano, qui tum adversus Hierosolyma bellum gerens multis fuerat tropæis nobilitatus, imperium reliquere. Ubi a militaribus copiis quæ cum ipso erant, imperator renuntiatus, filio Tito bellum Judaicum mandavit : ipse autem, quanta potuit celeritate, Romam contendit. Porro quanta in omnes Judææ partes mala pervenerint, quibusve cladibus ubique gens Judæorum sit conflictata, quam varia etiam mortis specie, in primis vero fame et ferro, multa millia omnis ætatis hominum interierint, et quæ seorsim oppida obsessa fuerint : postremoque cum undequaque omnes ipsa Hierosolyma tanquam in propugnaculum inexpugnabile confugissent, quæ audita quoque tolerabilia non sunt (1), pertulerint : item, qui belli totius fuerit apparatus, aut quæ seorsim cuique tum dura atque acerba acciderint : denique ut desolationis abominatio, pro eo atque dudum a prophetis prædictum fuerat, in celeberrimo illo templo, quod quidem incendio fœde vastatum est, steterit : ea omnia ex Josephi Historia peti possunt. Illud certe quidem modis omnibus indicare convenit, eumdem ipsum historicum alicubi referre, ad ter centenas myriades hominum multitudinis ex universa Judæa (2), ipsis Paschæ feriis, Hierosolyma confluxisse, atque eam ibi perinde atque in custodia et carcere circumclusam et obsessam esse (3). Æquum enim erat, eis ipsis diebus, quibus

[a] Psal. II, 8. [b] Psal. XVIII, 5.

tum insuper Syriæ consularem suppetias ferentem rapta aquila fugaverunt. » (Sueton. in Vespas.) « Pluribus persuasio inerat, antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens, profectique Judææ rerum potirentur. Quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant. (Tacitus.)

(1) Hierosolymorum urbem munitissimam fuisse, testatur Tacitus lib. XXI : « Sed urbem arduam situ operis molesque firmaverant, etc. Alia intus mœnia regiæ circumjecta, conspicuoque fastigio turris, Antonia in honorem M. Antonii ab Herode appellata. Templum in modum arcis, propriique muri, labore et opere ante alios. Ipsæ porticus, quæ templum ambiebatur, egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, etc. Prævideranl conditores ex diversitate morum creba bella ; inde cuncta, quamvis adversus longius obsidium. Et a Pompeio expugnatis metus atque usus pleraque monstraverat. Atque per avaritiam Claudianorum temporum, empto jure muniendi, struxere muros in pace tanquam ad bellum, magna colluvie et cæterarum urbium clade aucti. » (Hæc Tac. ut supra.)

(2) Hoc est, tricies centena millia hominum.

(3) « Multitudinem obsessorum omnis ætatis, virilis ac muliebris sexus, sexcenteua millia fuisse accepimus. » (Tacitus, ut supra.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tanto studio ad Christi Servatoris benefactorisque omnium cædem furibunde acti fuerant, virumque sanguinarium et homicidam summis illius beneficiis præposuerant, regnum quoque ejus (Cæsari addicti) proterve rejecerant, propter eum quem in Servatorem evomuerant rabidum furorem divinam experiri **230** vindictam, extremumque subire exitium, atque ita condignam factis suis reportare gratiam et compensationem. Atque equidem prætereundum etiam esse duxi, quas illi vel a ferro, vel ab aliis belli tormentis acceperint clades : et eas tantum persequar calamitates, quas rerum omnium inopia et fame sunt perpessi. Sic enim abunde satis, qui historiam hanc aliquando legent, omnibus ostendam, non ita diu patratæ in Servatorem vesanæ et protervæ procacitatis (1), condigna cunctatam esse vindictam. Porro calamitatem eam plane tragicam nobis in quinto libro Historiarum suarum Josephus clare exponit, hiece propemodum verbis :

A τὸν Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην πάντων μιαιφονίαν κατέσπευδον, ἄνδρα φονέα τῆς ἐκείνου εὐεργεσίας ἀντάλλαττόμενοι, καὶ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἀφιστάζοντες, καὶ τῷ Καίσαρι προστιθέμενοι, λαμπρῶν γε καὶ ἀξίων ἀπολαύοντες ἀμοιβῶν. Ἔγωγ' οὖν παραδραμεῖν οἶομαι δεῖν, ὅσα διὰ ξίφους καὶ ἄλλοις μηχανημάτων εἴδεσιν αὐτοῖς ἐπέρρωσε τῶν δεινῶν· ὅσαις γε μὴν ὑπὸ λιμοῦ περ πεπτώκεσαν συμφοραῖς παραθέμενος, ἀποχρώντως ἂν ἔχοιμι δεῖξαι τοῖς τῇ παρούσῃ ἐντυγχάνουσι ξυγγραφῇ, ὡς οὐκ εἰς μακρὰν τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα παροινίας ἐπαξία μετελήλυθε νίκη. Ταύτην δ' ἡμῖν ἡ τῶν ἱστοριῶν Ἰωσήπου πέμπτη σαφῶς διηγήσεται τὴν τραγῳδίαν· ἐκεῖσε καὶ γὰρ αὐταῖς λέξεσαν οὕτω φησί·

CAPUT VI.

Ex quinta historia Josephi de captivitate Judaica expositio, ut fames Judæos afflixerit.

B ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

Διήγησις ἐκ τῆς πέμπτης ἱστορίας τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως Ἰωσήπου περὶ τοῦ συντρίψαντος Ἰουδαίους λιμοῦ.

Opulentioribus sane quidem, quod in urbe manserant, exitio fuit. Non pauci enim sub prætextu initi de fuga consilii, propter opes suas trucidabantur (2) : et una cum fame seditiosorum crescebat recordia, et in dies utrisque adaugebantur calamitates. In publico equidem nullum erat frumentum. Quare impetu in domos facto, eas scrutati, farra inquirebant. Quæ, sive invenissent, possessores tanquam ea pernegassent, verberabant : seu non invenissent, nihilominus tamen veluti ea majore cura et diligentia occultassent, torquebant. Indicium autem vel habere, vel non habere eos frumenta, corpora ipsa miserorum faciebant : quæ C quicunque adhuc robustiora haberent abundare alimentis videbantur : qui autem jam contabuissent, præteribantur. Ac præter rationem esse prædones judicabant, si eos ferro necarent, qui primo quoque tempore penuria essent interituri. Multi clam possessiones suas modio uno, siquidem ditiores essent, tritici : sin indigentiores, hordei permutabant. Deinde in abditissima quæque ædium conclavia sese abdentes quidam propter famem summam, frumentum ipsum inelaboratum edebant. Quidam vero, prout necessitas extrema timorque cohortabantur, id in panis formam redigebant : neque uspiam mensa proponebatur, sed ex igne ipso extracta, adhuc incocta et cruda frumenta rapiebant. **231** Miserandæ profecto tales fuere epulæ et D dignum lacrymis prorsus spectaculum. Potentiores namque abundabant, superioraque omnia habebant : imbecilles autem et inopes lugebant et lamentabantur. Fames porro cum reliquas omnes antecellit ærumnas, tum pudorem etiam tollit. Nam

Διήγησις ἐκ τῆς πέμπτης ἱστορίας τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως Ἰωσήπου περὶ τοῦ συντρίψαντος Ἰουδαίους λιμοῦ.

« Τοῖς γε μὴν εὐπόροις καὶ τὸ μένειν πρὸς ἀπωλείας ἴσον ἦν. Προφάσει γὰρ αὐτομολίας ἀνῃρεῖτό τις διὰ τὴν οὐσίαν. Τῷ λιμῷ δ' ἡ ἀπόνοια τῶν στασιαστῶν συνήκμαζε· καὶ καθημέραν ἀμφοτέροις προσεξεκαίετο τὰ δεινά. Φανερὸς μὲν γὰρ οὐδαμοῦ σῖτος ἦν· ἐπεισπηδῶντες δὲ, διηρεύνων τὰς οἰκίας. Ἔπειτα εὑρόντες μὲν, ὡς ἀρνησαμένους ἤκιζον· μὴ εὑρόντες δὲ, ὡς ἐπιμελέστερον κρύψοντας, ἐβασάνιζον. Τεκμήριον δὲ τοῦ τ' ἔχειν καὶ μὴ, τὰ σώματα τῶν ἀθλίων· ὧν οἱ μὲν ἔτι συνεστῶτες εὐπορεῖ τροφῆς ἐδόκουν· οἱ τηκόμενοι δὲ ἤδη παρωδεύοντο· καὶ κτείνειν ἄλογον ἐδόκει τοὺς ὑπ' ἐνδείας ὅσον οὔπω τεθνηξομένους αὐτίκα. Πολλοὶ δὲ λέθρα τὰς κτήσεις ἑνὸς ἀντηλλάξαντο μέτρου, πυρῶν μὲν, οἱ πλουσιώτεροι τυγχάνοιεν ὄντες, οἱ δὲ πενέστεροι, κριθῆς. Ἔπειτα κατακλείοντες αὐτοὺς εἰς τὰ μυχαίτατα τῶν οἰκιῶν, τινὲς μὲν ὑπ' ἄκρας ἐνδείας ἀνέργαστον τὸν σῖτον ἤσθιον· οἱ δὲ ἔπεσσον, ὡς ἡ τε ἀνάγκη καὶ τὸ δέος παρῄνει. Καὶ τράπεζα μὲν οὐδαμοῦ παρετίθετο· τοῦ δὲ πυρὸς ὀφέλκοντες, ἰσῳμὰ τὰ σιτία διήρπαζον. Ἐλεεινὴ δ' ἦν ἡ τροφὴ, καὶ δακρύων ἄξιος ἡ θέα, τῶν μὲν δυνατωτέρων πλεονεκτούντων, τῶν δ' ἀσθενῶν ὀδυρομένων. Πάντων μὲν δὴ παθῶν ὑπερίσταται λιμός· οὐδὲν δ' οὕτως ἀπόλλυσιν ὡς αἰδώ. Τὸ γὰρ ἄλλως ἐντροπῆς ἄξιον ἐν τούτῳ καταφρονεῖται· γυναῖκες γοῦν ἀνδρῶν, καὶ παῖδες πατέρων, καὶ τὸ οἰκτρότατον, μητέρες νηπίων ἐξήρπαζον ἐξ αὐτῶν τῶν στομάτων τὰς τροφάς· καὶ τῶν φιλτάτων ἐν χερσὶ μαραινομένων, οὐκ ἦν φειδὼ τοὺς τοῦ ζῆν ἀφελέσθαι σταλαγμούς. Τοιαῦτα δ' ἐσθίοντες, ὅμως οὐ διελάνθανον. Πανταχοῦ δ' ἐφίσταντο οἱ στασιασταὶ καὶ τούτων ταῖς ἁρπαγαῖς. Ὁπότε γὰρ κατίδοιεν ἀποκεκλει-

(1) « Eo quod exsultaverint super amantissimum et probatissimum Dei Filium. » (Lact.)

(2) Simon, Joannes et Eleazarus, intestini belli duces, templum, arcem et civitatem sanguine et cæde civium replerunt (Joseph lib. VI, *Judaic.*, cap, 5; Tacit. lib. XXI). « Pervicacissimus quisque illuc perfugerat, eoque seditiosius agebant. » (Idem.) « Multi tempore captivitatis Judaicæ principes exstitere, qui Christos se esse dicerent, in tantum, ut obsidentibus Romanis Hierosolyma tres intus fuerint factiones. » (Hieronymus.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

A excitatus est motus [(1) : qui quod relinquum ejus populi fuit, sustulit. Cum etenim gravis et seditiosus eos afflasset spiritus, qui iram vindictamque vehementius commovit, tumultum adversus cives suos Græcos in civitate Alexandrina, in Ægypto, et vicina ei Cyrene conciverunt. Quo deinde paulatim gliscente, qui proxime consecutus est, anno maximum conflarunt bellum (2). Tenebat tum cum imperio provinciam Ægyptum Lupus. Et primum quidem Judæi superiores esse : Græci autem ex turpi et fœda fuga congregati, ex improviso Judæos Alexandriæ adoriri, et partim ferro cædere, partim captivos abducere. Itaque qui Cyrenæ erant, subsidio tali amisso, cunctam percurrunt Ægyptum, quam Lupus adhuc administrabat : et quam possunt, impune inferunt cladem. Ea re permotus B Trajanus Martium Turbonem eo cum valido mittit exercitu, qui cum Judæis cominus congrederetur et classem maritimam peditum equitumque consequuntur auxilia. Martius porro brevi multis variisque certaminibus commissis, belloque fortiter confecto plurimas myriadas Judæorum, non Cyrenaicorum solum, verum] Ægyptiorum quoque, qui regi suo Lucio (ita enim dicebatur) auxiliaria tulerant arma, contrucidat. 255 Veritus autem Trajanus, ne illi quoque qui in Mesopotamia erant pari modo popularibus suis bellum inferrent, Lucio Quieto mandat, ut provinciam suam Judæis oppressis repurget. Quapropter ille occulte copiis militaribus comparatis, illos aggressus, tantam eorum ferro concidit multitudinem, quanta non C facile sub numerum cadere possit. Eamque ob causam Lucium provinciæ Judææ præfecit imperator, sicuti id quoque profani Annalium scriptores memoriæ prodidere.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ τοῦ τρόπου Τραϊανοῦ, καὶ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας ἔργων αὐτοῦ· καὶ περὶ τῶν ε' γυναικῶν μαρτύρων.

Φασί γε μὴν τοσοῦτον εἶναι τοῦ δικαίου φίλον Τραϊανὸν καὶ τὴν πονηρίαν μυσάττεσθαι, ὡς καί ποτε ῥομφαίαν γυμνώσαντα, τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως παῤῥησίᾳ πάντων ἐπιδόντα εἰπεῖν· Δέξαι τὸ ξίφος τοῦτί· καὶ εἰ μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ, εἰ δὲ κακῶς, κατ' ἐμοῦ τούτῳ χρῆσαι. Δάκας δὲ νικήσας, καὶ τρόπαιον ἔστησε. Περσῶν δ' ἐπ' αὐτοῦ τὴν Ἀντιόχου καταδραμόντων, καὶ ταύτην D λόγοις εἰρηναίοις καὶ σπονδαῖς εἰλημμένων, ὥστε καὶ φόρους ἐλίσθαι εἰσφέρειν αὐτοῖς, εὐθὺς αὐτοῖς ἐπιτάς, καὶ ἄγχι τῶν ὅρων γενόμενος, ἐν ἀπορρήτοις ἐμήνυε τοὺς εἰς φρουρὰν καταλειφθέντας τῆς

CAPUT XXIII.

De trajani moribus et operibus, structurisque ejus, quas Antiochiæ fieri curavit : et de quinque martyribus feminis.

Tam studiosus autem fuisse fertur Trajanus juris et justitiæ, et tam ab improbitate alienus, ut aliquando ensem strictum præfecto urbi in conspectu omnium dederit, atque dixerit : Cape ferrum hoc ; et siquidem recte imperium gessero, pro me, sin aliter, contra me hoc utere (3). Idem Dacos vicit, et de eis triumphavit (4). Sub eo quoque D Persæ ad Antiochiam usque excurrerant : eique urbi per pacis conditiones captæ tributum simul et præsidium imposuerant. Continuo auxilium fert imperator : et cum ad fines eorum venisset, per notas illis scribens, clam significat, ut præsidium

1) Judæi hic ducem habuerunt Andream.

(2) In motu isto Judæi cædibus contenti non fecerunt, sed humanis carnibus vesci cœperunt. Cyprii etiam ab eis ingenti clade, duce Judæorum Artemione, sunt affecti. Judæi conspiratione facta, passim ducentena et quadraginta millia hominum contrucidarunt. (Dion., Oros.)

(3) « Ego quidem in me, si omnium utilitas ita poposcerat, etiam præfecti manum armavi. » (Trajanus apud Plin. juniorem in *Panegyrico*.) Trajanus quoque ad amicos dixit, talem se esse imperatorem privatis et civibus, qualem sibi ipse imperatorem privatus optasset. Idem fiscum lienem vocavit quod eo crescente reliqui artus tabescerent.

(4) Decebalo eorum duci pacem dedit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod ibi Persarum rex reliquisset, necarent : se ad auxilium eis ferendum, Persicumque metum tollendum, præsto adesse. Illi, quod jussi fuerant, faciunt. Et ipse cum Persis prælio congressus, rege eorum cæso, clarissimaque reportata victoria, quem voluit eis regem dat. Et inde in eam urbem victor ingressus, multis eam ædificiis exornat, multos etiam Christianos interimit. In quibus et quinque virgines fidem palam profitentes comburit, et ossibus earum ad summum combustis, cineribusque æri commistis, ahena quædam et alia vasa fieri curat, eaque publico lavacro quod ipse magnificentissime construxerat, dicat. Verum enimvero quicunque eo lavatum ingrediebantur, quamprimum calidas attigissent aquas, caligine simul et vertigine correpti, cum impetu inde procurrebant et conciderant. Causa vero ejus mali cognita. Trajanus ut alia ex ære puro vasa balneo parentur mandat ; **256** priora autem illa in fornacibus conflata, in quinque transformat statuas, eosque virginum combustarum forma et habitu pro balneo collocat.

A πόλεως κτείνειν, οὓς ὁ Περσῶν κατέλιπε βασιλεύς· ἕτοιμον δ' αὐτὸν ἐπικουρεῖν εἶναι, καὶ τὸν Περσικὸν φόβον περιαιρεῖν. Νύκτωρ δ' ἐπιπεσόντες, Ἀντιοχεῖς ἀνῄρουν. Ὁ δὲ κρατῶν εὐθὺς τοῖς Πέρσαις ἐπέθετο, καὶ ἀναιρεῖ τὸν ἐκείνων κατάρχοντα. Ἐμφανῆ δὲ κατ' ἐκείνων τὴν νίκην ἀράμενος, ὃν αὐτὸς ἐβούλετο τοῖς Πέρσαις βασιλέα καθίστη. Τροπαιοῦχος δ' εἰσελάσας τὴν πόλιν, πολλοῖς οἰκοδομήμασι κατεκόσμει. Πολλοὺς δὲ τῶν Χριστιανῶν ἀνῄρει· ἐν οἷς καὶ πέντε παρθένους τὴν πίστιν τρανῶς διακηρυττούσας πυρὶ παραδέδωκε. Τὰ δ' ὀστᾶ τούτων σφοδρῶς κατακαύσας, καὶ τὴν ἐκ τούτων σποδιὰν τῷ χαλκῷ συμμίξας, τήγανά τε καὶ ἄλλα σκεύη τῷ συμμίκτῳ ἐκείνῳ χαλκῷ τῳ δημοσίῳ ἀνετίθει λουτρῷ, ὃ αὐτὸς μεγαλοπρεπῶς ᾠκοδόμει. Καὶ τοίνυν ὅσοιπερ εἰσῄεσαν λούσασθαι, ἅμα τῷ B τῶν θερμῶν ὕδατων ἅψασθαι, σκότου καὶ δίνης πλήρεις γινόμενοι, φοράδην ἐξήγοντο καταπίπτοντες. Γνοὺς δὲ τὸ αἴτιον ὁ Τραϊανὸς, ἕτερα τῷ λουτρῷ σκεύη χαλκοῦ ἀμιγοῦς ηὐτρέπιζε· τὰ δ' αὖ πρότερα χωνείᾳ παραδιδοὺς εἰς στήλας διεμόρφωσε πέντε, καὶ πρὸ τοῦ βαλανείου ἀνίστα εἰς τὸ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεκαυμένων σχῆμα τύπων.

CAPUT XXIV.

De imperio Ælii Adriani, et de suprema sub eo Judæorum internecione.

Undeviginti annis et mensibus sex Trajanus imperium administravit, et moriens id Adriano sororis suæ (1) viro reliquit. Publica is statim civitatibus remittit debita,et vectigalia multa Romanis donat, unde ei in urbe divini decreti sunt honores. C Nicæam et Nicomediam, quæ motu terræ multum detrimenti ceperant, firmo circumdat muro. Leges quoque ad Draconis et Solonis Athenionsium legislatorum imitationem promulgat. Rebellasse etiam sub ipso Judæos et templum Hierosolymis restituere voluisse dicunt. Qua de causa Adrianus quinquaginta et octo myriadas eorum uno die interfecit (2), et quæcunque ex vetustis ædificiis reliqua adhuc fuerant, diruit prorsus, et solo ita æquavit (3), ut ne lapis quidem super lapide permaneret, et oraculum Servatoris, ad exitum suum perductum, verborum ejus certitudinem corroboraret : civitatisque potuis pomœriis plurimum contractis, denuo eam suo sub nomine excitavit, et appellatione sua ei imposita, Æliam vocavit, atque D in ipso templi adyto statuam ipse suam collocavit. Quam si quis non inepte abominationem desolationis nominet, in loco sancto, juxta Servatoris dictum, stantem, minime is judicio meo errarit. Solis autem Græcis incolendam eam dedit. Idem Adrianus templum etiam Cyzici exstruxit, maximum et celeberrimum, et item urbem eam, quæ hodie quoque nomen ejus obtinet, Adrianopolim. Quæ vero et Ariston Pellæus de postrema Judæorum

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ τῆς βασιλείας Αἰλίου Ἀδριανοῦ· καὶ περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ὑστάτης τῶν Ἰουδαίων πανωλεθρίας.

Εἴκοσι δ' ἐπ' ἐνιαυτοῖς μησὶν ἓξ τὴν ἀρχὴν κατεσχηκὼς ὁ Τραϊανὸς, Ἀδριανῷ τῷ ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρῷ τὴν ἀρχὴν καταλείπει. Ἀνίησι δ' εὐθὺς τὰς δημοσίας τῶν πόλεων ὀφειλὰς, καὶ πολλοὺς δὲ φόρους τοῖς Ῥωμαίοις χαρίζεται· ὅθεν ἡ πόλις θείκὰς ἀφωσίου τούτῳ τιμάς. Νίκαιαν δὲ καὶ Νικομηδείαν σεισμῷ παθούσας, ὀχυροῖς τείχεσιν αὐτὰς περιβάλλει. Καὶ νόμους δὲ συντίθησιν, ἐκ τῶν παρ' Ἀθηνῃσι νομοθετῶν Δράκοντός τε καὶ Σόλωνος τὰς ἀφορμὰς ἐσχηκώς. Στασιάσαι δ' ἐπὶ τούτου καὶ τὸ Ἰούδαίων αὐθίς φασι. Πρὸς βουλῆς δ' ἦν ἐκείνοις καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν ἀνιστᾷν. Μυριάδας δὲ τοῦτον ὀκτὼ καὶ πεντήκοντά φασιν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας αὐτῶν ἀνελεῖν τῆς τοιαύτης χάριν ἐπιχειρήσεως· ὅσα γε μὴν τῇ πόλει περιελείφθη τῆς ἐκ πάλαι οἰκοδομῆς λείψανα ἐρειπῶσαι, καὶ παντάπασιν ἀφανίσαι· ἵνα μηδὲ τὸ μεῖναι λίθον ἐπὶ λίθῳ, λόγιον τοῦ Σωτῆρος εἰς πέρας ἐλθὸν, τἀσφαλὲς τῶν λόγων ἐξακριβώσαιτο. Εἰς ἅπαν δὲ τὴν πόλιν ἀπομειώσας ἐπὶ τῷ σφετέρῳ ὀνόματι ταύτην ἐγείρει, καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῇ δοὺς, Αἰλίαν ὠνόμασεν. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἀδύτῳ τοῦ ἱεροῦ καὶ τὸ ἑαυτοῦ ἀνίδρυσεν εἴδωλον· ὃ ἄν τις προσφόρως βδέλυγμα ἐρημώσεως προσειπὼν ἐν τόπῳ ἁγίῳ ἐστὼς, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, οὐκ ἂν οἶμαι ἁμάρτοι. Ἕλλησι δὲ μόνοις τὴν πόλιν ἐδίδου, καὶ κατοικεῖν ἐπέτρεπεν. Οὗτος δὲ ὁ Ἀδριανὸς καὶ τὸν ἐν Κυζίκῳ νεὼν ἀνιστᾷ, μέγιστόν τινα καὶ περίφανέστατον· καὶ τὴν ἐς δεῦρο τὸ αὐτοῦ κτησαμέ-

(1) Neptis ex sorore sua. (Dion.)

(2) Hoc est, quinquies centena et octuaginta millia.

(3) Jul. Severus in Judæam missus ab Adriano, arces 50 diruit, et vicos 980 ferro et igni vastavit. (Dion., Oros. lib. VII, cap. 13.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νην πόλιν ὄνομα τὴν Ἀδριανούπολιν. Οἷα δὲ καὶ Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος αὖθις περὶ τῆς ὑστάτης πολιορκίας αὐτῶν ἱστορεῖ, καλὸν αὐταῖς λέξεσιν ἐπακοῦσαι. « Καὶ δὴτα τῆς Ἰουδαίων ἀποστασίας αὖθις εἰς μέγα καὶ πολὺ προελθούσης, Ῥοῦφος ἔπαρχος ὢν τῆς Ἰουδαίας, στρατιωτικῆς αὐτῷ σύμμαχίας ὑπὸ βασιλέως πεμφθείσης, ταῖς ἀπονοίαις αὐτῶν χρώμενος σφοδρῶς ἐπεξῄει, μυριάδας ἀθρόως ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ παίδων διαφθείρων, πολέμου τε νόμῳ τὰς χώρας αὐτῶν ἐξανδραποδιζόμενος. Ἐστρατήγει δὲ τότε Ἰουδαίων Βαρχωχέβας, ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ, τὰ μὲν ἄλλα φονικὸς καὶ λῃστρικός τις ἀνήρ· ἐπὶ δὲ τῇ προσηγορίᾳ οἷα ἐπ' ἀνδραπόδων ὡς δὴ ἐξ οὐρανοῦ φωστὴρ αὐτοῖς κατελήλυθὼς, κακουμένοις τε ἐπιλάμψαι τερατευόμενος. Ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου ἔτους ὀγδόου καὶ δεκάτου τῆς ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ, κατὰ Βιθθηρὰ πόλιν, ἥτις ἦν ὀχυρωτάτη, τῶν Ἱεροσολύμων οὐ σφόδρα πόρρῳ διεστῶσα, τῆς τε ἔξωθεν πολιορκίας χρονίου γενομένης. λιμῷ τε καὶ δίψει τῶν νεωτεροποιῶν εἰς ἔσχατον ὀλέθρου περιελαθέντων, καὶ τοῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς αἰτίου τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην, τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδὲ ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος ἐγκελευσαμένου. » Οὕτω δὲ τῆς πόλεως εἰς παντελῆ φθορὰν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τῶν πάλαι οἰκητόρων ἐλθούσης, ἐξ ἀλλοφύλου τε γένους συνοικισθείσης, ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τιμὴν Αἰλία προσαγορεύεται. Καὶ οὕτω μὲν Ἰουδαῖοι καὶ ἐπὶ τούτου τὴν ἐσχάτην τῆς κατὰ Χριστοῦ μανίας ἀπέτισαν δίκην· ἡμεῖς δὲ καὶ ἐπὶ τὴν διαδοχὴν τῶν θείων αὖθις ἀνδρῶν χωρήσωμεν.

A obsidione litteris prodiderit, commodum fuerit ex verbis ejus cognoscere : « Porro rebellione atque defectione Judæorum longius rursum progressa, Rufus Judææ præfectus, acceptis ab imperatore militaribus copiis, et vecordia eorum, pro occasione bene gerendæ rei, subinde usus, infestis contra eos signis est progressus, **257** et plurima passim millia virorum simul et feminarum, atque etiam puerorum concidit, bellique jure loca eorum direpta in potestatem suam redegit. Dux Judæorum tum Barchochebas (1) erat, quod nomen *stellam* significat : cætera vir sanguinarius et prædator : ex nomine autem suo perditis mancipiis prodigiose persuaserat, cœlitus se lucem demissum esse, quæ afflictos atque oppressos illustraret. Quam maxime autem bello flagrante, decimo octavo imperii B Adriani anno, ad Bittheram civitatem munitissimam, nec ita longe a Hierosolymis sitam, cum diuturnirr obsidio instituta, rebellesque et rerum novarum studiosi fame ac siti ad extremum exitium redacti essent, et qui eis tantæ vecordiæ auctor fuisset, dignas per vindictam dedisset pœnas, gens tota ex eo tempore vicinam in circuitu Hierosolymis regionem prorsus attingere prohibita est, idque sic constitutione et sanctione Adriani factum : qui hoc sic jussit, ut illi ne aspicere quidem ex loco quopiam editiore patrium solum possent. » Ad hunc modum urbs Hierosolymorum Judaicum populum, antiquissimos suos colonos, internecione summa amisit, et postea ad advenis culta atque inhabitata, ut Romana plane civitas, C in imperatoris Ælii Adriani honorem Ælia est appellata. Ac si quidem etiam sub hoc Judæi extremum contra Christum per furorem perpetrati piaculi luere supplicium. Nos autem rursum ad divinorum virorum descendamus successionem.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Τίνες κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τῶν μεγάλων παροικιῶν τῇ ἱερατικῇ διέπρεπον λειτουργίᾳ.

Δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Τραϊανοῦ βασιλείας Εὐαρέστου ὄγδοον ἔτος ἐπὶ Ῥώμης ἱερατεύσαντος, Ἀλέξανδρος πέμπτην ἀπὸ Παύλου καὶ Πέτρου κατάγων διαδοχὴν, τὸν θρόνον λαμβάνει. Τρίτῳ δ' ἔτει τῆς ἀρχῆς Αἰλίου Ἀδριανοῦ δέκατον ἔτος ἐκπληρώσας Ἀλέξανδρος, Ξύστῳ ταύτης ἐξίσταται. Τῆς δ' D ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ δωδέκατον ἐχούσης ἔτος, Ξύστου δεκατῇ διαγενόμενον χρόνον τῇ τῆς Ῥώμης ἐπισκοπῇ ἕβδομος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων Τελέσφορος διαδέχεται. Καὶ τούτου δ' ἐνδεκάτῳ τῆς λειτουργίας ἐνιαυτῷ τὸ βιοῦν μεταλλάξαντος τέλει μαρτυρίου, ὡς φησιν Εἰρηναῖος, Ὑγῖνος τὸν κλῆρον τῆς ἐπισκοπῆς ἐκληροῦτο, ἔτος πρῶτον Ἀντωνίνου ὃς Εὐσεβὴς ἐπεκλήθη, ἔχοντος τὴν ἀρχήν. Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τέταρτον τῆς ἐπισκοπῆς ἔτος ἀποβαλλομένου

CAPUT XXV.

Qui ea ætate maximis quibusque ecclesiis episcopali ministerio præfuerint.

Duodecimo imperantis Trajani anno, cum Evarestus pontificatum Romæ octo annos gessisset, Alexander quintus a Paulo et Petro successor ecclesiam regendam suscepit. Qui tertio Adriani imperii anno, decennio in episcopali functione expleto, Xysto eam concessit. Duodecimo porro Adriani anno, cum Xystus decennium itidem ecclesiæ præfuisset, Telesphorus ei successit. Verum et hoc, undecimo pontificalis ministerii sui anno, **258** vita per martyrium defuncto, ut Irenæus inquit, Hyginus provinciam ejus est sortitus, primo imperii Antonini, qui Pius est dictus, anno. Hygino porro post quartum annum mortuo, Pius successit (2). Atque huic rursum Anicetus, vicesimo imperantis Pii anno. Anicetus autem undecim

(1) Barchochebas perduellis iste, Justino philosopho et martyre teste, apud Euseb. lib. IV, cap. 8, Christianos solos, nisi Christum abnegassent, atque blasphemiis incesserent, ad gravissima supplicia trahi jussit.

(2) Pius annis 15 cathedram obtinuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

annis Ecclesia Romana administrata, octavo imperatoris Veri anno, Soteri eam reliquit. Cui post annos octo Eleutherus est suffectus, duodecimus a Petro successor, cum decimum septimum annum M. Antoninus (1) cum filio Romanum regeret imperium. In Alexandrina ecclesia Primus quartus ab apostolis episcopus fuit. Ei, cum duodecim annos pontificale obiisset munus, Adriano tertium imperante annum, Justus est surrogatus. Circiter duodecimum autem ejusdem imperii annum, anno præterea uno et mensibus aliquot intercedentibus, ecclesiæ ejus administrationem Eumenes est sortitus, cum quidem Justus undecim ei præfuisset annis. Eumenes vero tredecim annis episcopatum tenuit. Cui Marcus succedens, decem annis curam pastoralem gessit. Marco Celadion suffectus, qui quatuordecim annis episcopatu functus, successorem habuit Agrippinum, nonum ecclesiæ ejus ab apostolis episcopum. Apud Antiochenos post Heronem ecclesiam rexit Cornelius. Huic quinto apostolicæ successionis gradu Eros in episcopatu succesit : deinde sextus Theophilus, et post hunc septimus ab Apostolis Maximinus. Hierosolymitanorum autem episcoporum tempora litteris mandata non sunt, quos brevis admodum ævi fuisse constat, quindecim ex ordine, ut quidem memoria sine scripto est proditum, Hebraici generis omnes, recteque officio suo functos, quod Christi doctrinam et professionem probe tenuerint ; quæ res effecit, ut ad episcopatum eum ab ecclesia Hierosolymitana, quæ ab apostolorum tempore ex fidelibus Judæis fere tota constabat, et usque ad extremam obsidionem perdurabat, sint delecti. Eorum itaque episcoporum qui ex circumcisione Christianam professionem rite sunt complexi, et mutuis Judæorum seditionibus atque vesianæ fuerunt reliqui, catalogum a primordio exponere convenit. **259** Primus itaque fuit Jacobus, frater Domini dictus ; secundus, Symeon ; tertius, Justus ; quartus, Zachæus (2) ; quintus, Tobias ; sextus, Benjamin ; septimus, Joannes ; octavus, Matthias ; nonus, Philippus ; decimus, Seneca ; undecimus, Justus ; Lebes (3), duodecimus ; Ephrem, tredecimus ; quartus decimus, Joseph ; et quindecimus, Judas. Quibus, post eversionem urbis, ex gentibus successit Marcus. Tot Hierosolymis ab ipsis usque apostolis ad eum quem diximus Judam ex circumcisione fuerunt episcopi. Totidem, ut exposuimus, aliarum maximarum ecclesiarum gubernatores.

A Ἐγίνου τὸ ζῆν, Πῖος τὴν τῆς Ῥώμης ἐπισκοπὴν ἐγχειρίζεται· ὃν Ἀνίκητος διαδέχεται. Ὄγδοον δ' ἔτος Οὐήρου ἐλαύνοντος, Ἀνίκητον ἕνδεκα τοῖς πᾶσιν ἔτεσι διελθόντα διαδέχεται Σωτήρ· ὃν ἐπὶ ὄγδουν ἠγησάμενον ἔτος Ἐλεύθερος διαδέχεται, δωδέκατος ἀπὸ τῆς Πέτρου διαδοχῆς γνωριζόμενος. Ἦρχε δ' εἰσέτι Ἀντωνῖνος Οὐήρος σὺν υἱῷ ἔτεσι πρὸς ἑβδόμῳ δέκατον. Καὶ Πρίμον δὲ τέταρτον ἐπὶ τῶν ἀποστόλων τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας τὸν θρόνον κεκληρωμένον, τρίτῳ τῆς ἡγεμονίας ἔτει Ἀδριανοῦ, δωδεκάτῳ καὶ τῆς λειτουργίας αὐτὸν ἐκπληρώσαντα, διαδέχεται Ἰοῦστος. Ἀμφὶ δὲ τὸ δωδέκατον τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς ἔτος ἐνιαυτοῦ μεταξὺ καὶ μηνῶν τινων διαγενομένων τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας τὴν προστασίαν Εὐμενὴς κλήρῳ διαδέχεται, Ἰούστου ἐπὶ ἔτεσι δέκα πρὸς τῷ ἑνὶ διαB κέσαντος. Καὶ τούτου δ' οὐχ ἧττον ἢ δέκα πρὸς τρισὶ τὴν λειτουργίαν ἀνύσαντος, Μάρκος ποιμὴν τῆς Ἀλεξάνδρου ἀνακηρύττεται. Δεκάτῳ δ' ἔτει παραδοὺς τὴν λειτουργίαν Κελαδίωνι, ἐκμετρεῖ τὸ βιώσιμον. Ἀλλὰ καὶ τούτου τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει τὴν ζωὴν μεταλλάξαντος, τὴν διαδοχὴν Ἀγριππῖνος ἐλάμβανεν, ἐννάτην ἄγων ἀπὸ τῶν ἀποστόλων διαδοχήν. Ἐν δ' Ἀντιοχείᾳ μετὰ Ἥρωνα Κορνήλιος τὰς ἱερὰς ἡνίας διεχειρίζετο· πέμπτῳ δὲ μετὰ τοῦτον βαθμῷ τῆς ἀποστολικῆς διαδόσεως Ἔρως ἐπίσκοπος ἐγνωρίζετο. Ἕκτος δ' ἐπ' ἐκείνῳ Θεόφιλος διάδοχος ἦν. Τοῦτον δ' ἑβδομος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων διαδέχεται Μαξιμῖνος. Τῶν δ' ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων τοὺς χρόνους ἥκιστα γραπτῇ διασώζεσθαι ἔγνωμεν· βραχυβίους γὰρ αὐτοὺς γενέσθαι λόγος ἔχει. Πεντεκαίδεκα μὲν οὖν αὐτοὺς ἡ ἱστορία ἐξ ἀγράφου παρέδωκεν, οὓς Ἑβραίους ὄντας, ἅπαντας τὸ χρεὼν λειτουργῆσαι, τὰ Χριστοῦ γνησίως ἀσπασαμένους· καὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ περὶ τῶν τηνικάδε καὶ εἰς τὴν τοσαύτην ἐγχριθῆναι περιωπήν. Τὴν γὰρ πᾶσαν Ἐκκλησίαν σχεδὸν ἁπλῶς τῶν ἐκ περιτομῆς πιστῶν Ἑβραίων ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καθεστῶσαν ἱστόρηται, καὶ μέχρι δὲ τῆς ὑστάτης διαρρηξάσης πολιορκίας. Καὶ τοίνυν τῶν ἐκ περιτομῆς ἐπιλοίπων ἀρχιερέων ταῖς πρὸς ἀλλήλους Ἰουδαίων στάσεσι καὶ φρενοβλαβείαις, λοιπὸν ἂν εἴη, τῶν κατὰ Χριστὸν δεξαμένους γνῶσιν, ἄνωθεν καταλέξαι Πρῶτος τοίνυν Ἰάκωβος ἦν ὁ τοῦ Κυρίου λεγόμενος ἀδελφός· μεθ' μεθ' ὃν ἦν δεύτερος Συμεών· τρίτος Ἰοῦστος· Ζακχαῖος δ' πέμπτος Τωβίας· ἕκτος Βενιαμίν. Ἰωάννης ζ'. ὄγδοος Ματθίας· θ' Φίλιππος· δέκατος Σεννέκας· ἑνδέκατος Ἰοῦστος· Λεβὴς δωδέκατος· Ἐφρὴς τρισκαιδέκατος· τεσσαρεσκαιδέκατος Ἰωσήφ· ἐπὶ δὲ τούτοις Ἰούδας πεντεκαιδέκατος· οὓς ἐξ ἐθνῶν μετὰ τὴν ἅλωσιν διαδέχεται Μάρκος. Τοσοῦτοι μὲν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐς τὸν εἰρημένον Ἰούδαν ἐπίσκοποι ἐκ περιτομῆς ἐν Ἱεροσολύμοις γεγόνασιν. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τῶν ἄλλων μεγίστων παροικιῶν.

(1) M. Ælius Antoninus Philosophus, et L. Ælius Commodus Verus, Divi fratres, æque jure imperium administrarunt annis 11. M. Antoninus solus annis 4, cum Commodo filio itidem annis 4.

(2) Alii *Zacharian* nominant.

(3) Alii *Levi* vocant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Περὶ Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς πρὸς Ἀντωνῖνον ἀπολογίας αὐτοῦ· ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἡγησίππου καὶ Μελίτωνος.

Κατὰ δὲ τὸν χρόνον Ἀδριανοῦ καὶ Ἰουστῖνος ὁ ἐν φιλοσόφοις μάρτυς ἀνεγνωρίζετο, γνήσιος τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας ὢν ἐραστής, κἂν ταῖς παρ' Ἕλλησιν ἤσκητο διατριβαῖς· ὅστις τε καὶ ὁποῖος ἦν, καὶ ὡς ἐκ τῆς Ἑλλήνων πλάνης τὰ τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἡσπάσατο, αὐτοῦ λέγοντος ἀκούειν μάλιστα πρὸς τῷ εὐλόγῳ καὶ δίκαιον εἶναι γινώσκω. Οὗτος γὰρ ὡς ἄριστα πρὸς Ἕλληνας ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ἀγωνισάμενος πίστεως λόγους τὸ ἀναντίῤῥητον ἔχουσι, λόγοις ἑτέροις ἀπόλογον προβεβλημένοις ὑπὲρ ἡμῶν Ἀντωνίνῳ βασιλεῖ τῷ Εὐσεβεῖ ἐπικληθέντι, καὶ τῇ κατὰ Ῥώμην συγκλήτῳ προσφωνεῖ. Ἐπὶ γὰρ Ῥώμης τὰς διατριβὰς ἐποιήτο. Γράφει δὲ οὕτως· « Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Καίσαρι Σεβαστῷ, καὶ Οὐηρισαίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφου Καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιήτῳ, ἐραστῇ παιδείας, ἱερᾷ τε συγκλήτῳ, καὶ παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων, καὶ ἐπηρεαζομένων, Ἰουστῖνος Πρίσκος τοῦ Βακχίου τῶν ἀπὸ Φλαυίας νέας πόλεως τῆς Συρίας Παλαιστίνης εἰς αὐτῶν ὢν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν πεποίημαι. » Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ, ὅτι μὴ ἀλόγως, μετὰ κρίσεως δ' αὐτῷ γεγένηται ἡ ἐπὶ τὸ δόγμα μεταβολή, ἐπιφέρει· « Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανούς, ὁρῶν δὲ καὶ ἀφόβους πρὸς θάνατον, καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα φοβερὰ, δεινάδων, ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. Τίς γὰρ φιλήδονος καὶ ἀκρατὴς, καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰν ἡγούμενος, ἀγαθὸν δύναιτ' ἂν θάνατον ἀσπάσασθαι, ὅπως τῶν ἑαυτοῦ στερηθείη ἐπιθυμιῶν, ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας πειρᾶσθαι, οὐχ ὅτι ἑαυτὸν καταγγέλλειν φονευθησόμενον; » Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ ἀπολογίᾳ καὶ ταῦτά φησιν· « Οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου· ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν διὰ φόβον σέβειν ὥρμηνται, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχε. » Τούτου δὴ τοῦ Ἀντινόου καὶ Ἡγήσιππος μνημονεύει· καὶ αὐτὸς δὲ τοῖς αὐτοῖς ἀκμάζων καιροῖς, πολλὰ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι παρατίθεται. Πέντε δ' εἰσὶ [illegible]α, ἁπλουστάτῃ συντάξει γραφῆς τὰ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος σοφῶς μάλα διεξιόντα. Δι' ὧν ἐμφαίνει καὶ τὸν καθ' ἓν ἐγνωρίζετο χρόνον· ἐν οἷς περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἱδρυσάντων τὰ εἴδωλα ἱστορεῖ γράφων οὕτως· « Οἷς κενοτάφια καὶ ναοὺς ἐποίησαν ὡς μέχρι νῦν· ὧν ἐστι καὶ Ἀντίνοος· οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος· ὃ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενον· καὶ γὰρ πόλιν ἔκτισεν Ἀντινόου ἐπώνυμον. » Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει τῆς αὐτῆς τοῖς προειρημένοις διαίτης καὶ

(1) Alii legunt, *Prisci Bacchii filius.*

(2) Antinous, eximiæ formæ puer, Adriano in deliciis fuit. Ei in Ægypto mortuo, princeps is urbem Antinoiam condidit. Templum quoque, statuas et sacerdotes instituit, stellam se ejus vidisse [illegible] erans. Dion. Antinoum istum, secundum quosdam auctores, Adrianus in magicis sacris suis sacravit.

CAPUT XXVI.

De Justino philosopho, eodemque martyre, et de Apologetico ejusdem Antonino exhibito. Præterea de Hegesippo et Melitone.

Hac ipsa aetate Adriani, Justinus etiam ex philosophis martyr, inter præcipuos erat habitus, germanus et sincerus veræ philosophiæ amator, et in Græcorum disciplinis egregie exercitatus. Sed enim quis qualisve fuerit, et quemadmodum a Græcorum erroribus ad germanam philosophiam transierit, commodissimum fuerit ex ipsius verbis recognoscere. Cum enim adversus Græcos et gentiles pro Christianis orationes scripsit, quibus repugnare atque refragari illi non potuerunt, tum Romæ, ubi vitam degebat, Antonino Pio imperatori et senatui Romano pro nobis Apologiam exhibuit, ita eam inscribens: « Imperatori Tito Ælio Adriano Antonino Pio Augusto, et Verissimo filio philosopho Cæsari, et Lucio philosophi Cæsaris natura filio, et Pii adoptione filio, amatori doctrinæ, sacroque senatui, et populo Romano universo, pro eis qui ex omni hominum genere iniquissime invidia laborant et affliguntur: Justinus Priscus Bacchii filius (1), Flavia Neapoli Syriæ Palestinæ oriundus, unus ex illorum numero, orationem atque deprecationem hanc obtuli. » Et in eadem oratione se non temere, sed judicio ad Christianam professionem pervenisse, ita refert: « **260** Ego quidem, qui Platonicis delectarer disciplinis, cum Christianos calumniose deferri audirem, videremque eos impavidos interritosque esse ad mortem, et quæcunque horrenda mortalibus videntur: consideraveri ipse mecum, fieri omnino non posse, ut illi in flagitiis deliciisque viverent. Quotus enim quisque voluptatis consectator et libidinosus, quique humanarum carnium dapibus delectatur, bono sibi mortem esse putet, ut per eam cupiditatibus deliciisque suis privetur, et non potius illud agat, ut semper hanc vitam vivat, magistratusque et leges fallat, nedum seipsum ad eadem offerat? » In Apologia ea illud quoque scribit: « Non absurdum vero fuerit, Antinoi (2) quoque hic meminisse, qui non ita pridem vixit, quem omnes veluti deum per timorem colere sustinuerunt, cum quidem omnes probe sciverint, et quis fuerit, et unde provenerit. » Antinoi ejus et Hegesippus mentionem infert, qui et ipse eisdem temporibus florens, permultas apostolicas traditiones in Historiis suis, quarum quinque reliquit libros, recenset, simplici dicendi genere clare prædicationem apostolicam exponens. In quibus, cum tempora quibus exituit ostendit, tum de iis qui primum idola et simulacra statuerint memorat, ac deinceps ad hunc modum infert: « Quibus cenotaphia sepulcrorumque simulacra et templa ad hoc usque tempus construxerunt. Quorum unus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

etiam est Antinous, cujus sunt ludi agonales, Antinoii dicti, et ætate nostra acti. Urbem quippe cognominem ei Adrianus condidit. » Temporibus quoque eis, pari cum iis quos diximus vitæ instituto, parique in ecclesiam ardore, Sardensis episcopus Melito fuit : quem satis patet ea quoque ætate floruisse, Indicat id defensio ejus quam pro Christiano dogmate ad Verum scripsit, luculentam admodum et utilem, orationis urbanitate et persuadendi virtute auditorem maxime movens atque afficiens.

ἀγωγῆς, καὶ τοῦ ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ζήλου, καὶ Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος ἦν. Δῆλον δ' αὐτὸς ἑαυτὸν καθίστησι κατ' αὐτόν γε τοῦτον ἐνακμάζων τὸν χρόνον ἐκ τῆς πρὸς Οὐῆρον ἀπολογίας ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος· ἣ λαμπροτάτη οὖσα, καὶ χρησίμως μάλα διέξεισι, τῷ ἀστείῳ καὶ πιθανῷ τὸν ἀκροώμενον ἄγχουσα.

261 CAPUT XXVII.

Ut Adrianus edicto pro Christianis publice proposito vetuerit, ne in nos, indicta et non indicata causa, sæviretur.

Memoriæ mandavit sapientissimus Justinus, Adrianum pro Christianis litteras a Graniano Serenio ad se scriptas accepisse : periniquum esse, quod illi vociferationi populi donarentur, nulloque justo prætextu indicta causa necarentur. Quapropter rescriptum is ad Minitium Fundanum Asiæ proconsulem miserit, neminem de cætero occidi jubens, nisi legitima justaque præcessisset accusatio. Rescriptumque id in librum suum de verbo ad verbum retulit, hæc præfatus : « Possumus hoc a vobis ex rescripto maximi et illustrissimi Cæsaris Adriani patris vestri, qui ita ut per supplicem libellum rogavimus, judicia exerceri jussit, petere : idque non tam quod ab Adriano mandatum sit, quam quod justam esse petitionem nostram sciamus. Subjecimus autem epistolæ Adriani exemplum, ut hac quoque parte, veritate nos niti cognoscatis. Quæ epistola ex Romana in Græcam linguam translata, hanc complectitur sententiam : Adrianus Cæsar Minutio Fundano. Litteras a Serenio Graniano, viro clarissimo, cui tu in provincia successisti, accepimus. Inquirenda nobis res prorsus esse videtur, ne homines innocentes opprimantur, neve calumniatoribus occasio grassandi præbeatur. Quod si provinciales tui persecutiones adversus Christianos suas processu legitimo pro tribunali probare possunt, unam eam sequantur viam, neque solis petitionibus atque vociferationibus utantur. In primis enim convenit, si qui ad accusandum accedere velint, te causam legitime cognoscere. Itaque si quis eos detulerit, atque probaverit contra leges quidquam commisisse, tu pro delicti qualitate ita sententiam adversus eos feres, ut mehercule, qui calumniæ causa crimen cuiquam intendisse compertus fuerit, pro maleficii gravitate in eum modis omnibus animadvertas. » Rescriptum Adriani pro nobis editum, tale fuit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Ὡς Ἀδριανὸς ἐπιστολὴν ὑπὲρ Χριστιανῶν ἔπεμψε, ὥστε μὴ ἀκρίτως ἡμᾶς ἐλαύνειν.

Ἱστορεῖ γε μὴν ὁ σοφώτατος Ἰουστῖνος ὑπὲρ Χριστιανῶν γράμματα δεξάμενον τὸν Ἀδριανὸν, ὡς μὴ δίκαιον εἶναι βοῇ δήμου χαριζομένους, ἐπ' οὐδεμιᾷ προφάσει ἀκρίτως κτείνειν αὐτούς. Γρανιανὸς δὲ Σερέννιος ὁ τὰ γράμματα διαπεμψάμενος ἦν, ἀντιγράψαι Καίσαρα Μινουκίῳ Φουνδάνῳ τῆς Ἀσίας ἀνθυπατεύοντι, μηδένα κτείνειν ἐγκελευόμενον, εὐλόγου μὴ προηγουμένης κατηγορίας. Καὶ αὐτὴν δ' ἐκείνην τὴν ἐπιστολήν, ὡς εἶχε λέξεως, προστίθησι τῷ συγγράμματι, ταῦτα προλέγων αὐτοῖς· « Καὶ ἐξ ἐπιστολῆς δὲ ταῦτα τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς· καθὰ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις γενέσθαι, τοῦτο οὐχ ὡς ὑπὸ Ἀδριανοῦ κελευσθὲν μᾶλλον ἠξιώσαμεν· ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δικαίαν ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν. Ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίτυπον, ἵνα κἀν τούτῳ ἀληθείαν ἡμᾶς γνωρίζητε. Καὶ αὕτη ἐκ Ῥωμαϊκῆς εἰς τὴν Ἑλληνικὴν δύναμιν μεταληφθεῖσα· Ἀδριανὸς Καίσαρ Μινουκίῳ Φουνδάνῳ· ἐπιστολὴν ἐνδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερεννίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρὸς, ὄντινα σὺ διεδέξω. Οὐ δοκεῖ μοι οὖν τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μήτε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας μὴ παρασχεθῇ. Εἰ γοῦν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνανται διισχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνασθαι ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν, οὐδὲ μόνον βοαῖς· πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν, εἴ τι κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. Εἴ τις οὖν κατηγορεῖ καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως ὅριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος· ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνει, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος· καὶ φρόντιζε οὕτως, ὅπως ἂν ἐκδικήσειας. » Καὶ τὰ μὲν τῆς ὑπὲρ ἡμῶν γραφῆς Ἀδριανοῦ τοιαῦτα.

262 CAPUT XXVIII.

De successore Adriani Antonino, ut et ipse præfectis in Asia suis scripserit, et persecutionem Christianorum prohibuerit.

Postquam vero is uno et viginti annis imperio administrato naturæ debitum persolvit, Antoninus Pius ei successit : ad quem et ad senatum Romanum Justinus memoratam Apologiam, Christianos

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ τοῦ μετ' Ἀδριανὸν Ἀντωνίνου, ὡς καὶ αὐτὸς τοῖς ἐν Ἀσίᾳ ἐπέστελλε, τὸν κατ' ἡμῶν διωγμὸν ἀναστέλλων.

Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος μετὰ πρῶτον καὶ εἰκοστὸν τῆς ἀρχῆς ἔτος τὸ χρεὼν ἐλειτούργησεν, Ἀντωνῖνος ὁ Πῖος, ᾧ καὶ Εὐσεβὴς ἐπίκλησις ἦν, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑποζώννυται. Πρὸς ὃν τὴν προειρημένην ὁ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἰουστῖνος καὶ τῇ συγκλήτῳ γράφει ἀπολογίαν ὑπὲρ ἡμῶν. Ὑφ' ἧς ὁ βασιλεὺς κινηθεὶς καὶ ὑφ' ἑτέρων ἄλλων πλείστων ἀδελφῶν τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων δήμων, σκώμμασι καὶ ὕβρεσι διατωθαζομένων ὡς μάλιστα, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας διεχάραττε γράμματα· ἃ δὴ καὶ αὐτὰ, ὡς εἶχε λέξεως, τῇ συγγραφῇ παραθήσομαι· « Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος Σεβαστὸς, Ἀρμένιος, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον καὶ τὸ δέκατον, ὕπατος τὸ τρίτον, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν. Ἐγὼ μὲν οἶδ' ὅτι καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιμελές ἐστι μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. Πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκεῖνοι κολάσαιεν ἂν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοῖς προσκυνεῖν ἢ ὑμεῖς, οὓς εἰς ταραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσι περὶ ὑμῶν ὡς ἀθέων κατηγοροῦντες. Εἴη δ' ἂν κἀκείνοις αἱρετὸν, τὸ δοκεῖν κατηγορουμένους, τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου Θεοῦ. Ὅθεν καὶ νικῶσι προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἥπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράττειν αὐτοῖς. Περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων καὶ γινομένων οὐκ ἄτοπον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι ἀθυμοῦντας ὅτανπερ ὦσι, παραβάλλοντας δὲ τὰ ἡμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων. Οἱ μὲν οὖν εὐπαρρήσιαστότεροι γίνονται πρὸς τὸν Θεόν· ὑμεῖς δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον καθ' ὃν ἀγνοεῖν δοκεῖτε, τῶν τε θεῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀμελεῖτε, καὶ τῆς θρησκείας τῆς περὶ τὸν ἀθάνατον, ὃν δὴ τοὺς Χριστιανοὺς θρησκεύοντας ἐλαύνετε καὶ διώκετε ἕως θανάτου. Ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων ἤδη καὶ πολλοὶ τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων καὶ τῷ θειοτάτῳ ἡμῶν ἔγραψαν πατρί· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ἐνοχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ ἐμφαίνοιντό τι περὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐγχειροῦντες. Καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμηναν· οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ. Εἴ δέ τις ἐπιμένοι τινὰ τῶν τοιούτων εἰς πράγματα φέρων, ὡς δὴ τοιοῦτον, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, καὶ ἐὰν φαίνηται τοιοῦτος ὤν· ὁ δὲ καταφέρων ἔνοχος ἔσται δίκης. Προσετέθη ἐν Ἐφέσῳ ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας. » Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Ἀντωνίνῳ ὑπὲρ ἡμῶν γεγραμμένα.

defendens, conscripsit. A quo ille, et simul ab aliis quamplurimis fratribus, qui a provincialibus in Asia conviciis et injuriis gravibus contumeliosissime exagitabantur, permotus, litteras publice ad Asiæ populos dedit, quas itidem ad verbum inserere historiæ nostræ est visum. « Imperator Cæsar Marcus Aurelius Antoninus Augustus, Armenicus, pontifex maximus, tribun. potest. xv, cos. III, communi Asiæ salutem. Equidem scio, diis quoque ipsis curæ esse, ne tales homines lateant. Multo enim magis illi vindicaverint eos qui cultum illis tribuere nolint, quam vos, qui contra eos tumultum commovetis : opinionem quoque eorum quam de vobis conceperunt, ut atheos vos nullorumque prorsus deorum criminentur, confirmantes. Quibus præstabilius etiam est, dum accusari arguique videntur, pro Deo suo mori potius, quam in vita manere. Proindeque victores evadunt, animas ipsi suas citius projicientes, quam ut a vobis persuasi, quod vos vultis, faciant. De terræmotibus autem, qui vel fuere, vel adhuc fiunt, non importunum fuerit, vos, qui ea de causa animos despondistis, admonere, ut scilicet res vestras cum rebus illorum conferatis. Atque illi quidem liberioribus majoribusque erga Deum sunt animis : vos autem toto hoc tempore, quo causas eorum ignorare videmini, deos et res alias negligitis, et Christianos a cultu immortalis Dei quem illi venerantur arcetis, et ad mortem usque persequimini. Cæterum de iis antea quoque multi provinciarum rectores divo patri nostro scripserunt. Quibus ille rescripsit, nihil molestiæ facessendum esse illis, præterquam si quid contra imperium Romanum moliti esse deprehenderentur. Quin et ad me multi de eis litteras dederunt : quibus de patris mei, quem mihi imitandum esse duxi, sententia rescripsi. **263** Si vero quispiam perseveraverit cuiquam Christianorum, quod talis sit, negotium exhibere, delatus quidem crimine absolvetur, quamvis talis esse compertus sit : delator autem ipse pœnas dabit. Proposita est hæc epistola Ephesi, in conventu publico Asiæ. » Hæc sic et Antoninus pro Christianis rescripsit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου, τοῦ καὶ Πλακίδα· καὶ τοῦ ἁγίου Ἐλευθερίου τοῦ ἐν Ἰλλυριοῖς ἐπισκόπου.

Πρὸ δὲ τῶν γραμμάτων τούτων πολλοὶ τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα διενεγκεῖν λέγονται· ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ ἀξιόνικος μάρτυς Εὐστάθιος· ᾧ ἐπὶ Τραϊανοῦ τὴν τοῦ στρατηλάτου περιβεβλημένῳ ἀξίαν Πλακίδας ὄνομα ἦν, τῶν εὖ γεγονότων καὶ πλούτῳ διάσημος ὤν. Μυρίοις δ' ἐνωραϊζόμενος ἀγαθοῖς καὶ τῆς ἄνωθεν κλήσεως κατηξίωται. Κατὰ γὰρ τινα ἔρημον κυνηγίᾳ ἐσχολακότι, ὁ Χριστὸς ἐλάφου κέρασι καθήμενος ὤφθη ἀπορρήτου σοφίας βουλήματι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκει, καὶ τὰ μέλλοντα ἥκειν αὐτῷ προηγόρευσεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ θείου μετέσχε λουτροῦ, πανοικεσίᾳ Χριστῷ πρόσεισιν.

CAPUT XXIX.

De sancto Eustathio, qui et Placidas dictus fuit. Item de sancto Eleutherio Illyrici episcopo.

Antequam autem ejusmodi ederentur litteræ, permulti dicuntur egregie certamen pro Christo pertulisse : quorum unus etiam fuit victoria clarus martyr Eustathius. Is sub Trajano ducis exercitus gerens dignitatem, Placidas dicebatur, et genere et opibus illustris. Cum vero plurimis eniteret ornamentis, postremo cœlesti quoque vocatione est cohonestatus. Etenim in solitudine quadam venanti Christus cervi cornibus insidens apparuit, eumque arcanæ sapientiæ consilio ad se pertraxit, et simul quæ ei eventura essent prædixit. Itaque baptizatus cum tota domo sua, Christo se dedidit. Verum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

enimvero occulta et arcana exploratione atque excussione rebus omnibus statim est nudatus. Nam opibus honoribusque omnibus projectis, uxore etiam et liberis longo tempore caruit. Atque ita ærumnis ferendis, veluti alter quidam Job factus, postea, quemadmodum et ille, Servatoris dispositione, una cum uxore et filiis Agapio et Theopisto, ad pristinam restitutus est felicitatem et gloriam. Multis deinde victoriis ab hostibus reportatis, quibus magno terrori erat, cum Romæ esset apud Adrianum, qui de rebus multis eum est percunctatus, quod dæmonibus sacrificare recusaret, in æreum taurum igne candentem una cum conjuge et liberis conjectus, vitam ibi morte commutavit. cum quidem illis sic martyrio defunctis, ne pilum quidem ignis consumpserit, nec detrimentum aliud attulerit. Ea ipsa ætate præstanti virtute juvenis Eleutherius in Illyrico erat. Romæ is quoque ortus, matre Anthia, quam magnus ille Paulus ad professionem Christianam perduxisse fertur. Illa vero filium quoque religionis ejus hæredem fecit, et Aniceto Romano episcopo tradidit : 264 a quo sacras Litteras edoctus, sacro cleri numero inscritur, et quinto decimo ætatis anno diaconi gradum consequitur : mox triennio post presbyter creatur : et deinde viginti natus annos Illyrici episcopus deligitur, vita priore signis miraculisque ingentibus edendis transacta. Ubi vero quamplurimis ad Christum perductis, ab Adriano accersitus, fidem Christi constantissime defendit, primum in lectum ferreum ignitum reponitur, deinde in ahenum oleo et arvina ferventi plenum conjicitur, atque mox in foco igne conferto collocatur. Cum autem his tormentis omnibus superior esset, in fornacem igne ad summum calefactam, qui primum Ceraborem opificem ejus, quod Christi complexus esset fidem, exceperat, protruditur. Porro Eleutherius ex custodia deinceps extractus, indomitisque equis alligatus, huc atque illuc trahitur : et vi divina vinculis ejus solutis, montem quemdam conscendit, atque ibi aliquandiu versatur, cum feris quas cicures reddebat habitans. Atque cum Dei præcepta promulgasset, et quingentos ad divinum perduxisset lavacrum, rursum in conspectum imperatoris pertractus, bestiis objicitur : et cum ab iis quoque salvus conservaretur, ex militibus duo impetum in eum faciunt, atque occidunt. Mater etiam filia vitam finienti circumfusa, itidem ut ille, martyrii coronam excepit.

A Ἀπορρήτῳ δὲ τῇ δοκιμασίᾳ γυμνὸς εὐθὺς γενόμενος, καὶ τὰ περιττὰ τοῦ πλούτου καὶ τῆς δόξης ἀποβαλών, καὶ γυναικὸς, καὶ παίδων ἀλλότριος γεγονὼς χρόνῳ συχνῷ, κἀντεῦθεν καὶ δεύτερός τις Ἰὼβ τοῖς ἐκεῖθεν πάθεσιν ἐκφανεὶς, ἐς ὕστερον κατ' ἐκεῖνον καὶ οὗτος ταῖς τοῦ Σωτῆρος προμηθείαις, σύναμα γυναικὶ καὶ εἰκνοις, Ἀγαπίῳ καὶ Θεοπίστῳ, εἰς τὴν προτέραν εὐδαιμονίαν καὶ εὐκλειαν ἐπανῆλθεν. Τρόπαια δὲ πολλὰ συστησάμενος, καὶ φοβερός τις ἄγαν ἀναφανεὶς, ἐπεὶ ἐν Ῥώμῃ γενόμενος Ἀδριανῷ συγγίνεται πλεῖστα δὴ ἐκζητήσαντι, καὶ θυσίας τοῖς δαίμοσιν ἀνενεγκεῖν ἀπηξίου, ταύρῳ χαλκῷ πεπυρακτωμένῳ ἐμβάλλεται σύναμα γυδαικὶ καὶ τέκνοις· καὶ ἐν αὐτῷ τὸ τέλος ἠνέγκατο οὐ μέντοι ἄχρι δὴ καὶ τριχὸς τοῦ πυρὸς λυμηναμένου αὐτοῖς. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ ὁ πολὺς τὴν ἀρετὴν κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν διέτριβεν Ἐλευθέριος, ἐκ Ῥώμης μὲν καὶ οὗτος ὁρμώμενος, μητρὶ δὲ Ἀνθίᾳ χρησάμενος· ἣ Παῦλος ὁ μέγας ὡμολογκὼς, τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὁδηγὸς χρηματίζει. Ἡ δὲ τὸν παῖδα καὶ τῆς πίστεως κληρονόμον ἐτίθει, καὶ Ἀνικήτῳ τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ αὐτὸ ἀνατίθησι· παρ' οὗ τὰ ἱερὰ γράμματα παιδευθεὶς, τῷ καταλόγῳ τοῦ κλήρου ἐναρίθμιος γίνεται. Πέμπτῳ δὲ καὶ δεκάτῳ τῆς αὐτοῦ ἡλικίας ἔτει τὸν τοῦ διακόνου βαθμὸν εἴσεισιν· ὀκτὼ δὲ πρὸς τοῖς δέκα γενόμενος, τῷ πρεσβυτερείῳ ἐγκαταλέγεται· καὶ τῷ εἰκοστῷ ἔτει τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐπίσκοπος προχειρίζεται, σημείοις πολλοῖς καὶ τέρασι τὸν βίον κρότερον κατακοσμήσας. Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς ἐπισπώμενος εἰς Χριστὸν, πρὸς Ἀδριανοῦ μετάκλητος γεγονὼς, τὴν κατὰ Χριστὸν πίστιν μάλιστα βεβαιῶν ἦν, πρῶτα μὲν κλίνῃ σιδήρου πυρὶ τὴν μορφὴν ὁμοίᾳ ἐπανακλίνεται· μετὰ δὲ τοῦτο τηγάνῳ ἐλαίου πλήρει καὶ στέατος ἐκπυρωθέντων ἐμβάλλεται· ἐσχάρᾳ τε πυρὸς ἐπίσης ἐχούσῃ ἁπλοῦται. Ὡς δ' καὶ τούτων ὑπέρτερος ἦν, κλιβάνῳ σφόδρα διακαέντι ἐκδίδοται, πρῶτον Κεράβορα τὸν κατασκευασαντα ὑποδεξαμένῳ, τὴν εἰς Χριστὸν κατασπασάμενον πίστιν. Ἐλευθέριος δὲ, μετὰ φρουρὰν πώλοις ἀγρίοις δεθεὶς, ἕλκεται· θείᾳ δὲ ῥοπῇ λυθεὶς τῶν δεσμῶν, ὄρει προσεπιβαίνει· θῆρες διαιτῶνται, ἃ καὶ ἥμερα ἐδείκνυ. Τὰ δὲ τοῦ θεοῦ διεξιῶν λόγια, ὡσεὶ πεντακοσίους τῷ θείῳ ἀπάγει λουτρῷ. Τῷ βασιλεῖ δὲ καὶ αὖθις εἰς ὄψιν ἐλθὼν, θηρίοις βορὰ παρατίθεται. Ὡς δ' σῶος διετηρεῖτο, δύο ἐπεισπεσόντων στρατιωτῶν ἀναιρεῖται. Καὶ ἡ μήτηρ τῷ παιδὶ τελειουμένῳ περιχυθεῖσα, ἐπίσης ἐκείνῳ τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνεδήσατο στέφανον.

B

C

D

CAPUT XXX.

Quædam de Polycarpo apostolico successore memoriæ commendata.

Adhuc Anicetus Romæ ecclesiam gubernabat, cum Polycarpus, Irenæo referente, propter quamdam quæ de Paschate inciderat quæstionem, Romam venit, atque ibi cum Aniceto familiariter est collocutus. Sed et alia Irenæus de Polycarpo com-

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Τὰ περὶ Πολυκάρπου τοῦ ἀποστολικοῦ διαδόχου μνημονευόμενα.

Ἐπὶ δ' Ανικήτου τὰ τῆς Ῥώμης ἡνιοχοῦντος πηδάλια Πολύκαρπον Εἰρηναῖος ἱστόρησεν περί τινος συμβὰν τοῦ Πάσχα τηνικάδε ζήτημα εἰς Ῥώμην τε ἀφικέσθαι, καὶ τῷ Ἀνικήτῳ εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν Καὶ ἄλλα δὲ ὁ Εἰρηναῖος περὶ Πολυκάρπου διέξυ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σιν· ἃ καταλέγειν, καὶ τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ συνάπτειν, ὅσιον ἥγημαι. Ἀμέλει ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Πρὸς τὰς αἱρέσεις, τάδε κατὰ ῥῆμα περὶ αὐτοῦ διέξεισι· « Καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀποστόλων μαθητευθεὶς, καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τὸν Κύριον ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων εἰς νὴν Ἀσίαν κατασταθεὶς, ἐν τῇ τῆς Σμύρνης ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ, ἐπὶ πολὺ γὰρ παρέμεινε καὶ πάνυ γηραλέος ἦν, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας ἐξῆλθε τοῦ βίου, ταῦτα διδάξας, ἀεὶ, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἔμαθεν· ἃ καὶ ἡ Ἐκκλησία παραδίδωσιν· ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. Μαρτυροῦσι τούτοις αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι. καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν Πολυκάρπου θρόνον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακοφρόνων· καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παρειληφέναι τὴν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας παραδεδομένην. Καὶ εἰσὶν οἱ ἀκούσαντες αὐτοῦ, ὅτι Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου μαθητὴς, ἐν τῇ Ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι, καὶ ἰδὼν ἔσω Κήρινθον, ἐξήλατο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ' εἰπὼν, Φύγωμεν, μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ, ἔνδον ὄντος Κηρίνθου τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πολύκαρπος Μαρκίωνί ποτε εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι, καὶ φήσαντι, Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, ἀπεκρίθη· Ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ. Τοσαύτην οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῶν εἶχον εὐλάβειαν, ὡς μηδὲ μέχρι λόγων κοινωνεῖν τινι τῶν παραχαρασσόντων τὴν ἀλήθειαν, ὡς καὶ Παῦλος ἔφησεν· Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη. ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δύνανται μαθεῖν. » Ταῦτα περὶ τούτου ὁ Εἰρηναῖος. Πολλαῖς δὲ μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς προτέρας Πέτρου χρῆται ἐπιστολῆ.

A memorat, quæ referre et præsenti operi adjungere pium esse judico. In tertio enim *Contra hæreses* libro, hæc ita de eo refert : « Polycarpus vero non modo ab apostolis institutus, cum multis eorum vixit, qui Dominum ipsi viderunt, sed etiam per apostolos, Smyrnensi Ecclesiæ in Asia episcopus ordinatus est. Quem **265** et nos in prima nostra ætate vidimus : diutius enim vixit, et in multa senectute cum magna gloria magnificentissime martyrio obito, e vita excessit, ea semper docens quæ ab apostolis didicerat, et quæ Ecclesia tradit, quæ videlicet sola sunt vera. Testantur hoc ecclesiæ Asianæ omnes, et qui ad hunc usque diem in Polycarpi successere locum, quod fidei majoris certiorque veritatis testis fuerit, quam B Valentinus et Marcion, et item alii insanarum opinionum auctores; qui cum Romam sub Aniceto pervenisset, multis ex eis qui dicti sunt hæreticis persuasit, ut ad Ecclesiam Dei redirent, unam et solam hanc veritatem, quam Ecclesia tradiderit, se ab apostolis accepisse prædicans. Exstant adhuc qui ex eo audiverint, Joannem Domini discipulum Ephesi lavatum aliquando ivisse; cæterum cum in balneis Cerinthum vidisset, illotum inde profugisse, atque dixisse : Fugiamus, obsecro, ne balneum, in quo Cerinthus, veritatis inimicus, est, concidat. Ipse quoque Polycarpus, cum ei Marcion in conspectum veniret, et diceret, Nosce nos : respondit, Nosco, inquiens, nosco primogenitum Satanæ. Tanta apostoli et discipuli eorum religione fuerunt, ut ne verba quidem communicarent cum quopiam eorum, qui veritatem adulterant C atque depravant : ut Paulus etiam dixit : *Hæreticum hominem post unam atque alteram admonitionem devita, sciens quod subversus est qui ejusmodi est, et delinquit, proprio judicio suo condemnatus* [50]. Est autem et epistola Polycarpi longissima ad Philippenses scripta, ex qua, qui voluerint, quique salutis suæ curam gesserint, simul et specimen fidei illius et doctrinam veritatis discere poterunt. » Hæc de eo Irenæus. Multis autem testimoniis prioris epistolæ Petri Polycarpus, in ea ipsa quam modo diximus, epistola sua utitur.

Ἐπιστολῆς ὁ Πολύκαρπος ἐν τῇ εἰρημένῃ αὐτοῦ

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Περὶ τῆς διαδοχῆς τῶν τηνικάδε αὐτοκρατόρων καὶ τῶν ἔργων αὐτῶν.

Ὁ Πῖος δὲ Ἀντωνῖνος, ὁ καὶ Εὐσεβὴς ὄνομα σχὼν, ἐπὶ τρία καὶ εἴκοσι τὴν ἀρχὴν διιθύνας, Μάρκῳ Οὐήρῳ υἱῷ τῷ καὶ αὐτῷ Ἀντωνίνῳ ἐπικληθέντι, σὺν Λουκίῳ τῷ ἀδελφῷ τὴν αὐνοκρατο-

D

266 CAPUT XXXI.

De successione ejus temporis imperatorum, rebusque eorum gestis.

Antoninus, cui etiam Pii nomen fuit (1), viginti tres imperavit annos, et imperium Romanum decedens Marco Ælio filio, et ipsi Antonino dicto, et Lucio fratri ejus reliquit. Pius porro iste

[50] Tit. III, 10.

(1) T. Aurel. **Antoninus** Pius, Adriani gener, ab eodem in filium **adoptatus** fuit, sicuti et ab hoc M. Antoninus **gener.** L. autem Annius Antoninus nepos Antonini Pii fuit. M. Antoninus, qui et Philosophus dictus, L. Annium Antoninum Verum imperii socium sibi adscivit. Et tum primum Rom. respub. duobus æquo jure imperantibus paruit. cum antea singulos semper habuisset Augustos. Utrumque Hadriani jussu Antoninus Pius adoptavit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Alexandriæ, Antiochiæ, et in multis aliis celebribus urbibus lavacra, aliaque plurima publicitus ædificia, Romæ quoque Circum magnum construxit. Atque abrogata veteri C. Julii Cæsaris lege, qua senatorio viro de bonis suis testari non permiserat, nisi dimidiam eorum partem, qui pro tempore futurus esset, principi relinqueret, omnibus, per constitutionem, liberam dedit potestatem de facultatibus suis, ita ut vellent, disponendi. Marcus autem filius ejus justam illam legem tulit, qua patri liberi ab intestato succedunt. Idemque sanxit, ut filio, qui in testamento præteritus, a parentibus debitam gratiam non retulisset, quadrans paternæ hæreditatis detur (1). Non diutius autem quam undecim annis Lucius (2) in imperio vixit, Antoninoque Philosopho id reliquit, qui et ipse octo prope annis imperavit : et cum unum et sexaginta circiter ætatis annos explevisset, ad Vindobonam decessit (3). Iis imperantibus, multi et apud Græcos præclari exstiterunt poetæ, oratores quoque et medici, omnis denique philosophiæ periti viri : in quibus Hermogenes rhetor, et Aristides orator nobilis, Galenus, Oppianus poeta, Alexandrinus Apollonius, ejusque filius Herodianus, grammaticæ artis auctores, atque item alii fuere, quos longum esset in præsentia enumerare. Illud scire convenit, Marcum Antoninum (4) filio suo institutionis imperialis librum a se compositum reliquisse, omnis generis profanorum exemplorum et disciplinæ plenum. Non apud Græcos vero tantum insignes tum, verum etiam in dogmate nostro plurimi maximique, de quibus in sequenti agemus historia, floruere viri.

ρίαν Ῥωμαίων καταλιπὼν ᾤχετο. Οὗτος δὲ ὁ Πῖος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ Ἀντιοχείᾳ καὶ ἄλλαις πολλαῖς τῶν ἐπισήμων πόλεων λουτρὰ καὶ ἄλλα πλεῖστα οἰκοδομήματα δημοσίᾳ κατασκευάσας, καὶ τὸν μέγαν ἐν Ῥώμῃ ἀγῶνα ἐργασάμενος, τοὺς ἐκ παλαιοῦ τε χάρτας ἐμπρήσας, οἷς Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἐνομοθέτει, μὴ ἐξεῖναι συγκλητικὸν διατιθέμενον ἄνδρα εἰς ἰδίους διατίθεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ μέρος τῆς ὑπάρξεως τῷ κατὰ καιροὺς ἀνατίθεσθαι βασιλεῖ, ἐκεῖνον δὴ καταπαύσας τὸν νόμων, ἐκέτι τῶν ἰδίων ἀπολαύειν, καὶ ὡς βουλομένῳ εἶη διατίθεσθαι ἐπὶ τοῖς σφετέροις ἐπέτρεπε πράγμασι. Μάρκος δὲ ὁ τούτου υἱὸς τὸν δίκαιον τουτονὶ νόμον καθίστη· τοῦ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖν τὰ τέκνα τὸν πατέρα· καὶ τῷ ἀχαριστουμένῳ παιδὶ τὸ τέταρτον μέρος τῆς πατρικῆς οὐσίας δίδοσθαι. Οὐ πλείω δὲ καὶ Μάρκος τῶν ὀκτὼ ἐτῶν διανύσας ἐν τῇ ἀρχῇ. Ἀντωνίνῳ Οὐήρῳ τῷ αὐτοῦ υἱῷ καταλείπει τὸ κράτος. Δέκα δὲ τοὺς πάντας καὶ οὗτος ἀναπλήσας ἐνιαυτοὺς, τὸ βιοῦν ἐξεμέτρησεν ἐν Προκονήσῳ σφαγείς, ὧν ὀλίγου δεῖν ἐτῶν τεσσαράκοντα. Ἐπὶ δὴ τούτων τῶν Καισάρων, πολλοί τε καὶ τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἐφάνησαν ποιηταὶ, καὶ λόγων ῥητορικῶν καὶ ἰατρικῶν, ἔτι δὲ καὶ πάσης φιλοσοφίας ἔμπειροι· ὅ τε γὰρ Ἑρμογένης ὁ ῥήτωρ, καὶ Ἀριστείδης ὁ τὸ εὐγενὲς τῶν λόγων διαρυλάξας. Γαληνός τε καὶ Ὀππιανὸς ὁ πνιητὴς, καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἀπολλώνιος, καὶ ὁ τούτου παῖς Ἡρωδιανὸς, οἱ τῆς γραμματικῆς τέχνης στοιχειωταὶ· οὓς μακρὸν ἂν εἴη καταλέγειν τῇ παρούσῃ σκοπῇ. Πλήν γε εἰδέναι χρεὼν, ὡς ὁ Μάρκος Ἀντωνῖνος οὗτος καὶ βιβλίου παιδείας τῷ παιδὶ Μάρκῳ συντάττει, πάσης κοσμικῆς ἐμπειρίας καὶ παιδείας μεστόν. Οὐ μόνον δὲ παρ' Ἕλλησι δόκιμοι ἄνδρες ἐδείχθησαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος ὡς πλεῖστοι καὶ μέγιστοι· περὶ ὧν τῇ μετὰ ταύτην ἱστορίᾳ διαληψόμεθα.

267 CAPUT XXXII.

Ut Justinus philosophus religione Christiana, et scripto, et sine scripto, egregie defensa, martyrio pro Christi nomine sit exornatus.

ὧν μὲν ἐγγὺς χερσὶ καὶ ποσὶν ἐναλλομέ- D Ac talia cum et pateraret et diceret generoso ad-
βριζόντων τὴν παλιὰν, τῶν δὲ πορρωθεν modum animo, ordini martyrum est allecta. Enim-
ων τις αὐτὸν, ὃ μετὰ χεῖρας ἔτυχεν ἔχων · vero postquam quæsitores isti et carnifices, virtute
ἀσεβεῖν ἡγουμένων ἢ πλημμελεῖν, εἴ τις Christi ad hunc modum infirmiores esse comperti,
τὲς εἰς αὐτὸν παροινίας καὶ ἀσελγείας atque martyrum constantia et tolerantia prostrati
. ὥστε γὰρ οὕτω τοὺς αὐτῶν θεοὺς ἐκεί- sunt, ut in carcere eos affligerent, consilium ceperunt. Ita illi tetra horrentium tenebrarum caligine
δ' ἐμπνέων τῇ εἱρκτῇ ἔρριπτο · καὶ ἐπὶ et pedore excruciantur, et pedum distractio ad
ις τῶν Θεῶν τὸ πνεῦμα παρέθετο. Οἱ γε quintum usque **308** fidicularum foramen extenditur. Quapropter multi in vinculis sunt suffocati,
γενόμενοι, ὡς κακοῦργοι τῇ τῶν μαρτύ- multi ægre viventes, spiritum cum dolore traxerunt,

[a] etiam sic verti potest : « Ac corpusculum ipsum crudelitatem tantam testabatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omni prorsus humano destituti auxilio. Fuerunt etiam, qui licet tormentis antea cruciati non fuissent, simul atque in carcerem sunt conjecti, quod gravem ejus squalorem non ferrent, decessere, Christo Jesu variis martyres modis glorificante. Pothinus autem, cui Lugdunensis Ecclesiæ episcopatus ministerium erat concreditum, vir imbecillus, ut qui nonaginta supergressus esset annos, et naturali quidem infirmitate ægre corpori vitatem auram suppeditaret, spiritu autem propter obeundi martyrii desiderium esset validissimus, ad tribunal est pertractus, corpore tenui et soluto, perinde atque vasculo quopiam animam vix retinens. Atque ibi consistens, cum pulchram professus esset professionem, a tribuno, quisnam esset Christianorum Deus, interrogatus : Si dignus, inquit, fueris, scies. Quapropter violentius quoque statim acceptus, plagas tulit. Qui enim propius ei astabant, manibus pedibusque in eum insilientes, summa contumelia canos ejus affecerunt ; qui vero longius remoti fuerant, quæcunque locus subministrabat tela, in eum conjecerunt. Omnes quidem certe flagitium se et piaculum committere existimarunt, si quid insolentiæ pervicacis et petulantiæ proterræ in eum intermitterent : eoque modo se deos suos vindicare putaverunt. Deinde, cum ægre jam spiraret, in carcerem est conjectus : ubi biduo post spiritum Deo decedens commendavit, Porro qui Christum abnegaverant, ut malefici in martyrum custodiam conjecti, quod viderent illos quidem jucundius relucere ac lætius florere, hilaresque gloria et gratia abundantes, nec non suavitatem odoris Christi redolentes, unguento scilicet quodam, sicuti nonnullis visum est, ita delibutos, ut vincula eorum, quasi comptorum sponsorum ornatum decentem præ se ferrent : seipsos autem deformes ac male olentes probrisque obsitos, vindicemque intra se et carnificem conscientiam in animis gerentes : qui videlicet ut illiberales parumque viriles, homicidii sibi ipsis crimen impingentes, omnium præstantissimum nomen rejecissent : ex martyrum conspectu confirmabantur, seque ab eis recipi rogabant. Atque illi eos non gravate, nullam prorsus suspicionem reliquam facientes, susceperunt. Ex eo tempore martyria varie sunt divisa atque distincta. Ex multiformibus namque et versicoloribus floribus coronam illi texentes, Christo eam obtulerunt, **309** et maximum illud immortalitatis præmium receperunt. Maturus quidem et Sanctus, Blandina et Attalus, id publicum produeti, et in amphitheatro bestiis objecti, eosdem sunt angores experti : plurimisque tormentis superatis, tandem in sedili ferreo, cui ignis esset suppositus, sunt collocati, ubi ex corporibus eorum adustis nidor ingens redditus, carnifices complevit. Qui tantum ex constantia martyrum concepere dolorem, ut patientiam illorum tanquam furtis agitati exsuperare contenderent. Ac Sanctus quidem et Maturus.

μύρῳ τινὶ κεχρισθαι, ὡς καὶ τὰ δεσμὰ δοκεῖν κόσμον εὐπρεπῆ περικεῖσθαι, οἷα δή τινας νυμφίους κεκοσμημένους · ἑαυτοὺς δὲ δυσειδεῖς τε καὶ δεινὸν ὄζοντας, ἀσχημοσύνης ἔμπλεως, τιμωρόν τε συνειδὸς ἔχοντες καὶ πλῆττον ὡς μάλιστα · ὡς ἀγεννεῖς καὶ ἄνανδροι, ἀνδροφόνων μὲν ἔκλημα ἑαυτοῖς περιθέντες, τὴν πάντιμον δὲ προσηγορίαν ἀποβεβληκότες, ἐκ τῆς τῶν μαρτύρων θέας ἐστηρίζοντο, καὶ ἠξίουν προσίεσθαι. Οἱ δ' ἐδέχοντο εὖ μάλα, μὴ τινος ἐννοίας ἐφεπομένης. Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο εἰς ποικίλον τὰ μαρτύρια διηρεῖτο · ἐκ πολυανθῶν γὰρ καὶ διαφόρων χρωμάτων ἕνα στέφανον πλέξαντες, τῷ Χριστῷ προσῆγον · δι' ὧν τὸ μέγα τῆς ἀφθαρσίας ἀπῆθεν ἐλάμβανον. Μάτουρος μὲν οὖν καὶ Σάγκτος, Βλανδίνα καὶ Ἄτταλος τοῖς θηρίοις δημοσίᾳ ἀνήγοντο · καὶ τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἀγόμενοι τῶν ἴσων δεινῶν καὶ αὖθις μετεῖχον. Καὶ δῆτα διὰ πλείστων ἐλθόντες, καὶ ἐπὶ τὴν σιδηρᾶν καθέδραν ἀνήγοντο · ὑφ' ἧς τηγανιζόμενα τὰ σώματα, κνίσσης αὐτοὺς ἐνεφόρει πολλῆς. Οἱ δὲ τοσοῦτον ἤλγουν, ὡς καὶ νικᾶν βούλεσθαι τὴν ὑπομονὴν οἷα μαινόμενοι. Δι' ἀγῶνος τοίνυν μεγάλου ἐλθόντες, Σάγκτες καὶ Μάτουρος ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐτύθησαν. Ἡ γε μὴν Βλανδῖνα τῷ ξύλῳ διαταθεῖσα, βορὰ τοῖς θηρίοις προὔκειτο · καὶ τὸ σχῆμα τοῦ δι' αὐτὴν σταυρωθέντος τυποῦσα, πολλὴν τοῖς συναγωνισταῖς παρεῖχε τὴν προθυμίαν, διὰ τῆς ἀδελφῆς τὸ τοῦ ποθουμένου σχῆμα βλέπουσιν · ἐν ταυτῷ δὲ πείθουσα, καὶ ὡς ὁ ὑπὲρ τῆς Χριστοῦ δόξης παθὼν κοινωνεῖ τοῖς πάθεσι τῷ ζῶντι Θεῷ. Τῶν οὖν θηρίων μὴ ἁψαμένων, εἰς δευτέραν ἄμιλλαν ἐτηρεῖτο · ὡς ἂν διὰ πολλῶν καὶ ποικίλων τὸν σκολιὸν ἐκνικήσασα ὄφιν, πρωτροπῆ τοῖς ἀδελφοῖς εἴη ἡ σμικρά τε καὶ εὐτελὴς, μέγαν καὶ ἀκαταγνιώστον ἀθλητὴν τὸν Χριστὸν κεκτημένη, διὰ πολλῶν κλήρων τὸν ἀντικείμενον ἐκβιασασα, καὶ δι' ἀγῶνος μεγάλου τὸ τῆς ἀφθαρσίας στέφος ἁρπάσασα · ἐπὶ δὲ ταύτῃ ὁ Ἄτταλος ἤγετο τῷ ἀμφιθεάτρῳ πίνακος προηγουμένου, ταῦτα δὴ λέγοντος, Οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ Χριστιανός. Ἦν δὲ τῶν ἐπισήμων ἀνὴρ, συνείδησίν τε ἐρρωμένην ἔχων, καὶ τοῖς κατὰ Χριστὸν ὡς μάλα τεγυμνασμένος καὶ ἀεὶ μάρτυς ἀληθείας ὤν. Σφριγῶντος δ' ἐπ' αὐτῷ τοῦ δήμου, τοῦτον ὡς Ῥωμαῖον ὁ ἡγεμὼν τῇ εἱρκτῇ συγκλεῖσαι ἐκέλευσεν, ἕως οὗ τῷ Καίσαρι περί τε αὐτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἀνενέγκοι. Ἐν τούτῳ δὲ εἰ πρότερον τῇ ἀρνήσει νεκροὶ τὸ πνεῦμα τῆς ζωῆς ἀνελάμβανον · καὶ οὓς νεκροὺς ἐξέτρωσε, τούτου ζῶντας ἡ μήτηρ ἐδέχετο · καὶ ἐγλυκαίνοντο ὑπὸ τοῦ μὴ θέλοντος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ · καὶ πρὸς τὸ παθεῖν ἀνερρώσθησαν. Καὶ γὰρ γραμμάτων ἐκ τοῦ Καίσαρος καταπεμφθέντων, ὅσοι ἦσαν Ῥωμαῖοι, τῇ διὰ ξίφους ὑπήγοντο τελευτῇ · οἱ δὲ θηρίοις καὶ ἄλλοις τῶν δεινῶν παρεβάλλοντο. Πρῶτοι δὲ πάντων οἱ μεταμέλῳ χρησάμενοι πρότερον ἀνητάζοντο, ἐλπίδος ὑποσαινούσης τούτους αὖθις ἑλεῖν. Ἀλλ' οἱ μὲν τῷ κλήρῳ τῶν μαρτύρων ἐτάττοντο · εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τῆς ἀπωλείας κατόπιν ἦκον · οἱ δὴ ἀνάξιοί τε ἦσαν καὶ ἀστήρικτοι περὶ τὴν ὁδὸν βλασφήμως ἔχοντες. Τῷ δὲ καταλόγῳ τῶν μαρτύρων καὶ Ἀλι-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ῖτο, ἰατρικῆς μὲν ἔμπειρος, τοῖς ἐν
σι καταφανὴς, ἅτε δὴ πολλήν τε λό-
προβεβλημένος, καὶ τῆς ἀποστολικῆς
άριτος· παριστὼς γὰρ τῷ βήματι,
ς μάρτυρας παρορμῶν, δῆλος ἦν καὶ
δίνων τοὺς ἄθλους· ἀμέλει τοι καὶ
περὶ τὸν δικαστὴν ἑστῶσι γενόμε-
ριθεὶς, σὺν Ἀττάλῳ περιήχθη θηρσὶν
ῆναι. Μηδενὸς οὖν δεινοῦ ἐντεῦθεν
μένοι, διὰ πολλῶν ἀγώνων ἥκοντες,
ησαν καὶ αὐτὸ ἰ· ὁαμὲν Ἀλέξανδρος μη-
κλος δὲ, τῷ ἐπὶ τῆς σιδηρᾶς καθέδρας
αὐτοῦ κνίσσης ἀναφερομένης, τοῦτο
φωνῇ ἐπειπὼν, Ἰδοὺ τοῦτό ἐστιν
ίειν, ὅπερ ὑμεῖς ποιεῖτε. Ἡμεῖς δὲ
ἐσθίομεν, οὔτε ἕτερόν τι πονηρὸν
ωτώμενος δὲ καὶ τί ὄνομα ἔχει
Ὁ Θεὸς ὄνομα οὐκ ἔχει ὡς ἄνθρω-
τοις πᾶσι τῇ τῶν μονομαχιῶν ἐσχάτῃ
ντικοῦ παιδαρίου ὡσεὶ ἐτῶν ιε' ἡ
α εἰσήγετο. Ἐπεὶ δ' ὀμνύειν κατὰ
άγκαστο, καὶ ἀπειθεῖς ἦσαν, ἐξαγρι-
ῶν τὸ πλῆθος, καὶ διῆγον πλείστοις
αῖς ταῖς βασάνοις ἀπαγορεύων, ἀπε-
κ· ἐσχάτη δὲ ἡ Βλανδῖνα οἷα μήτηρ
ήσασα, τέκνα καὶ νικηφόρους προ-
τὸς βασιλέα, ἀγαλλιωμένη ἐπέσπευδε
όδῳ ὡς εἰς νυμφικὸν δεῖπνον, οὐκ εἰς
ημένη βορὰν· καὶ μετὰ τὰς μάστι-
θηρία, μετὰ τὸ τήγανον, τέλος εἰς
λεῖσα ταύρῳ δεινῷ μαρεβλήθη· καὶ
λεῖσα τῷ ζώῳ, ὕστερον δὴ καὶ αὐτὴ
ατα, καὶ τῶν ὠμοτάτων ἐκείνων εἰ-
ποτε παρ' αὐτοῖς τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα
ι παθεῖν. Τούτων δὲ γενομένων, ἅλ-
αν ἡ τῶν ἀνόμων ὕβρις ἐπὶ τοῖς σώ-
τύρων ἐλάμβανε. Τὸ γὰρ ὑπ' ἐκείνων-
θαι μᾶλλον εἰς ὀργὴν ἀνῆπτε· καὶ
καὶ τοὺς ἄλλως διαφόροις ἐξετασθέν-
κυσιν ἐπιμελῶς φυλάττειν νύκτωρ
ν παρέβαλον, ἵνα μήτις λάχοι ταφῆς.
ους καὶ ὅσα τὸ πῦρ παρέδραμε λεί-
κγμένα τε καὶ ἠνθρακωμένα, καὶ τὰς
ῖς αὐτῶν ἀποτμήμασιν, ἐφ' ἡμέραις
ιωτικῇ φαλαγγι ἐπιμελῶς ἐτήρουν.
ς ὀδόντας ἔτριζον κατ' αὐτῶν· καὶ
μαίνοντο τοῖς λειψάνοις· οἱ δ' ἐν γέ-
· οἱ δ' ἐπιεικέστεροι δῆθεν, ποῦ ὁ
ἐπωνείδιζον· τί δὲ τῆς θρησκείας
τῶν ἰδίων ἔθεντο ψυχῶν; Ἐν πέν-
αγμα ἦν τῶν πιστῶν, τὸ μὴ δύνασθαι
τῇ γῇ· οὔτε γὰρ ἡ νὺξ καθυπούρ-
σίῳ μετελθεῖν ἦν. Πολλῷ γε μεῖον
κέρδος γὰρ ἐκείνοις τὸ κράτιστον
ταφῆς ἐκείνους τυχεῖν. » Ἐπὶ τού-
η διήγησις ἔλεγε· α Τὰ μὲν οὖν σώ-
ίων ἐκείνων, παντοίως παραδειγματι-
θριασθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἓξ, μετέπειτα
ἐθαλωθέντα ὑπὸ τῶν ἀνόμων, κατερ-

A certamine tanto obito, eo die cursum suum absolverunt, et gladio cæsi, veluti victimæ Deo sunt oblati. Blandina autem in stipite distenta, bestiis esca est proposita : faciemque supplicii ejus qui pro ea est crucifixus referens, magnam concertatoribus suis attulit animi alacritatem, in sorore sua habitum et formam exoptati illius inspicientibus. Quare illud quoque exhibebat, ac veluti persuadebat, qui pro Christi gloria patiatur, eum passionibus participem esse viventis Dei. Sed enim cum bestiæ eam non attingerent, ad alium reservata est agonem, ut simul et multis variisque colluctationibus devicto perplexo illo serpente, certum constantis fortitudinis exemplum fratribus fieret, vilis ipsa et imbecillis, et invictum habens
B propugnatorem Christum, diversisque adversarium certaminibus debellans, immortalitatis coronam reportaret. Secundum hanc Attalus in theatrum ducebatur, cui tabella præferebatur cum inscriptione hujusmodi : Hic est Attalus Christianus. Erat autem is ex clarorum virorum ordine, firmam sanamque obtinens conscientiam, atque in certaminibus pro Christo susceptis probe exercitatus, et constans veritatis testis. Quo producto, cum petulantius plebs tumultuaretur, præces eum, ut civem Romanum, in custodia asservari jussit, donec Cæsaris de eo atque aliis explorasset sententiam. Interea qui antea negatione mortui fuerant, spiritum vitæ resipiscentia receperunt : et quos tanquam ab ortu exstinctos ejecerat, eos revivi-
C scentes mater est complexa, si dulciore doctrina accepta, ab eo qui non vult mortem peccatoris, virtutem et robur ad perpetiendum assumpserunt. Nam allato a Cæsare rescripto, quicunque ex Christianis Romani essent, gladio sunt cæsi ; cæteri bestiis sunt objecti, aut aliis gravibus suppliciis affecti. Primi autem omnium, qui antea pœnitentia usi fuerant, inquirebantur. Spes quippe quæsitoribus erat, **310** eos denuo captum iri. Verum illi partim martyrum aggregati sunt ordini, partim perditionem secuti : illi nimirum, qui indigni parumque firmi fuerant, et de religione nostra minus recte senserant. Martyrum catalogo ascriptus etiam est Alexander, artis medicæ peritus, et in Galiis omnibus notus : erat enim multa dicendi
D libertate præditus, et apostolicæ gratiæ non expers. Etenim tribunali assistens, ac nutu martyres cohortans, deprehensus et ipse est veluti certamina parturire. Itaque judici delatus, et capitis damnatus una cum Attalo, bestiarum feritati est objectus. Sed cum nihil adversi ab eis sensissent, pluribus defuncti certaminibus, postremo et ipsi ut victimæ sunt cæsi : Alexander quidem, nihil prolocutus : Attalus autem, cum in ferreo sedili ureretur, nidorque ab eo prodiret, illud tantum Romana lingua præfatus : En hoc ipsum est humana vesci carne, quod vos facitis ; nos vero neque homines voramus, neque præterea mali quidquam facimus. Interrogatus etiam, quod Dei esset

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nomen. respondit, Deus nomen non habet, ut homo. Post hos omnes, ultimo gladiatorum die, cum Pontico puero quindecim circiter annos nato, generosa Blandina est producta. Ii per simulacra deorum jurare jussi, non paruere. Quapropter multitudinis animis adversus eos efferatis, per multis sunt excruciati tormentis. Et puer quidem suppliciis tantis cedens, reddidit spiritum. Blandina vero postrema, veluti mater generosa, excita, quæ liberos victores ad regem suum præmisisset, festinabat et ipsa per mortem exsultans, veluti ad nuptiale convivium, et non ad bestiarum, quibus objicienda erat, lacerationem. Itaque post flagra, post bestias, post aheneum, ad ultimum reticulo inclusa, tauro agresti et feroci est objecta : et cum diu multumque a bellua ea essel jactata, tandem et ipsa est manifestissime jugulata. Cujus tantam demirati fortitudinem immanissimi illi persecutores, haud unquam apud eos visam esse mulierem tot et tanta supplicia perpeti, testati sunt. His ita peractis, denuo contumeliosa iniquissimorum hominum injuria sævire in martyrum corpora cœpit. Quod namque ab illis essent superati, **311** id in majorem evasit iram. Proinde et eos qui in carcere mortem obierant, et eos qui variis et exquisitis suppliciis excruciati fuerant, ne quis eorum sepulturæ honorem sortiretur, canum nocturnis simul et diurnis tradiderunt custodiis. Præterea quæ a bestiarum feritate et ignis violentia superfuerant reliquias, comminutas illas et in carbones redactas, capita quoque et resectamenta eorum per dies plures asservanda diligentius militaris manus excubiis mandarunt. Ac impii milites partim dentibus in eos stridebant, ut per furorem defunctorum quoque reliquiis insultarent : partim in ludibrium cadavera vertebant. Si qui vero viderentur esse aliis æquiores, probrose, ubi Deus eorum esset, quidve illis religio eorum, cui animas ipsi suas posthabuissent, prodesset, requirebant. Grex autem fidelium in magno fuit mœrore et luctu, quod humare martyrum cadavera non liceret. Neque enim ad hoc eis nox profuit, neque auro ea redimere potuerunt : nedum precibus ullus locus esset apud eos, quibus id maximum lucrum est visum, si illa sepultura carerent. » Sub hæc narratio, quam diximus, infert : « Itaque corpora sanctorum illorum omni genere ludibrii et probri traducta, et sex diebus sub dio jactata, postea autem combusta atque in cineres redacta, ab iniquis hominibus in Rhodanum fluvium ibi præterlabentem sunt sparsa, ut nihil prorsus eorum in terris amplius esset reliquum. Et hoc sic fecerunt, perinde atque Deum devincere, aut regenerationem eorum præpedire possent : ut ne quam (sic illi dicebant) resurrectionis spem habeant, qua ipsi adducti, peregrinam nobis et novam inducunt religionem, et dura acerbaque omnia despiciunt, prompti prorsus et parati cum gaudio adire mortem. Videamus nunc, an sint resurrecturi, et si potest eis opem ferre Deus eorum, et e manibus nostris eos eripere. » Atque hæc quidem commentarius ille refert. Facili autem conjectura et ratione convenienti colligere licet, quæ in reliquis etiam provinciis sint acta, quantave tuum martyrum exstiterit ubique multitudo.

ῥάνδη εἰς τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν πλησίον παραρρέοντα, ὅπως μηδὲ λείψανον αὐτῶν φαίνηται ἐπὶ τῆς γῆς ἔτι. Καὶ ταῦτα ἔπραττον, ὡς δυνάμενοι νικᾶν τὸν Θεόν, καὶ ἀφελέσθαι αὐτῶν τὴν παλιγγενεσίαν· ἵνα, ὡς ἔλεγον ἐκεῖνοι, μηδὲ ταύτην ἔχωσιν ἀναστάσεως ἐφ' ᾗ πεποιθότες, ξένην τινὰ καὶ καινὴν εἰσάγουσιν ἡμῖν θρησκείαν, καὶ καταφρονοῦσι τῶν δεινῶν, ἕτοιμοι μετὰ χαρᾶς ἐπὶ τὸν θάνατον ἥξοντες. Νῦν ἴδωμεν εἰ ἀναστήσονται, καὶ εἰ δύναται βοηθῆσαι αὐτοῖς ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελέσθαι ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν. » Ταῦτα μὲν ἡ γραφή· εἰκὸς δὲ συνιέντας λογισμῷ καταστοχάζεσθαι πάρεστι καὶ τὰ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἐπαρχίαις γεγενημένα, καὶ ὅσοι τινὲς μαρτύρων ἀνεδείχθησαν.

312 CAPUT XVIII.

Qualis visio Attalo martyri apparuerit, propter alium martyrem, qui duram nimis et austeram vitam degebat : et ut Christi martyres facile lapsis gratiam fecerint, veniamque concesserint.

In commentario eo aliud quiddam memoratu dignum traditur, quod ad multorum utilitatem, si historiæ nunc inseruissem, minime id invidiosum mihi fore duxi. « Alcibiades quidam martyrum choro ascriptus, austeram plane et duram agebat vitam, et solo pane et aqua victitans, a cæteris cibis omnibus abstinebat. Quem morem cum in carcere quoque servare pergeret, Attalo, qui et ipse post primum obitum certamen eo conjectus fuerat, res ea est revelata. Is porro illum admonuit, non recte facere, qui creaturis Dei non uteretur, et multis exemplum scandali atque offendiculi fieret. Proinde Alcibiades posthac nullo

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Οἷα τῷ μάρτυρι Ἀττάλῳ γέγονεν ἐπιφάνεια διὰ τὸν τὸν αὐχμηρὸν μετερχόμενον βίον μάρτυρα· ὡς καὶ τοῖς περιπίπτουσιν ἔδοσαν γνώμην οἱ Χριστοῦ μάρτυρες ἵλεω.

Τῇ δ' εἰρημένῃ γραφῇ καὶ ἄλλο τι μνήμης ἱστορεῖται, ὃ εἰς πολλῶν ὠφέλειαν παραδίδοσθαι τῇ συγγραφῇ οὐδεὶς ἂν ἐγγένοιτο ἐδόκει. « Ἀλκιβιάδης γάρ τις ἐξ αὐτῶν τῇ μαρτυρικῇ κατειλεγμένος χορείᾳ, αὐχμηρόν πάνυ καὶ σκληρὸν βίον μετῄρχετο· καὶ τὴν ζόην ἐν ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι διασώζων, τῶν ἄλλων πάντων ἀπεῖχετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τῷ εἱρκτῇ αὐτὸν διάγειν, Ἀττάλῳ ἀπεκαλύφθη τῷ μάρτυρι μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα καὶ αὐτῷ καθειργμένῳ, ὡς οὐ καλῶς ποιοίη Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλοῖς τύπος σκανδάλου γινόμενος. Ἐντεῦθεν πεισθεὶς ὁ Ἀλκιβιάδης, ἀπὸ πάντων πλὴν οὐκ εἰς πλησμονὴν μετελάμβανε·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δει το ἐλλειμμα περιστείλαντι. A discrimine, omne genus cibi, citra satietatem
πλεῖστοι χάριτος ἦσαν Θεοῦ· ἀλλὰ τὸ tamen, cepit : et gratias Deo egit, qui quod ei
ειαν ἐν αὐτοῖς πάντα συμβουλεύων defuisset, ita explevisset. Minime namque suo
πρὸς τὸ χρηστότερον. ὁ Περὶ δὲ τοῦ destitutos obtutu reliquerat gratia Dei, sed Spiri-
ανθρώπου αὐτῶν τοιαῦτα ἡ προφ- tus sanctus erat cum eis, omnia consulens atque
τὴν ἱστορίαν· « Οἱ καὶ ἐπὶ τοσούτων dirigens in melius. » De eorumdem martyrum
μιμηταὶ γεγόνασι τοῦ χριστοῦ, ὥστε æquitate atque humanitate scriptura ea quam di-
δόξῃ ὑπάρχοντες, καὶ οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ ximus, talia memorat (1) : « In tantum videlicet
μαρτυρήσαντες, καὶ τὰ στίγματα τοῦ æmulatores fuisse Jesu Christi, ut cum in tanta
εἶναι, οὔτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτοὺς essent gloria, sæpiusque martyrii agonem obirent,
ἐπὶ μὴ ἡμῖν ἐπέτρεπον τούτῳ τῷ Christique adeo stigmata circumferrent, neque se
γαρύειν αὐτούς. Ἀλλ' εἴ ποτέ τις ipsi martyres vocarent, neque nobis permitterent
τολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς ut eos nomine eo compellaremus. Quod si quis
ὡς ἐπλήμμησον, ἠδίως τήν τε μαρ- nostrum vel in epistolis, vel in sermonibus marty-
παραχωροῦντες Χριστῷ τῷ res eos nominasset, acrius id reprehendebant :
ἀληθῶ μάρτυρι, καὶ πρωτοτόκῳ τῶν B perhibeter martyrii appellationem cedentes Chri-
ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ. » Ἐπιλέγει sto, vero et fidali martyri atque testi, eidemque
τῶν τετελειωθέντων ἐμνήσθησαν ἐκείνοι primogenito ex mortuis, et duci auctorique vitæ
Χριστὸς πρὸς ἑαυτὸν εἵλκυσεν· Deo. Addit præterea illud, quod etiam defuncto-
ας καὶ οὐδαμοῦ. Καὶ εὐχὰς ἤτουν rum memoriam celebrarint : illos scilicet esse
ὡς τὸν ἴσον ἆθλον διαδραμεῖν· καὶ martyres, quos Christus ad se traxisset; se autem
ἐν τῇ μαρτυρίᾳ ἔργῳ πολλὴν παρ- viles esse, et nullius rei homines dicentes. Ora-
ς ἐπεδείκνυντο· παρητοῦντο δὲ ἔτι tiones quoque pro se fieri petierunt, ut et ipsis
ν, σοῦ Θεοῦ, ὑπὸ τὴν κραταιὰν certamine pari cum laude defungi liceret. Qui cum
ἐαυτοῦ χεῖρα, ὑφ' ἧς ἱκανῶς ὑψώθησαν, libertate multa freti, rebus ipsis martyrii virtutem
τὸ μὲν πάσι, κατηγόρουν δὲ οὐδενός. præstarent, nomen tamen sunt deprecati : timore
πάντας, ἐδίωξαν δὲ οὐδένα. Καὶ Dei sub potenti manu ejus humiliati [1], a qua satis
δεινοῖς διατεθέντων αὐτοὺς τοῦχοντο· deinde sunt exaltati. Et ipsi quidem defenderunt
πανος πρώτιστον. » Καὶ πάλιν αὐταῖς omnes, accusarunt autem neminem. **313** Dolve-
λέγει ἁπλῶς ἡ γραφή· « Οὗτος γὰρ runt illidem omnes, ligarunt neminem : atque pro
ς πρὸς αὐτὸν ὁ πόλεμος ἐγένετο διὰ C eis quid se summis affecissent malis, sunt precati,
ἀγάπης, ἵνα ἀποπνιχθεὶς ὁ θὴρ, οὓς ita ut id antea fecerat Stephanus. » Deinceps
κατεπεπωκέναι, ζῶντας ἐξεμέσῃ· scriptum id hisce de eis utitur verbis : « Maximum
καύχημα κατὰ τῶν πεπτωκότων· ἀλλ' illis bellum contra adversarium fuit, per chari-
αζον αὐτοί, τοῦτο τοῖς ἐνδεεστέροις tatis sinceritatem, ut bellua illa strangulata, quos
ικα σπλάγχνα ἔχοντες, καὶ πολλὰ prius sibi devorasse videbatur, vivos redderet.
χέοντες οἰκτρὰ πρὸς τὸν Πατέρα, Non enim gloriati sunt super delinquentium casu,
καὶ εἶχον αὐτοῖς, ἦν καὶ συνεμ- sed quibus ipsi abundarunt gratiis et donis, de
λησίοις· καὶ πάντες νικηφόροι πρὸς eisdem indigentibus communicarunt. Et materna
ντες, εἰρήνην ἀγαπήσαντες ἅμα, καὶ prorsus habentes viscera, multas pro eis a Patrem
ρεγγυήσαντες, μετ' εἰρήνης ἐχωρη- profuderunt lacrymas. Vitam petierunt, et dedit
θεν, μὴ καταλιπόντες πόνον τῇ μη- eis, quam proximis suis impertierunt, et omnes
τὴν καὶ πόλεμον τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ victores ad Deum transierunt. Pacem semper
καὶ ὁμόνοιαν καὶ ἀγάπην. » Ταῦτα complectentes, et pacem nobis commendantes, in
τῆς τῶν παραπεπτωκότων χάριν pace ad Deum pervenerunt : non laborem aut do-
μακαρίων ἀνδρῶν, τῆς ἀπανθρώπου D lorem matri, neque seditionem aut bellum fratri-
καὶ διαθέσεως τῶν μετὰ ταῦτα ἀστε- bus, sed gaudium, pacem, concordiam et chari-
τοῦ μέλους προσηνεγμένων, καὶ μὴ tatem relinquentes. » Hæc addidi, tum propter
ως προσηκόντως πραξθλιπόντων· καὶ sinceram piamque sanctorum illorum virorum erga
ρὺν αἴρειν, εἴ καί τι τέως κατωρθω- lapsos affectionem, tum propter inhumanum im-
θη δε καὶ τῶν ἀμοὶ Μοντανῶν καὶ misericordemque eorum animum, qui postea superbe et crudeliter membris Christi insultarunt,
Θεοδοτον περὶ φόβου ἄρτι πρώτως nullamque eorum per compassionis virtutem habue-
τούτων ὑπολῆψιν ἀπαντα χοῦ θρυλλου- erunt rationem. Qui sane etiamsi tum quidquam
γὰρ τῶν θείων χαρισμάτων κατὰ aut officiose fecerunt, aut recte statuerunt, non
τους τελουμένων, ἐδόκει τοῖς πολ- continuo tamen sibi placeant, vel supercilia eri-
μητέχειν· καὶ διὰ τούτου πίστιν

8.

ib. v. cap. 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gant. Cæterum cum jam tum primum apud Phryges Montanus, et Alcibiades, et Theodotus, prophetarum opinionem passim fama obtinuissent (quod enim ea quoque tempestate varia dona Dei in multis florerent ecclesiis, multis illi visi sunt charismatum eorum participes esse, proindeque prophetiæ fidem meruere), et sententiæ plurimorum de eis variarent, qui in Gallia fuere fratres, pium rectumque de eis judicium suum in scriptum, quod sæpe diximus, retulerunt, eidemque quasdam eorum qui commemorati sunt martyrum epistolas inseruerunt, quas illi ex vinculis et carcere ad fratres in Asia et Phrygia de nonnullis ecclesiasticis quæstionibus dederunt. Atque hæc quidem hactenus.

A παρεῖχον ὡς προφητεύουσι) · διαφωνίας τοίνυν περὶ τούτων οὐ μετρίας οὔσης, οἱ κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφοὶ τὴν ἑαυτῶν εὐλαβῆ καὶ ὀρθόδοξον κρίσιν ὑποτάττουσι τῇ εἰρημένῃ γραφῇ, καί τινας ἐκθέμενοι τῶν διειλημμένων μαρτύρων ἐπιστολὰς, ἃς ἔμφρουροι ὄντες τοῖς ἐπ' Ἀσίας καὶ Φρυγίας ἀδελφοῖς διεπέμψαντο περί τινων ἐκκλησιαστικῶν συζητήσεων. Καὶ τὰ μὲν τῆς ἐξ Ἰταλίας γραφῆς τοῖς ἐν Ἀσίᾳ καὶ Φρυγίᾳ ἐν τούτοις ἦσαν.

314 CAPUT XIX.

Qui tum temporis in excelsis episcopalis dignitatis sedibus enituerint.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

B Τίνες τοῖς ὑψηλοῖς τῶν ἱερῶν θρόνων τηνικαῦτα διέπρεπον.

Antoninus (1) autem, Veri frater, septem annis et quatuor mensibus Romano administrato imperio, Commodo id reliquit. Cujus decimo anno Eleutherus Soteris successor Romæ episcopatum tenuit. Cui deinde, cum tredecim præfuisset annos, Victor est subrogatus. Hic Ecclesiam ibi decem gubernavit annis, et successorem Zephyrinum habuit, nono imperii Severi anno. Zephyrino, qui decem et octo annis Ecclesiam Romanam rexit, Callistus est suffectus : qui eam quinque annis administratam, Urbano successori reliquit. In Alexandrina Ecclesia Agrippinus duodecim annos episcopatum gessit. Ei Julianus successit : qui decem annis munere sacro obeundo expletis, Demetrium successorem recepit (2). Apud Antiochenos post Maximinum, qui undecim annis Ecclesiæ gubernator fuit, Serapion episcopus creatus est, octavus ab apostolis successor. Qui satis diu cum laude Ecclesiæ præfuit, et eam Asclepiadi regendam reliquit. Eisdem temporibus Hierosolymis, in sancta Sion, adhuc admirandus ille Narcissus (3) sacrosancto fungebatur munere, quindecimum obtinens successionis locum, a secunda, quæ sub Adriano facta est, ejus urbis obsidione : ex quo, post eos qui ex circumcisione ibi fuerunt, episcopos, Marcum primum ex gentibus regendæ Ecclesiæ præfectum esse, antea diximus. Cui Cassianus, sicuti successiones ejus Ecclesiæ tradunt, est suffectus. Huic autem Publius, Publio Maximus, Maximo Julianus (4) ; cui ordine successerunt Cajus, Symmachus, Cajus alter, Julianus item alter, Capito, Valens, Dolichianus, et ab apostolorum successione tricesimus celeberrimus Narcissus. Cæsareæ porro Palæstinæ episcopale munus tum habuit Theophilus. **315** In Græcia autem Corinthi Bacchylus episcopus fuit, Ephesi vero Polycrates, et

Ἀντωνῖνος δὲ ὁ υἱὸς Μάρκου τέσσαρας μῆνας πρὸς δέκα διαγεγονὼς τῇ βασιλείᾳ ἐνιαυτοῖς, Κομόδῳ τῆς ἀρχῆς ὑπεξίσταται · οὗ τῷ δεκάτῳ τῆς ἀρχῆς ἔτει Ἐλεύθερος ὁ μετὰ Σωτῆρα τῆς Ῥώμης ἐπισκοπήσας, ἔτη δέκα πρὸς τρισὶ λελειτουργηκὼς, Βίκτωρι καταλιμπάνει τὸν θρόνον. Τούτου δὲ οὐχ ἧττον ἢ δέκα ἔτεσιν ἡγησαμένου, Ζεφυρῖνος διάδοχος ἐγνωρίζετο, Σευήρου τῆς βασιλείας ἔννατον ἄγοντος ἔτος. Μετὰ δὲ τοῦτον ἔτεσιν ιη' ὑπουργήσαντα τὸν κλῆρον τῆς λειτουργίας Κάλλιστος ἀνελάμβανεν · ὃς ἔτεσι πέντε ἐπιβιώσας, Οὐρβανῷ τὴν λειτουργίαν καταλείπει. Τῶν γε μὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικιῶν Ἰουλιανὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρίζεται, Ἀγριππίνου ἐπὶ δυοκαίδεκα ἔτεσι τὴν ζωὴν μεταλλάξαντος. Καὶ τούτου δὲ δέκατον ἀποκλήσαντος ἔτος, τῶν ἐκεῖσε παροικιῶν τὴν θείαν ὑπουργίαν Δημήτριος ἂν δέχετο. Ἐν δ' Ἀντιοχείᾳ μετὰ Μαξιμῖνον ἑνδέκατον ἡγησάμενον ἔτος, Σεραπίων τὸν τῆς διακονίας κλῆρον ἐλάμβανεν, ὀγδόην ἔχων ἀπὸ τῶν ἀποστόλων διαδοχήν · καὶ τούτῳ δ' ἱκανῶς τῇ λειτουργίᾳ ἐμπρέψαντι Ἀσκληπιάδης διάδοχος ἀνεδείκνυτο. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁγίας Σιὼν εἰσέτι Νάρκισσος ὁ θαυμάσιος τὴν λειτουργίαν εἶχε, πέμπτην καὶ δεκάτην ἄγων διαδοχὴν ἀπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων κατὰ Ἁδριανὸν δευτέρας πολιορκίας · ἀφ' οὗ μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας Μάρκον καθηγήσασθαι πρῶτον ἐξ ἐθνῶν ἐπίσκοπον ἐδηλώσαμεν. Μετὰ δὲ τοῦτον Κασσιανὸν ἐγχειρισθῆναι τὴν λειτουργίαν αἱ τῶν αὐτόθι διαδοχαὶ περιέχουσι · Πούπλιον δὲ μετὰ τοῦτον · εἶτα Μάξιμον · ἐπὶ δὲ τούτῳ Ἰουλιανόν, ὃν διαδέχεται Γάϊος · τοῦτον δὲ Σύμμαχος, οὗ Γάϊος ἕτερος · τὸν δ' αὖθις ἄλλος Ἰουλιανός · ἔπειτα Καπίτων · καὶ μετὰ Οὐάλεντα Δολιχιανός · ἐπὶ δὲ τούτοι πᾶσι τριακοστὸς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐκ διαδοχῆς ὁ περιβόητος ἐγνωρίζετο Νάρκισσος. Κατὰ δὲ τὴν ἐν Κα-

(1) M. Antoninum 19 annis imperasse, scribit Euseb. lib. v, cap. 9.

(2) Anno Commodi I. (Euseb. lib. v, cap. 9.)

(3) In persecutione sub Severo Narcissus episcopus Hierosolymitanus annos aliquot in solis locis latuit. Quo tempore interim ei ordine substituti sunt Dius, Germanion, Gordius, ut infra libro quinto, cap. 10, scribitur, ubi alia hujus secessus affertur causa. Alii auctores in hoc catalogo Symmachum et Cajum alterum non recensent. Eaque ratione Narcissus, cum e solitudine reversus episcopatum recepit, a Marco quindecimus, ab apostolis tricesimus fuerit Hierosolymis episcopus.

(4) Alii *Julium* habent.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σαρεία Παλαιστίνην Θεόφιλος ἦν. Καθ' Ἑλλάδα δὲ τῆς Κορίνθου Βάκχυλος ἐπίσκοπος ἦν· καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας Πολυκράτης, καὶ ἄλλοι γε ὡς εἰκὸς ἐπὶ τούτοις μυρίοι, Κομόδου καὶ Σευήρου τὰ σκῆπτρα διεκόντων τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

A alibi alii, ut par erat, quam plurimi, Commodo ac deinde Severo Romanum imperium administrantibus. De iis nunc satis.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Κατάλογος καὶ αὖθις τῶν μετὰ ταῦτα τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἀρχηγῶν· καὶ ὅσοι ἐκκλησιαστικοὶ ἄνδρες τούτοις ἀντέστησαν.

Τῶν δ' εἰρημένων μικρῷ πρόσθεν αἱρέσεων ἀρετῇ καὶ λόγῳ τῶν προειρημένων, θείων ἀνδρῶν ἐς τὸ παντελὲς ἀπορρυεισῶν, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς ἄλλας ἐκεσπείρειν ἐσπευδε. Πολλαὶ δὲ καὶ παράφυάδες ἔτι ἐκείνων ἦσαν, τὸν καθαρὸν τῆς Κριστοῦ γεωργίας κλῆρον συγχέουσαι. Πολλάκις δὲ καὶ αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς ἐμερίζοντο, εἰς διαφόρους διιστάμεναι γνώμας. Πολλαὶ δ' αἴφνης ὡς ἐξ ὑπαρχῆς λαμβάνουσαι τὴν ἀρχὴν ἀνεδίδοντο. Πᾶσαι δ' οὖν ὅμως τὰς ἀρχὰς ἀπὸ Σίμωνος, Σατορνίνου τε καὶ Κηρίνθου τῆς ἀτόπου γνώσεως εἵλκον. Ἀρτέμων μὲν οὖν καὶ ὁ Μοντανὸς ἄρτι τότε ἐφύοντο· καὶ οἷά τινες ὄφεις φρῦνοι ὄλεθρον πνέοντες, ἰοβόλων δίκην ἑρπετῶν, κατὰ τὴν τῆς Ἀσίας Φρυγίαν εἵρπον. Μαρκίωνος δὲ ἡ δόξα διῄρητο. Καὶ ἄλλοι δὲ ἐπὶ Ῥώμης ἦσαν ἀκμάζοντες· Φλωρῖνος οὗτοι καὶ βλάστος κατωνομάζοντο, νεωτερίζοντες καὶ ἄμφω περὶ τὸν ἀληθῆ τῆς ἀληθείας λόγον. Ὁ μὲν Φλωρῖνος, τοῦ τῆς Ἐκκλησίας πρεσβυτερίου ἀποπεσών· Βλάστος δὲ, παραπλησίῳ πτώματι συνισχόμενος· ἰδίᾳ δ' ἑκαστος τὸ τῆς ἀσεβείας καθιστάμενος ἐργαστήριον, πολλοὺς τῶν τῆς Ἐκκλησίας πρὸς ἑαυτοὺς ἐπεσπῶντο. Ἀμέλει κατὰ μὲν Ἀρτέμωνος καὶ τοῦ αὐτοῦ διαδόχου Θεοδότου Βυζαντίου τοῦ σκυτέως ἐπὶ μᾶλλον τὰ τούτου αὐξήσαντος ὁ μακάριος Βίκτωρ ἀνθίστατο· ἔλεγχει δὲ τὴν κατ' αὐτοὺς ἀτοπίαν ὁ μικρὸς εἰρημένος Λαβύρινθος, ὃν φασι τινὲς Ὠριγένην συντάξαι. Ἀλλ' ὁ χαρακτὴρ ἐλέγχει τοὺς λέγοντας. Μοντανῷ δ' ἐκκαταγώνιστον ὅπλον ἐπαφῆκε Θεὸς τὸν, ὃς τῆς Ἱεραπολιτῶν ἡγεῖτο Ἀπολλινάριος, ἀνὴρ πρὸς τῇ γνώσει τῶν θείων καὶ τὴν ἔξωθεν παιδείαν προσειληφώς· Πρὸς τούτῳ δὲ καὶ Μιλτιάδης καὶ Ἀπολλώνιος· καὶ Σεραπίων ὁ τῆς Ἀντιοχίων ἐκκλησίας ποιμήν· καὶ ἄλλοι πλεῖστοι. Κατὰ δὲ Πρόκλου τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως προστατεύοντος Γάϊος ὁ πρόσθεν ἡμῖν εἰρημένος ἔγραψεν· τῇ δὲ Μαρκίωνος δόξῃ καὶ διαιρέσει ὁ σοφώτατος ἀνθίσταται Ῥόδων. Φλωρίνῳ δὲ καὶ Βλάστῳ τοῖς κατὰ Ῥώμην ἡγησαμένοις τοῦ σχίσματος ὁ προρρηθεὶς Εἰρηναῖος παραινῶν γράφει, τῶν κενολογιῶν ἀποστάντας, τῆς ἀποστολικῆς ἔχεσθαι παραδόσεως. Ἐγὼ δὲ τὰ εἰκότα πράττων, ἐκθήσομαι μὲν καὶ τῶν εἰρημένων φλαύρων ἀνδρῶν τὰ νόθα καὶ παρέγγραπτα δόγματα· ὡς δ' ἐνὸν, τούτοις αὖθις ἀντιστήσω τοὺς εἰρημένους ἄνδρας, τοῖς πεπροβλωθεῖσι τῶν θείων λόγων ἐλέγχοις τὰς ἐκείνων παρατεὶς ἱρεσχελίας ἀνδρικῶς καταῤῥάσσοντας.

CAPUT XX.

Catalogus auctorum et ducum falso nominatæ scientiæ, qui postea exstiterunt : et qui ecclesiastici viri illis restiterint.

Hæresibus autem, quas paulo ante diximus, divinorum, quos retulimus, virorum virtute et doctrina prorsus evulsis, zizaniorum sator alias insuper seminare non cessavit. Sed et priorum illorum multi adhuc restabant surculi, puræ agrorum Christi sationi officientes : sæpenumero etiam ipsæ inter se dividebantur, et in varias sententias discindebantur ; multæ etiam derepente tum primum initium sumentes producebantur. Omnes tamen a Simone et Saturnino, atque ab absurda et importuna scientia Cerinthi ortum traxerunt. Artemon et Montanus tum primum pullulabant, et tanquam serpentes rubetæ interitum spirantes, venenatorum reptilium more, per Phrygiam in Asia provolvebantur. Marcionis autem secta dissecta atque divisa erat. Quidam etiam Romæ vigebant, ut Florinus et Blastus, qui et ipsi novas opiniones de vero veritatis verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quod presbyteratus Ecclesiæ gradu abdicatus esset ; Blastus autem, non ob dissimilem quoque lapsum. Quilibet vero eorum officina seorsim contra veram pietatem instituta, permultos ex Ecclesia in errorem suum pertraxit. Sed enim contra Artemonem ejusque successorem Theodotum Byzantium coriarium, qui illius errorem multum provexit, beatus Victor depugnavit. Redarguit quoque importunitatem eorum liber, qui parvus Labyrinthus dicitur, quem nonnulli boOrigene compositum esse autumant : sed eos stylus et elocutionis forma refellit. **316** Montano porro tanquam inexpugnabile propugnaculum Deus objecit Hierapolitanæ Ecclesiæ antistitem Apollinarem, virum eximium, qui ad divinæ doctrinæ cognitionem profanas etiam disciplinas adjecerat. Adversus hunc quoque scripserunt Miltiades, Apollonius, Serapion Antiochenæ Ecclesiæ episcopus, et alii complures : sicuti et contra Proclum, ejusdem hæreseos antesignanum, Cajus, quem antea quoque nominavimus. Marcionis autem opinioni, ejusque divisioni, sapientissimus restitit Rhodon. Ad Florinum autem et Blastum, qui Romæ schismatis et dissidii duces fuere, sæpe nobis nominatus Irenæus cohortationes scripsit : ut nuntio vanis atque inanibus sermonibus et concertationibus remisso, apostolicis inhærerent traditionibus. Enimvero recte me facturum esse puto, si perniciosorum eorum hominum illegitima et adulterina dogmata exposuero, et quantum licebit, eis præclaros illos viros opposuero, qui validis atque invictis divinorum oraculorum argumentis superfluas et inutiles illorum nugas et deliramenta fortiter confutarunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XXI.

De Artemone et Theodoto sutore, qui docuerunt Christum purum fuisse hominem, et ut ii primi Scripturas corrumpere inceperint: et de Anatolio confessore.

Artemon igitur, qui et Artemas dictus est, eadem quæ nos, de Deo universitatis hujus sensit, conditorem eum esse rerum omnium dicens. Dominum autem nostrum Jesum Christum asseruit merum esse hominem, ex virgine natum, et virtute prophetis præstantiorem. Atque eadem hæc apostolos quoque prædicasse asseveravit, perperam exponens atque depravans divinarum Litterarum sensum. Successores autem eorum divinitatem tribuisse Christo, cum antea Deus non fuerit, dixit. Coriarius vero quidam Byzantius, Theodotus nomine, discipulus ejus, alterius sectæ princeps exstitit, et multo adhuc pejora est commentus. Præclaram autem rem se facere existimavit, quod auctoritatem divinitus inspiratis Litteris abrogavit, et eas quas ipsemet recepit, corrupit. His Victor, episcopus Romanus, veluti doctrinam fidei adulterantibus generose restitit, coriariumque ad Ecclesia proscripsit. Qui parvum Labyrinthum composuit scriptor, hos redarguit, asserentes se ejusmodi doctrinam ab apostolis et successoribus eorum accipisse : **317** veritatemque asque ad Victoris tempora, qui decimus tertius a Petro Romanæ urbis episcopus fuit, obtinuisse, et a successore ejus Zephyrino corruptam fuisse. Verba ejus sic habent : « Et fortasse id quod illi docebant, verisimile fuisset, nisi eis refragarentur primum divinæ Scripturæ, deinde fratrum quorumdam Victoris tempore presbyterorum libri, quos illi et ad gentes et adversus hæreses pro veritate scripserunt : Justini, inquam, et Miltiadis, Tatiani, Clementis, et aliorum complurium, in quibus omnibus divinitas Christo tribuitur : nam Irenæi, Melitonis, et reliquorum, quis ignorat scripta Christum Deum eumdemque hominem deprædicare ? Psalmi etiam et carmina quæcunque jam inde a principio a fidelibus sunt composita, Verbum Dei Christum laudibus celebrantia, deitatem ei tribuunt. Quomodo igitur ecclesiastico dogmate a tot annis deprædicato defendi potest, usque ad Victoris tempora doctrinam hanc, ut ipsi dicunt, in ecclesiis obtinuisse ? Quomodo etiam non erubescunt, hæc contra Victorem ementientes ? cum certo sciant, Theodotum coriarium, qui post Artemonem pater et princeps hujus divinitatem negantis defectionis fuit, et Christum primus purum hominem esse dixit, a Victore esse a communione repulsum ? Si enim Victor eadem quæ illi sensisset (sicuti illorum docet blasphemia), quomodo is Theodotum hæresis ejus inventorem rejecisset ? » Ad hæc illa adjicit : « Scripturas quidam sacras absque timore et pudore omni adulterarunt, antiquos fidei canones abrogarunt, Christum ignorarunt. Nec illi quid divinæ Litteræ dicant

A

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ Ἀρτέμωνος καὶ Θεοδότου τοῦ σκυτέως, ψιλὸν ἄνθρωπον δογματιζόντων Χριστὸν καὶ ὡς πρῶτοι τὰς Γραφὰς διαφθείρειν ἤρξαντο · καὶ περὶ Ἀνατολίου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ καὶ Ἀρτεμᾶς, τὰ μὲν κατὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν παραπλησίως ἡμῖν ἐδόξασεν, εἰρηκὼς αὐτὸν εἶναι ποιητὴν τοῦ παντὸς καὶ δημιουργόν · τὸν δὲ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἄνθρωπον εἶπε ψιλόν, ἐκ παρθένου μὲν γεγεννημένον, τῶν προφητῶν δὲ δι' ἀρετὴν κρείττονα. Ταῦτα δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους κεκηρυχέναι ἔλεγε, περιεργαζόμενος καὶ διαστρέφων τὰς θείας Γραφὰς τὴν διάνοιαν. Τοὺς δὲ μετ' ἐκείνους ἔφασκε θεολογῆσαι τὸν Χριστὸν, οὐκ ὄντα Θεὸν πρότερον. Σκυτεὺς δέ τις Βυζάντιος, Θεόδοτος ὄνομα, μαθητὴς ἐκείνου γενόμενος, φρατρίας ἑτέρας κατήρξατο, καὶ ἄλλα πολλῷ χείρονα ἐπενοηκώς. Προὔργου δ' ἐτίθετο τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς ἀθετεῖν · παραφθείρειν δὲ καὶ ἃς αὐτὸς παρεδέχετο. Τούτοις μὲν οὖν Βίκτωρ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, ἅτε δὴ τὰ τῆς πίστεως παραχαράττουσι δόγματα, γενναίως ἀνθίστατο · τὸν δὲ σκυτέα καὶ ἐκκήρυκτον ἐπ' ἐκκλησίας ἐτίθει. Ὁ γε μὴν τὴν μικρὰν Λαβύρινθον κατ' αὐτῶν συστησάμενος ἀπελέγχει τούτους, φάσκοντας ἀπό τῶν ἀποστόλων καὶ καθεξῆς ταῦτα παραλαβεῖν · καὶ διατετηρῆσθαι τὴν ἀλήθειαν ἄχρι δή καὶ τῶν χρόνων Βίκτωρος, ὃς ἦν τρισκαιδέκατος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοπος, ἀπὸ δὲ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ζεφυρίνου παρακεχαράχθαι τὴν ἀλήθειαν. Λέγει δ' ἐπὶ λέξεως οὕτως · « Ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέκειντο αὐτοῖς αἱ θεῖαι Γραφαί · καὶ ἀδελφῶν δέ τινων ἐστὶ γράμματα πρεσβυτέρων τῶν Βίκτωρος χρόνων · ἃ ἐκεῖνοι πρὸς ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔγραψαν · λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου, Τατιανοῦ τε καὶ Κλήμεντος, καὶ ἑτέρων πλειόνων, ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χριστός · τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε καὶ Μελίτωνος, καὶ τῶν λοιπῶν, τίς ἀγνοεῖ βιβλία, θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριστόν ; Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀπὸ πιστῶν γραφεῖσαι, Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. Πῶς οὖν τοσούτων ἐτῶν καταγγελλομένου τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος, ἐνδείκεται τοὺς μέχρι Βίκτωρος χρόνους οὕτως, ὡς οὗτοι λέγουσι, κεκηρυχέναι ; Πῶς δὲ οὐκ αἰδοῦνται ταῦτα Βίκτωρος καταψεύσασθαι, ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι Βίκτωρ Θεόδοτον τὸν σκυτέα, τὸν μετ' Ἀρτέμωνα ἀρχηγὸν καὶ πατέρα ταύτης ἀρνησιθέου ἀποστασίας, ἀπεκήρυξε τῆς κοινωνίας, πρῶτον εἰπόντα ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστόν ; Εἰ γὰρ Βίκτωρ κατ' αὐτοὺς οὕτως ἐφρόνει, ὡς ἡ τούτων διδάσκει βλασφημία, πῶς ἂν ἀπέβαλε Θεόδοτον, τὸν τῆς αἱρέσεως ταύτης εὑρετὴν ; « Πρὸς τούτοις καὶ ταῦτα ἐπάγει · « Γραφὰς μὲν θείας ἀφόβως ῥαδιουργήκασι · πίστεως ἀρχαίας κανόνα ἠθετήκασι · Χριστὸν ἠγνοήκασιν · οὐ τί λέγουσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ ζητοῦντες. Εὐκλείδης δὲ καὶ Γαληνὸς ἴσως αὐτοῖς προσκυνεῖται. » Καὶ μετ' ὀλίγα · « Διὰ τοῦτο ταῖς θείαις Γραφαῖς τὰς χεῖρας ἐπέβαλον, λέγοντες αὐτὰς διαφ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θοῦν, πανουργίᾳ τὴν ἁπλῆν τῶν θείων Γραφῶν δύναμιν κατηλεύοντες, σοφωτέρους ἑαυτοὺς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποφαίνοντες. » Λέγει δὲ μηδὲ τοῦτο αὐτοὺς διαδρακεῖν συμφώνως· ἀλλὰ ἄλλως μὲν τὸν Θεόδοτον, ἑτέρως δὲ τὸν Ἀσκληπιόδοτον, καὶ Ἑρμόφιλον ἄλλως, καὶ τὸν Ἀπολλωνίδην ἑτέρως. Καὶ τούτων δὲ ἕκαστον ἐπιδιορθῶσαι τῶν οἰκείων ποιήσασθαι· ὥστε πολλὴν εἶναι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀντιγράφων διαφωνίαν. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν, φησὶν, οὐ παραχαράττειν ἠξίωσαν αὐτάς, ἀλλ' ἁπλῶς ἀρνησάμενοι τόν τε νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας προφάσει χάριτος εἰς ἔσχατον ἀπωλείας κατώλισθον. Ὁ δὲ τὸ κατ' αὐτῶν σύγγραμμα συστησάμενος, καί τι περὶ τούτων διήγημα ἱστορεῖ, ὃ τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ ἐκθέσθαι δίκαιον. Νατάλιον γάρ τινα φησὶ τῶν γενναίων ὁμολογητῶν ἕνα γεγενημένον ὑπ' Ἀσκληπιοδότου καὶ Θεοδότου ἑτέρου τινὸς τραπεζίτου ἐξαπατηθῆναι. Μαθητὰς δ' ἔσχε Θεοδότου τοῦ μετ' Ἀρτέμωνα τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ἀρχηγοῦ. ὥστε προστῆναι ἐπὶ μισθῷ τῆς ῥαστρίας διὰ τὸ τῆς ὁμολογίας ἐπίσημον. Δηνάρια δὲ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα καθ' ἑκάστην (1) ὑπισχνοῦντο παρέξειν αὐτῷ. Ὡς δ' οὖν ἐγένετο μετ' αὐτῶν, δι' ὀνείρων πολλάκις ἐπιστὰς αὐτῷ Χριστὸν ὁ τῶν ψυχῶν ἰατρὸς, τῆς πλάνης ἀπαλλάττεσθαι παρῄνει. Ἀπολέσθαι γὰρ ἥκιστα ἤθελεν ἔξω Ἐκκλησίας καθεστηκότα, μάρτυρα τῶν αὐτοῦ παθημάτων γενόμενον· προσετίθει δὲ, ὡς οὐχ ὑπὲρ τούτων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν εὐαγγελικῶν ἀνηθληκέναι δογμάτων. Ἐπεὶ δὲ οὐκ εἶξε, τῇ τιμῇ δεδουλωμένος ἣν ἔχειν ὑπελάμβανε, τῶν ἐξηπατημένην ἡγούμενος, ἴσως δὲ καὶ τῷ κέρδει ὀλιγαζόμενος, οἷάπερ ἄνθρωπος ὤν, νύκτωρ αὖθις ἐπιστὰς ὁ Σωτὴρ, χαλεπὰς αὐτῷ δι' ἀγγέλων ἐπήνεγκε μάστιγας· καὶ τῇ πείρᾳ μαθὼν ὅσον ἐστὶ κακὸν τὸ ἀντιτείνειν Θεῷ, σάκκον καὶ σποδὸν περιθέμενος, ὅσον τάχος ἅμα ἐῷ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφίκετο· ποσὶ δὲ Ζεφυρίνου τοῦ τῆς Ἐκκλησίας ἡγουμένου Ῥωμαίων προκυλινδούμενος, πρεσβείαν ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ φιλανθρώπῳ προσάγειν ἐδεῖτο Θεῷ, θριαμβεύων καὶ τοὺς μώλωπας ἐπὶ μέσου δήμου ὧν εἰλήφει πληγῶν. Οὕτω δ' ὀλοφυρόμενον ἐκεῖνον καὶ ποτνιώμενον ὤκτειρεν ἐκεῖνος, καὶ χεῖρα ὤρεξεν εἰς μετάνοιαν· μόγις δὲ καὶ κοινωνίας ἠξίωσεν.

quærunt, sed Euclidem fortasse et Galenum adorant. » Et paulo post : « Propter eam causam scilicet divinis Litteris manus injecerunt, emendare se et castigare eas dicentes : et subdola improbitate simplicem sacrarum Scripturarum vim et sententiam depravarunt, sapientiores se ipso Spiritu sancto jactantes. » Memoriæ etiam prodidit, non uno consensu hoc eos fecisse. Aliter enim Theodotum, aliter Asclepiodotum, aliter quoque Hermophilum, Apollonidem rursum aliter scripsisse. Quemlibet etiam illorum castigationem propriorum scriptorum edidisse : **318** idque variantium et dissidentium inter se exemplarium discordantiam indicare. Quosdam etiam istorum refert, non depravasse Scripturas ; sed lege et prophetis prorsus abnegatis et abolitis, per iniquam et impiam plane doctrinam, sub gratiæ obtentu, ad extremum perditionis delapsos. Idem scriptor, qui librum eum adversus illos edidit, de eis quiddam etiam commemorat, quod huic operi inserere est visum. Natalem enim quendam, ex generosis et intrepidis confessoribus unum, dicit ab Asclepiodoto, et Theodoto alio quodam trapezita, qui Theodoti illius, post Artemonem sectæ ejus ducis, discipuli fuere, deceptum persuasumque esse, ut mercede condicta (factum id propter confessionis ejus laudem et celebritatem) sodalitati eorum præesset, eosque illi centum et quinquaginta denarios diurnos daturos pollicitos esse. Itaque cum in eorum hæresi esset, in somnis ei aliquoties Christus, verus animarum medicus assistens, ut se a tali errore et seductione alienaret, hominem est cohortatus. Minime enim illum, quod passionum suarum testis et martyr fuisset, ab Ecclesia segregatum perire voluit, illo quoque adjecto, non illum pro istorum opinionibus, sed pro evangelicis dogmatibus, strenue decertasse. Minus tamen ille visioni obsecutus est, honore eo, quem se, quod deceptis atque seductis hominibus præiret, habere credidit, captus : et fortasse lucri quoque splendore, ut homo, inescatus. Itaque noctu rursus ei Salvator insisteus, graves per angelos flagris intulit plagas. Tum demum ille experientia edoctus, quantum malum sit, se Deo opponere, sacco sumpto, et cinere conspersus, quam cellerime cum ipso difuculo ad ecclesiam confugit, et ad Zephyrini Ecclesiæ Romanæ præsidis pedes provolutus, orationem atque deprecationem pro se ad Deum generis humani amatorem fieri rogavit, publice in media plebe vibices, quas acceperat, plagarum ostentans. Eum vero ita ejulantem et quiritantem miseratus ille, manu porrecta ad pœnitentiam facile quidem recepit, ægre tamen ad communionem admisit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

319 CAPUT XXII.

Περὶ τῆς αἱρέσεως Μοντανοῦ· ἥτις αἵρεσις κατὰ Φρύγας ὠνόμασται.

De hæresi Montani, quæ quidem hæresis Cataphrygas, hoc est, Phrygum, seu secundum Phryges, nominatur.

Ὁ δὲ Μοντανὸς ἀπὸ κώμης Ἀρδαβᾶ καλουμένης ὤν, τῆς κατὰ Φρύγας λεγομένης αἱρέσεως καθηγήσατο. Οἴστρῳ γὰρ φιλαρχίας, καὶ οἰήματι φιλοπρωτίας σχεθεὶς, ἑαυτὸν βαπτίσας τῆς ἀτόπου βλασφη-

Montanus autem, vico quodam cui nomen ast Ardaba ortus, hæresim quæ dicitur secundum Phrygas invenit : et ambitione honoris atque dignitatis percitus, et arrogantia cupiditateque pri-

(1) Καθ' ἑκάστην Nicepb. μηνιαῖα δηνάρια, hoc est, mensiruos. (Euseb. lib. v, cap. ult.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

matus transversim actus (o absurdam et importunam blasphemiam !) Paracletum se et divinum Spiritum nominavit. Mulierculas duas, conjuges suas, Priscillam et Maximillam, prophetissas suas vocavit, earumque scripta propheticos libros esse dixit. Maligno autem spiritu plenus, sicuti et duæ illæ mulieres, nova quædam et insolentia dicere cœpit, insania aperte, et dæmonum intemperiis actus. Cæterum ut adulterinus ille spiritus fidem sibi pararet, quædam per illos, conjecturis ductus, prædicebat et divinabat, seducens plerosque, et a recta via avertens, promissionumque tumenti magnitudine inflans, beatosque eos pronuntians, qui de se quamvis absurde, magnifice tamen sentirent. Non admodum tamen multi ex Phrygibus fuere, qui ab eo erant seducti. Universalem porro et quæ sub cœlo est Ecclesiam omnem, omni pudore abjecto, impudentissimus ille dæmon calumniis proscindere non cessavit. Ea hæresi passim vulgata, qui in Asia fuere fideles sæpe multis in locis regionis ejus conventus egere, recens exortam peregrinamque inquirentes doctrinam : et tandem sectam eam, ut impiam et exsecrandam damnatam, e catholica Ecclesia ejecerunt, atque a communione propulerunt. Idem Montanus novorum quoque jejuniorum, præter Ecclesiæ consuetudinem, auctor fuit: et de solvendis dirimendisque conjugiis legem tulit. De divina autem Trinitate, et mundi creatione eadem nobiscum docuit. Nonnulli tamen ex sectatoribus ejus postea tres divinitatis subsistentias unum esse sunt opinati : eumdem esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, dicentes : unde etiam Sabellium Afrum principia hæresis suæ sumpsisse ferunt. Porro qui Montani disciplinam secuti sunt, Montanistæ ab eo dicuntur. Vocatur quoque Cataphrygas, seu secundum Phryges hæresis, ab ipsa gente scilicet. Appellantur etiam Pepuziani a vico quodam, quem ille Jerusalem vocare solitus erat. **320** Priscillæ vero et Maximillæ prophetiam fide et veneratione sacrosancto præferunt Evangelio. De quibusdam sane eorum mysteriis nonnulli non pauca vulgarunt, quæ illi non agnoscunt, sycophantice ea adversus se excogitata esse affirmantes.

A μίας !) Παράκλητον καὶ θεῖον Πνεῦμα ὠνόμασε· Δύο δ' ἔχων γυναῖκας, Πρισκίλλαν καὶ Μαξιμίλλαν ὄνομα, τὰς ἑαυτοῦ γυναῖκας προφήτιδας ἑαυτοῦ προσηγόρευσε· καὶ τὰ ἐκείνων συγγράμματα προφητικὰς βίβλους ἐκάλει. Πονηροῦ δὲ πλήρης γενόμενος πνεύματος, παραπλησίως δὲ καὶ αἱ δύο γυναῖκες, ξένα τινὰ λέγειν κατήρχετο, ἐνθουσιῶν ἄντικρυς καὶ διαμαινόμενος. Ἵνα δὲ τὸ νόθον ἐκεῖνο πνεῦμα πιστὸν δοκῇ, καί τινα προῦλεγε δι' ἐκείνων στοχαστικῶς, ἐξαπατῶν καὶ τῆς εὐθείας παρατρέπων ὁδοῦ, ἐπαγγελιῶν ὄγκῳ μακαρίζων τοὺς ἐπ αὐτῷ χαυνουμένους, καὶ φυσιοῦν· ὀλίγοι δὲ ἦσαν τῶν Φρυγῶν οἱ ἐξηπατημένοι. Τὴν δὲ καθόλου καὶ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν Ἐκκλησίαν ἀπηρυθριασμένως διαβάλλειν τὸ ἀναιδὲς οὐκ ἐπαύετο πνεῦμα.

B Ταύτης δὲ διαθρυλληθείσης αἱρέσεως, οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν πιστοὶ πολλάκις καὶ πολλαχοῦ τῆς Ἀσιάτιδος γῆς συνῆλθον, τοὺς προσφάτους καὶ ξενοφωνεῖς ἐξετάζοντες λόγους. Τὴν γοῦν αἵρεσιν ἀποδοκιμάσαντες, ὡς βέβηλον καὶ μυσαρὰν, τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐξέωσαν, καὶ τῆς κοινωνίας ἀπεῖρξαν. Ὁ δ' αὐτὸς Μοντανὸς καὶ καινοτέρων νηστειῶν παρὰ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἔθος εἰσηγητὴς γέγονε· διαλύειν τε τοὺς γάμους ἐνομοθέτει. Τὸν δὲ περὶ τῆς θείας Τριάδος λόγον καὶ τὰ περὶ τῆς τοῦ κόσμου δημιουργίας ἐπίσης ἡμῖν ἐδογμάτιζε. Τινὲς δὲ τῶν ἐξ αὐτοῦ εἰς ὕστερον τὰς τρεῖς τῆς θεότητος ὑποστάσεις ἓν εἶναι ἐδόξασαν, τὸν αὐτὸν λέγοντες εἶναι καὶ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἐξ ὧν φασι καὶ τὸν Λίβυν Σαβέλλιον τὰς τῆς αἱρέσεως ἀρχὰς ἐκπορίσασθαι. Οἱ δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ Μοντανοῦ διδασκαλίας ἐξηρτημένοι καλοῦνται μὲν ἀπὸ τούτου Μοντανισταί· καλοῦνται δὲ καὶ κατὰ Φρύγας αἵρεσις ἀπὸ τοῦ ἔθνους· Πεπουζιανοὶ δὲ ἀπὸ τῆς κώμης, ἣν Ἱερουσαλὴμ ἐκεῖνος ὠνόμασεν. Αἱ δὲ τῆς Πρισκίλλης καὶ Μαξιμίλλης προφητεῖαι ὑπὲρ τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον παρ' αὐτοῖς τιμῶνται. Περί γε μὴν τῶν ἐν αὐτοῖς μυστηρίων τινὲς μὲν θρυλλοῦσί τινα· ἐκεῖνοι δὲ οὐ συνομολογοῦσιν, ἀλλὰ συκοφαντεῖσθαι διισχυρίζονται.

C

CAPUT XXIII.

De Appollinari Hierapolita, quæ is contra ejusmodi hæresim scripserit.

Luculenter sane, id quod antea retulimus, contra hanc sectam scripsit Apollinaris Hierapolita, qui statim in principio scripturæ suæ se adversus eam argumentis quoque et confutationibus sine scripto depugnasse ostendit. Librum autem ad Abercium quemdam scripsit, talem exorsus præfationem : « Charissime Aberci Marcelle, mandato a te, ut aliquid adversus Alcibiadis, fortasse autem dicendum, Montani hæresim, componerem, aliquandiu deliberabundus et hæsitans me continui : non equidem, quod minus mendacium redarguere, veritatique patrocinari possem ; sed

D

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ Ἀπολλιναρίου τοῦ Ἱεραπολίτου· ὅσα κατὰ τῆς τοιαύτης αἱρέσεως συνεγράψατο.

Λαμπρῶν γοῦν κατ' αὐτῆς ὁ Ἱεραπολίτης ἐνίστη Ἀπολλινάριος, ὡς προείπομεν. Καὶ τοίνυν ἀρχόμενος τῆς γραφῆς ἐμφαίνει, ὡς καὶ ἀγράφοις ἐλέγχοις αὐτοῖς ἀντετάξατο. Ἀβερκίῳ δὲ τινι τὸ σύγγραμμα προσφωνεῖ, οὑτωσὶ προοιμιαζόμενος· « Ἀγαπητὲ Ἀβέρκιε Μάρκελλε, ἐπιταχθεὶς ὑπὸ σοῦ συγγράψαι τινὰ λόγον εἰς τὴν τῶν κατὰ Μιλτιάδην, ἴσον δ' εἰπεῖν Μοντανόν, αἵρεσιν, ἐφεκτικώτερόν πως μέχρι νῦν διεκείμην, οὐκ ἀπορίᾳ τοῦ δύνασθαι ἐλέγχειν μὲν τὸ ψεῦδος, μαρτυρεῖν δὲ τῇ ἀληθείᾳ· δεδιὼς δὲ καὶ εὐλαβούμενος, μή πως δόξω τισὶν ἐπισυγγράφειν ἢ ἐπιδιατάσσεσθαι τῷ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου καινῆς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Διαθήκης λόγῳ· ᾧ μήτε προσθεῖναι, μήτε ἀφελεῖν δυνατὸν τῷ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτὸ πολιτεύεσθαι προῃρημένῳ· προσφάτως δὲ γενόμενος ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, καὶ καταλαβὼν τὴν κατὰ τόπον ἐκκλησίαν, ὑπὸ τῆς νέας ταύτης, οὐχ ὡς αὐτοί φασι, προφητείας, πολὺ δὲ μᾶλλον, ὡς δειχθήσεται, ψευδοπροφητείας, διατεθρυλλημένης, καθ' ὅσον δυνατόν, τοῦ Κυρίου παρασχόντος, περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ τῶν προτεινομένων ὑπ' αὐτῶν ἕκαστά τε διελέχθη μετὰ ἡμέραις πλείοσι τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ ἡσθῆναι μὲν τὴν Ἐκκλησίαν, ἀντικρουσθῆναι δὲ τοὺς ἐξ ἐναντίας. » Ἐμφαίνει δὲ, ὡς τῶν ἐκεισε ἀξιωσάντων τὸν γενόμενον τῷ τότε διάλογον καὶ ἔγγραφον αὐτοῖς ἐκθέσθαι, πρεσβυτέρου Ζωτικοῦ τινος Ὀστρηνοῦ μεμνημένος. Εἶτα ἐκτίθησι μικρὸν ὑποκατιὼν τὰ κατὰ Μοντανὸν, τίς ἦν, καὶ ὅθεν, καὶ τί ἐληρώδησε· σχεδὸν ὥσπερ ἡμεῖς τὰ περὶ αὐτοῦ διεξήλθομεν. Καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ ταῦτα διέξεισι, τῆς πλάνης τὸν ἔλεγχον ἐκ τῶν· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς αὐτῶν τελευτῆς ταῦτά φησιν· « Ἐπεὶ δὴ τοίνυν καὶ προφητοφόντας ἡμᾶς ἀπεκάλουν, ὅτι μὴ τὰς ἀμετροφώνους αὐτῶν προφητείας ἐξεδεξάμεθα, τούτους γὰρ φασιν εἶναι, οὓς ἐπηγγείλατο τῷ λαῷ πέμψειν ὁ Κύριος· ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν πρὸς Θεοῦ· Ἔστι τις, ὦ βέλτιστοι, τούτων ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν λαλεῖν ἀρξάμενον, ὅστις ὑπὸ Ἰουδαίων ἐδιώχθη, καὶ ὑπὸ παρανόμων ἀπεκτάνθη; Ἀλλ' οὐδέ τις αὐτῶν κρατηθεὶς ὑπὲρ τοῦ νόμου ἀνεσταυρώθη· οὐδὲ ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων ἐμαστιγώθη. Ἄλλῳ δὲ θανάτῳ τελευτῆσαι Μοντανός τε καὶ Μαξιμίλλα. Τούτους γὰρ ὑπὸ πνεύματος βλαφίφρονος ἑκατέρους ὑποκινήσαντος λόγος ἀναρτῆσαι ἑαυτοὺς οὐχ ὁμοῦ· καὶ οὕτω τελευτῆσαι, καὶ τὸν βίον καταστρέψαι Ἰούδα τοῦ προδότου δίκην· ὥσπερ δὴ καὶ τὸν πρῶτον ἐπίτροπον τῆς αὐτῶν προφητείας τὸν θαυμαστὸν Θεόδοτον αἰρόμενόν ποτε καὶ ἀναλαμβανόμενον εἰς οὐρανούς, παρεκστῆναι δὲ καὶ καταπιστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ τῆς ἀπάτης πνεύματι, καὶ διασκευθέντα, κακῶς τελευτῆσαι. « Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ παρίστησιν, ὡς καὶ ἱεροὶ θεῖοι ἄνδρες πεῖραν προσῆγον τὸ ἐν τῇ Μαξιμίλλῃ πονηρὸν ἀπελέγχειν πνεῦμα· κωλύεσθαι δὲ πρὸς ἑτέρων δηλαδὴ τῷ πνεύματι συνεργούντων. Εἶτα καὶ τοῦ χρόνου προϊόντος, διελέγχει τὰς ψευδεῖς προφητείας Μαξιμίλλης, τρισκαιδέκατον ἤδη λέγων διαλλεῖν, καὶ μηδὲν γενέσθαι ὧν προεφοίβασεν. Οὐδὲ γὰρ μερικὸς, οὐ καθολικὸς γέγονε πόλεμος· ἀλλὰ καὶ Χριστιανοῖς μᾶλλον εἰρήνη ἐξ ἐλέους Θεοῦ. Ἔν γε μὴν τῷ τρίτῳ διελέγχει τοὺς αὐχοῦντας, ὡς πλείους παρ' αὐτοῖς μάρτυρές εἰσιν· ὅπερ καὶ τεκμήριον πιστὸν εἶναι ἔλεγον τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου προφητικοῦ πνεύματος. « Τὸ δ' ἐστὶν ἆρα ὡς ἔοικε παντὸς μᾶλλον οὐκ ἀληθές. Καὶ γὰρ τῶν ἄλλων αἱρέσεών τινες πλείστους ὅσους ἔχουσι μάρτυρας· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο δήπου συγκαταθησόμεθα. Καὶ πρῶτοί γε ἀπὸ τῆς Μαρκίωνος αἱρέσεως, Μαρκιω-

A quod veritus sim et caverim, ne cui viderer scripto et lucubratione mea aliquid ad Evangelii et Novi Testamenti libros addere: quibus certe, qui sibi ex præscripto Evangelii vitam degendam constituit, neque adjicit, neque adimit quidquam. Cum autem nuper Ancyram Galatiæ, et in ecclesiam ejus loci, quæ novæ istius, non ut ipsi dicunt, prophetiæ, sed potius, uti ostendetur, pseudoprophetiæ nomine est decantata, venissem, pro virili mea, Domini gratia suppeditante, de eis ipsis, et quæ ab eis objiciebantur omnibus, diebus pluribus ecclesiæ, omnia disputans disserui. Quod quidem, adversariis repugnantibus, Ecclesiæ pergratum accidit. » Ostendit præterea, quod rogatu quorumdam, dialogum et disputationem tum ibi habitam in scriptum retulerit, Zotici cujusdam Ostreni presbyteri (1) mentionem faciens. Deinde post brevem digressionem, res Montani, qui fuerit, unde prodierit, et quæ delirans nugatus sit, exponit: ad eum fere modum, sicuti nos de eo paulo ante scripsimus. Atque hæc quidem, fraudem seductionemque ejus arguens, in primo libro disserit. In secundo autem de obitu ejus ita refert. **321** Quandoquidem vero propheticidas non vocant, quod immensas prophetiarum eorum ambages non recipimus (eos se namque jactant esse, quo populo missurum se Dominus promisit), respondeant nobis, per immortalem Deum: Estne quispiam, o viri boni, ex omnibus iis qui a Montano, ejusque uxoribus provenientes docere cœperunt. qui persecutionem a Judæis passus, et a legis transgressoribus occisus sit? Sed neque quisquem eorum comprehensus, aut pro lege ipsa crucifixus, neque in Judæorum synagogis flagellis cæsus est. Aliam autem mortem obiisse Montanus et Maximilla dicuntur. A spiritu namque vesano uterque agitatus (2), seipsum seorsim suspendit, eoque modo ad instar Judæ proditoris vitam finiit. Sicuti etiam primus prophetiarum eorum defensor, admirandus ille Theodorus, cum se seductionis spiritui commendasset, potestatique ejus permisisset, jactatus atque sublatus in cœlum (3), ac rursum delapsus pessime periit. » In eodem libro astruit, divinos quosdam viros periculum fecisse, ut Maximillæ spiritum malignum redarguerent, vanitatisque convincerent: sed ab aliis impeditos esse, qui dæmoni ei subservierunt. Progrediens deinceps, ex ipso tempore prophetias ejusdem falsas fuisse ostendit: Tredecimum, dicens, præterisse annum, nihilque earum rerum quæ ipsa divinaverat, accidisse. Neque enim vel in universo orbe, vel in regione aliqua bellum fuit: sed et Christianis ex misericordia et gratia Dei pax et tranquillitas data. In tertio porro libro, gloriantes eos, quod plures apud se sint martyres, idque certum esse

(1) Zoticus Ostrenus presbyter, et Julianus Apamenus, spiritum Maximillæ cohibere sunt agressi. (Euseb. lib. v. cap. 16).

(2) Pseudopropheta, qui neque timore neque tremore ducitur, in consternatione animi sinistra, a non voluntaria incipit inscitia, et in voluntariam desinit animæ insaniam. (Euseb. lib. v, cap. 17.)

(3) Euseb. lib. v, cap. 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

indicium prophetici, sicuti ab eis dicitur, spiritus, A refellit. « Hoc vero ipsum longe omnium, inquit, est falsissimum. Siquidem et aliarum hæresum nonnullæ quamplurimos habent martyres, non ideo tamen pedibus in illorum imus sententiam. Ac primi statim a Marcionis secta Marcionistæ dicti plurimos habere martyres feruntur : verumtamen Christum ipsum juxta veritatem non profitentur. » Et paulo post : « Proinde cum Christiani ex Ecclesia ad martyrium et professionem veræ fidei et pietatis, una cum eis martyribus qui Phrygum hæresis dicti sunt, vocantur, seorsim, **322** nec assentientes eis, neque cum eis communicantes, moriuntur, propterea quod nolint in Montani concedere. Id autem verum esse, quod nostro quoque ævo accidit, exemplum declarat, in Caio et Alexandro Eumeniæ prognatis, qui martyrium subierunt. »

νεσταὶ καλούμενοι, πλείστους ἔχειν Χριστοῦ μαρτυρας λέγουσιν. Ἀλλὰ τὸν Χριστὸν αὐτὸν κατὰ ἀλήθειαν οὐχ ὁμολογοῦσι. » Καὶ μετ' ὀλίγα · « Ἔνθεν τοι καὶ ἐπειδὰν τὸ τῆς κατὰ ἀλήθειαν πίστεως μαρτύριον κληθέντες ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας τύχωσι μετὰ τινῶν τῶν ἀπὸ τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως λεγομένων μαρτύρων, διαφέρονται πρὸς αὐτούς, καὶ μὴ κοινωνήσαντες αὐτοῖς, τελειοῦνται, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συγκαταθέσθαι τῷ διὰ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν πνεύματι. Καὶ ὅτι τοῦτ' ἀληθὲς καὶ ἐν ἡμετέρῳ χρόνῳ ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον, ἐν τοῖς περὶ Γάϊον καὶ Ἀλέξανδρον περὶ Εὐμενείας (1) μαρτυρήσασι πρόδηλον ».

mulierculamque ejus spiritus sententiam concedere. Id autem verum esse, quod nostro quoque ævo Apameæ, quæ ad Mæandrum fluvium sita est, accidit, exemplum declarat, in Caio et Alexandro Eumeniæ prognatis, qui martyrium subierunt. »

CAPUT XXIV.

Quæ etiam Miltiades, vir ecclesiasticus, adversus eam scripserit.

Idem scriptum Miltiadis scriptoris quoque meminit cujusdam, qui et ipse contra eamdem hæresim docte scripserit, dicta quædam ejus ad hunc prope modum citans : « Hæc, cum in commentario quodam (2) Miltiadis fratris, in quo asserit et probat, prophetas non in exstasi et consternatione loqui oportere, invenissem, in epitomen et compendium redegi. Progrediens deinde oratione sua, Novi Testamenti prophetas enumerat, in quibus etiam Ammiam quamdam, et Quadratum recenset. Talem autem prophetam ex omnibus eis qui vel in Veteri, vel in Novo Testamento, spiritu sunt acti, nullum indicare poterunt : neque vel Agabum, vel Judam, vel Silam, neque etiam Philippi filias, aut Philadelphensem Ammiam, aut Quadratum, aut quosdam alios quidquam ad se pertinere gloriabuntur. Paulo post deinde : Ac siquidem post Quadratum et Ammiam, sicuti jactitant, Montani mulieres donum propheticum acceperunt, quinam alii post Montanum et ejus uxores per successionem id acceperint ostendant. Oportere enim charisma propheticum in omni Ecclesia esse usque ad supremum Christi adventum, Apostolus arbitratus est. Sed quem nobis indicent, non habent. Decimus quartus namque jam agitur annus, ex quo Miximilla mortua est. » Hæc quidem is scriptor. Miltiades autem iste alia etiam nobis studii diligentiæque suæ de rebus sacris reliquit monumenta. Unum siquidem librum ad Græcos, **323** alterum vero ad Judæos perquam D erudite composuit : sed et tertium scripsit ad principes, defensionem pro ea quam complexus est philosophia instituens.

B

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Ὅσα καὶ Μιλτιάδης ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ κατ' αὐτῆς ἔγραψεν.

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ συγγράμματι καὶ Μιλτιάδου μνείαν ποιεῖται συγγραφέως τινός, ὡς καὶ αὐτοῦ λογικῶς τῇ τοιαύτῃ αἱρέσει προσκαπτήσαντος. Καὶ λέξεις δέ τινας ἐκείνου παρατίθεται τῷ συγγράμματι οὕτω φάσκων · « Ταῦτα εὑρὼν ἔν τινι συγγράμματι Μιλτιάδου τοῦ ἀδελφοῦ, ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ δεῖν προφήτας ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, ἐπετεμόμην. Προϊὼν δὲ τῷ λόγῳ, τοὺς κατὰ τὴν Καινὴν προφήτας ἀπαριθμεῖ · ἐν οἷς καὶ Ἀμμίαν τινὰ καὶ Κοδρᾶτον καταλέγει. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον οὔτε τινὰ τῶν κατὰ τὴν Παλαιὰν, οὔτε τῶν κατὰ τὴν Καινὴν πνευματοφορηθέντων, προφήτην δεῖξαι δυνήσονται · οὔτε Ἄγαυον, οὔτε Ἰούδαν, οὔτε Σίλλαν, οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας, οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφίᾳ Ἀμμίαν, οὔτε Κοδρᾶτον, οὔτε τινὰς ἄλλους μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται. » Καὶ μετ' ὀλίγα · « Εἰ γὰρ μετὰ Κοδρᾶτον καὶ Ἀμμίαν, ὥς γέ φασιν, αἱ περὶ Μοντανὸν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα, τίνες ἄλλοι ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν διεδέξαντο, δειξάτωσαν. Δεῖν γὰρ εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς τελείας παρουσίας ὁ Ἀπόστολος ἀξιοῖ. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν δεῖξαι · τεσσαρεσκαιδέκατον γὰρ ἤδη τοῦτο ἔτος ἀπὸ τῆς Μαξιμίλλης τελευτῆς, » Ταῦτα μὲν οὗτος · ὁ δὲ Μιλτιάδης οὗτος καὶ ἄλλας ἡμῖν τῆς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς αὐτοῦ μνήμας καταλέλοιπεν. Εἷς μὲν γὰρ αὐτῷ λόγος πρὸς Ἕλληνας, ἕτερος δὲ πρὸς Ἰουδαίους, εὖ μάλα καὶ ἄμφω συντεθειμένοι · καὶ ἄλλος δὲ τρίτος αὐτῷ συνεγράφη πρὸς ἄρχοντας, ἀπολογίαν διασκευάζων ὑπὲρ ἧς μετῆλθε φιλοσοφίας.

C

CAPUT XXV.

Quod et Apollonius Romanus contra eam ipsam hæresim pugnaverit.

Utrum enim vero et Apollonius, scriptor ecclesiasticus, orationibus editis hæresim secundum

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥωμαῖος κατὰ τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ἀντετάξατο.

Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Ἀπολλώνιος, ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεύς, λόγοις ἐλέγχων βάλλει τὴν εἰρημένην

(1) Περὶ Εὐμενείας μαρτυρήσασι, Niceph. ἀπὸ Ευμενείας. (Euseb. lib. v, cap. 16.)
(2) Euseb. lib. v, cap. 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αἵρεσιν κατὰ Φρύγας τότε ἀκμάζουσαν, πρὸς λέξιν μὲν ἀνατρέπων τὰς ψευδεῖς αὐτῶν προφητείας, ἐξελέγχων δὲ καὶ τὸν βίον τῶν ἀρχηγῶν τῆς πλάνης αὐτῶν, οἷς οὗτω διέξεισιν· « Οὗτός ἐστιν ὁ διδάξας λύσεις γάμων, ὁ νηστείας νομοθετήσας, ὁ Πέπουζαν καὶ Τύμιον Ἱερουσαλὴμ ὀνομάσας· πόλεις δ' εἰσὶν αὗται μικραὶ τῆς Φρυγίας· τοὺς πανταχόθεν ἐκεῖ συνεισαγαγεῖν ἐθέλων· ὁ πρακτῆρας χρημάτων καταστήσας· ὁ ἐπ' ὀνόματι προσφορῶν τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος· ὁ σαλάρια χορηγῶν τοῖς κηρύσσουσιν αὐτοῦ τὸν λόγον, ἵνα διὰ τῆς γαστριμαργίας ἡ διδασκαλία τοῦ λόγου κρατύνηται. » Περὶ μὲν οὖν τοῦ Μοντανοῦ ταῦτα· οἷα δὲ καὶ περὶ τῶν αὐτοῦ προφητίδων φησὶν, ἄκουε· « Δείκνυμεν οὖν αὐτὰς πρώτας τὰς προφήτιδας, ἀφ' οὗ τοῦ πνεύματος ἐπλαρώθησαν, τοὺς ἄνδρας λιπούσας. Πῶς οὖν ἐψεύδοντο Πρίσκαν παρθένον ἀποκαλοῦντες; » Εἶτα καὶ ταῦτα προστίθησιν· « Οὐ δοκεῖ σοι πᾶσα Γραφὴ κωλύειν προφήτας λαμβάνειν δῶρα καὶ χρήματα; Ὅταν οὖν ἴδω τὴν προφῆτιν εἰληφυῖαν καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτας, πῶς αὐτὴν μὴ παραιτήσωμαι; » Μικρὸν δὲ κατιὼν περί τινων κατ' αὐτοὺς ὁμολογητῶν ταῦτά φησιν· « Ἔτι δὲ Θεομίσων ὁ τὴν ἀξιόπιστον πλεονεξίαν ἀμφιεσμένος, ὁ μὴ βαστάσας τῆς ὁμολογίας τὸ σημεῖον (1), ἀλλὰ πλήθει χρημάτων ἀποθέμενος τὰ δεσμά· ἐπὶ δὲ τούτῳ ταπεινοφρονεῖν ὡς μάρτυς καυχώμενος, ἐτόλμησε μιμούμενος τὸν Ἀπόστολον, καθολικὴν συνταξάμενος ἐπιστολὴν, κατηχεῖν μὲν τοὺς ἄμεινον πεπιστευκότας, συναγωνίζεσθαι δὲ τοῖς τῆς κενοφωνίας λόγοις, βλασφημῆσαι δὲ εἰς τὸν Κύριον καὶ εἰς τοὺς ἀποστόλους καὶ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν. » Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐξελέγχει τινὰ παρ' αὐτοῖς μάρτυρα Ἀλέξανδρον, ὃν ὡς ληστὴν ἁλόντα, τῇ τοῦ κυρίου ἐπικλήσει ἀπολυθῆναι, καὶ συνεῖναι μὲν συνιστιώμενον τῇ προφήτιδι καὶ χρηματιζόμενον· « Οὗ, φησὶ, τὰς ληστείας καὶ τὰ ἄλλα τολμήματα ἐφ' οἷς κακόλαστος, οὐχ ἡμᾶς δεῖ λέγειν· ἀλλ' ὁ ὀπισθόδομος ἔχει. Τίς οὖν τίνι χαρίζεται τὰ ἁμαρτήματα; πότερον ἡ προφῆτις τὰς ληστείας τῷ μάρτυρι, ἢ ὁ μάρτυς τῇ προφήτιδι τὰς πλεονεξίας; » Καὶ πάλιν, περὶ ὧν αὐχοῦσι προφητῶν, ταῦτ' ἐπιλέγει· « Ἐὰν ἀρνῶνται δῶρα τοὺς προφήτας αὐτῶν εἰληφέναι, τοῦθ' ὁμολογησάτωσαν, ὅτι ἐὰν ἐλεγχθῶσιν εἰληφότες, οὐκ εἰσὶ προφῆται· καὶ μυρίας ἀποδείξεις τούτων παραστήσομεν. Ἀναγκαῖον δέ ἐστι πάντας καρποὺς δοκιμάζεσθαι προφήτου. Προφήτης, εἰπέ μοι, ῥάπτεται; προφήτης στιβίζεται; προφήτης φιλοκοσμεῖ; προφήτης ταύλαις καὶ κύβοις παίζει; προφήτης δανείζει; » Πρὸς δὴ τούτοις καὶ τοῦτ' Ἀπολλώνιος τῇ αὐτοῦ πραγματείᾳ δείκνυσιν, ὡς τεσσαρακοστὸν ἔτος, ἐξ οὗ τῇ προσποιήτῳ καὶ δαιμονιώδει προφητείᾳ ἐπέβαλε Μοντανὸς, ἐτύγχανε τῷ συγγράμματι. Ἱστορεῖ δὲ, ὡς καὶ Ζωτικὸς ὁ Ὀστρηνὸς, οὗ καὶ ὁ πρὸ τούτου ἱστορικὸς μνείαν πεποίηται, ἤδη Μαξιμίλλης τῷ προφητεύειν ἐπιχειρηκυίας, ἐπιστὰς, διελέγχειν τὸ δαιμόνιον ἐπειρᾶτο. Ἐσχέθη δ' οὖν

A Phrygas tum vigentem oppugnavit, cum falsas eorum prophetias ad verbum refellens, tum vitam et mores auctorum ejus erroris traducens his, qui sequuntur, verbis : « Hic ille est, qui matrimonia dirimere docuit : hic, qui jejunia legibus latis sanxit : hic, qui Pepuzam et Tymium, parvas Phrygiæ civitates, ubi quos undequaque ad se pertraxisset homines contrahere et congregare voluit, Jerusalem nominavit : hic, qui æruscatores et pecuniarum exactores instituit : qui sub prætextu et nomine oblationis avaritiæ sordes et munerum emunctiones arte quadam invenit : qui salaria verbum ejus prædicantibus numeravit, ut per ventris curam doctrina ejus invalesceret atque confirmaretur. » Atque hæc de Montano : deinceps, quæ etiam de prophetissis ejus dicat, audi : « Ostendimus igitur has ipsas primarias prophetissas, ex quo spiritu sunt replette, a viris suis profugisse : qui ergo fit, ut tam impudenter Priscam virginem appellantes, mentiantur? » Deinde hæc quoque addit : « Non tibi videtur Scriptura omnis prohibere, ne prophetæ numera et pecunias accipiant? cum itaque egregiam istam prophetissam aurum, argentum, et vestem pretiosam accipere viderim, quomodo eam non detester et abominer? » Et paulo post, de quibusdam confessoribus eorum hæc dicit : « Præterea Theomison inexplebilis avaritiæ sordibus obvolutus, qui quod confessionis signum perferre non potuit, magna pecuniæ vi vincula sua redemit : quo ille nomine, cum submissius se gerere deberet, gloriosius pro martyre venditavit. Ausus is etiam est ad imitationem Apostoli, catholicam ad universos conscribere epistolam : in qua, si diis placet, eos docet, qui melius quam ipse de fide sunt persuasi : et vaniloquentiæ verba defendit, simulque blasphema et impia in Dominum et apostolos sanctamque Ecclesiam verba effundit. **324** Sub hæc quemdam apud eos martyrem Alexandrum redarguit, qui ut prædo captus, et domini appellatione solutus atque dimissus familiariter eisdem in ædibus cum prophetissa vixit, eique pecuniam ingentem quæsivit : « Cujus, inquit, prædas et latrocinia, aliaque audacia faunora, propter quæ est excruciatus, non opus est nos commemorare, cum ea in acta publica relata, curia habeat. Itaque istorum quis cui noxam remittet? utrum prophetissa martyri latrocinia, an martyr prophetissæ avaritiæ lucra? » Rursum de prophetis, quorum nomine ipsi sibi gloriantes placent, hæc infert : « Quod si negant prophetas suos munera capere, illud confiteantur, si convicti fuerint eos dona recepisse, non esse prophetas : et innumerabilibus id exemplis probabimus. Pernecessarium autem est omnes prophetæ fructus explorare et excutere. Dic, rogo, mihi, num propheta cerussa fucatur? propheta stibio linitur? propheta formam excolit? propheta tabulis et talis ludit? propheta fœnerat, et lucro studet? » Ad hæc idem Apollonius in opere suo illud in-

(1) Ὁμολογας σημεῖον, **hoc est, martyrium.**

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dicat quod quadragesimo post anno scriptum id A condiderit, ex quo Montanus assimulatam et dæmoniacam prophetiam instituit. Memoriæ quoque tradidit, Zoticum Ostrenum, cujus superior historicus mentionem fecit, cum jam Maximilla prophetare apud Pepuzam cœpisset, dæmonium id convincere instituisse; prohibitum tamen ab eis esse, qui sectæ illius addicti fuere. Meminit quoque Thraseæ cujusdam martyris. Præterea ex veterum traditione se recepisse scripsit, Christum apostolis præcepisse, ut ne ante duodecimum annum Hierosolymis discederent. Utitur quoque in multis locis testimoniis ex Apocalypsi Joannis petitis, quem etiam mortuum exsuscitasse Ephesi dicit. Scribit insuper alia quædam, fraudem et errorem ejusmodi hæresis explanans.

ὅμως παρὰ τῶν τὰ ἴσα ἐκείνῃ φρονούντων. Καὶ μάρτυρος δέ τινος Θρασέα μέμνηται· ἔχειν δὲ καὶ ἐκ παραδόσεως, ὡς ἄρα τοῖς ἀποστόλοις Χριστὸς ἐπὶ δώδεκα ἔτη μὴ χωρίζεσθαι τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐντείλασθαι. Χρῆται δὲ ἐν πολλοῖς ἐς μαρτυρίαν τῶν λόγων ἀπὸ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου, ὃν φησι καὶ νεκρὸν ἐγεῖραι κατὰ τὴν Ἔφεσον. Καὶ ἄλλα τινὰ ἱστορεῖ, διευρύνων τὴν πλάνην τῆς προκειμένης αἱρέσεως.

CAPUT XXVI.

Hunc ipsum Apollonium Romæ martyrium pertulisse.

Idem hic Apollonius (1), in omni genere doctrinæ et sapientiæ clarus, Romæ martyrii perfecit cursum. Nam sub Commodo per universum orbem pax et tranquillitas religioni nostræ data est, **325** et salutiferum verbum omnem animam ex omni genere hominum ad verum Dei cultum perduxit; et Romæ totæ domus et familiæ simul ad fidem sinceram pervenerunt. Quomodo autem id ferret is, qui pulchris sanctisque rebus semper insidiatur? Quapropter cum multa alia contra nos fraudulenter excogitavit, tum scelestum quemdam ad suam ipsius fraudem propensum instigavit, ut Apollonium ad tribunal protraheret, accusationemque C contra eum constitueret. Is porro delator, quod non legitime actionem intendisset, Perennio (2) sententiam ferente, cruribus ejus fractis, debitas luit pœnas: ex consuetudine quadam, quæ contra eos Romæ invaluit, qui res tales ad judices deferrent. Ipse autem martyr, cum in senatu Romano, judice ita statuente, rationem professionis fidei suæ oratione luculenta reddidisset, de sententia senatus (3) capitali affectus supplicio, e vita migravit. Qui vero certius accuratiusque res ejus cognoscere velit, eum ad martyrium ejus, quod in litteras relatum est, legendum cohortamur.

B

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Ὅτι καὶ ἐν Ῥώμῃ ὁ αὐτὸς Ἀπολλώνιος ἐμαρτύρησεν.

Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος Ἀπολλώνιος, καὶ ἐν παιδείᾳ καὶ σοφίᾳ διαβόητος ὤν, ἐπὶ Ῥώμης καὶ τὸν μαρτυρικὸν διήνυσε δίαυλον. Ἐπὶ γὰρ Κομόδου, πρὸς τὸ πρᾶον τῆς περὶ ἡμᾶς εἰρήνης μεταβληθείσης καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, ὁ σωτήριος λόγος ἐπὶ τὴν ἀληθῆ θρησκείαν πᾶσαν ψυχὴν τῶν ἐκ παντὸς ὑπηγάγετο γενους. Ἐπὶ δὲ Ῥώμης καὶ ὅλους οἴκους παγγενεὶ ὁμόσε τῇ ἀκραιφνεῖ πίστει χωρεῖν παρεσκεύαζε. Πῶς δ' ἂν ἔμελλε τοῦτο οἰστὸν εἶναι τῷ ἀεὶ τοῖς καλοῖς ἐφεδρεύοντι; Ὅθεν πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐπιτεχνώμενος ἦν, καὶ τινα δ' ἐναγῆ τῷ Ἀπολλωνίῳ· καὶ εἰς δικαστήριον ἄγει. Καὶ ὁ μὲν μὴ προσηκόντως τὴν δίκην ὑπελθών, τὰ σκέλη διετέθλαστο. Περεννίου τὴν δίκην ἐπαγαγόντος, κατά τι ἔθος κρατῆσαν Ῥωμαϊκὸν τοὺς τὰ τοιαῦτα καταμηνύοντας πάσχειν. Ὁ δὲ μάρτυς λόγον αἰτήσαντος τοῦ δικάζοντος ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ ταύτην ἀξίως τοῦ σφετέρου λόγου ὑπὲρ τῆς πίστεως παρασχών, τιμωρίᾳ κεφαλικῇ δόγματι τῆς συγκλήτου τοῦ βίου ἐξίστατο. Εἴ τις τοίνυν ἐπ' ἀκριβὲς τὰ κατ' αὐτὸν διαγνῶναι θελήσειε, τοῦτον τῷ ἐκείνου μαρτυρίῳ ἐντυγχάνειν προτρέπομεν.

(1) Secundi huic nomen fuit. Hier. de viris illust., qui Apollonium senatorem urbis Romæ fuisse scribit.

(2) Perennius præfectus multos nobilium interfecit. (Lamprid., Herodian.)

(3) Eo quod lex Romæ esset, non debere absolvi hominem Christianum, qui pro tribunali causam dixisset, nisi propositum mutaret. (Eusebius, lib. v, cap. 21).

CAPUT XXVII.

Ut Serapion Antiochiæ episcopus Montanum refellerit, et de libris ejus.

Scriptorum vero quæ Apollinaris contra hæresim secundum Phryges composuit, etiam Serapion, quem Antiochiæ ad Orontem Maximini in episcopatu successorem fuisse indicavimus, meminit in epistola quadam ad Cariconem et Pontium (4), ita scribens: « Ut vero intelligatis, quæ in toto orbe est fraternitatem, detestari præstigias ordinis et sectæ ejus, quæ novæ prophetiæ dicitur, litteras beatissimi Claudii Apollinaris Hierapolitani in Asia epi-

(4) Euseb. *Caricum* habet, lib. v, cap. 19; item *Ponticum*. Alii etiam *Carinum* habent.

D

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Ὡς καὶ Σεραπίων ὁ Ἀντιοχείας τοὺς περὶ Μοντανὸν ἀπελέγχει, καὶ περὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ.

Τῶν δ' Ἀπολλιναρίῳ πεποιημένων κατὰ τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως καὶ Σεραπίων ὃν ἐπὶ τῇ πρὸς Ὀρόντῃ Ἀντιοχείᾳ μετὰ Μαξιμῖνον διάδοχον τῆς ἐπισκοπῆς ἐδηλώσαμεν, μέμνηται ἔν τινι τῶν ἰδίων ἐπιστολῶν, Καρίκωνι καὶ Ποντίῳ πεμφθείσῃ, γράφων οὕτως· « Ὅπως δὲ καὶ τοῦτο εἰδῆτε, ὅτι τῆς ψευδοῦς ταύτης τάξεως τῆς ἐπικαλουμένης νέας προφητείας ἐδδέλυκται ἡ ἐνέργεια παρὰ πάσῃ τῇ ἐν τῷ κόσμῳ ἀδελφότητι, πέπομφα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολλιναρίου

τοῦ μακαριωτάτου, ἐν Ἱεραπόλει, γενομένου τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου, γράμματα. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ τοῦ Σεραπίωνος ἐπιστολῇ καὶ ὑποσημειώσεις φέρονται διαφόρων ἐπισκόπων· ὧν ὁ μέν τις ὧδέ πως ὑπεσημήνατο· « Αὐρήλιος Κυρήνιος μάρτυς ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι. » Ὁ δέ τις τοῦτον τὸν τρόπον· « Αἴλιος Πούπλιος Ἰούλιος, ἀπὸ τῆς Δεβελτῆς κολωνείας τῆς Θράκης ἐπίσκοπος· Ζῇ ὁ Θεὸς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι Σώτας ὁ μακάριος ὁ ἐν Ἀγχιάλῳ ἠθέλησε τὸν δαίμονα τὸν Πρισκίλλης ἐκβαλεῖν· καὶ οἱ ὑποκριταὶ οὐκ ἀφῆκαν. » Καὶ ἄλλων πλειόνων τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων συμψήφων τούτοις ἐν τοῖς δηλωθεῖσι γράμμασιν αὐτόγραφοι φέρονται σημειώσεις. Τὰ μὲν οὖν κατὰ Μοντανὸν καὶ τῆς κατὰ Φρύγας αἱρέσεως ἐν τούτοις.

A scopi ad vos misi. » In eadem Serapionis epistola adnotationes, sive subscriptiones plurium episcoporum recensentur, quorum quidam ita fere manu sua ei subscripsit: « Aurelius Cyrenius martyr opto vos valere. » Quidam hoc modo: « Ælius Publius Julius. Debelti coloniæ Thraciæ episcopue : **326** Vivit Deus, qui in cœlis est, quod beatus Sotas, qui est Anchiali, dæmonium Priscillæ ejicere voluit: sed hypocritæ id non permisere. » Et alii complures episcopi calculo et sententia sua litteras eas comprobantes, suis ipsorum manibus eis subscripserunt. Et Montani quidem atque secundum Phryges hæresis sic se habuit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

CAPUT XXVIII.

Ὡς καὶ ἡ τοῦ Μαρκίωνος αἵρεσις εἰς πολλὰ διῃρέθη, καὶ τίνα ἑτερατεύοντο.

Ut Marcionis hæresis et secta in multas sit dissecta partes, et quam monstruosas opiniones ea protulerit.

B

Μαρκίων δὲ ὁ Ποντικὸς, οὗ καὶ ἄνωθεν μνείαν πεποίημαι, τὸ τοῦ Κέρδωνος ἀσεβὲς ἐπιμᾶλλον αὐξήσας, τέσσαρας ἀγεννήτους οὐσίας τῷ λόγῳ διέπλασεν· ὧν τὸν μὲν ἀγαθόν τε καὶ ἄγνωστον προσηγόρευσεν, ὃ Πατέρα τοῦ Χριστοῦ λέγει· τὸν δὲ δίκαιον καὶ δημιουργόν· τοῦτον δὲ πονηρὸν ὀνομάζει· καὶ πρὸς τούτοις ὕλην κακήν τε οὖσαν, καὶ ὑπ' ἄλλῳ τῷ κακῷ συντελοῦσαν. Τὸν γε μὴν δημιουργὸν περιγενόμενον τοῦ κακοῦ τὴν ὕλην λαβεῖν καὶ δημιουργῆσαι τὰ σύμπαντα. Ἐκ μὲν τοῦ καθαρωτάτου τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἄλλα διηθῶν λέγει δημιουργεῖν· ἐκ παχυτέρου δὲ τὸν τε παραδεισον, καὶ ἐκεῖθεν ἐκ βώλου τὸν Ἀδάμ· ἐκ τῆς οἰκείας δὲ οὐσίας δοῦναι αὐτῷ τὴν ψυχήν· κἀντεῦθεν εἶναι τὴν διαμάχην τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. Ἀγαθώτερον δὲ καὶ τὸν ὄφιν πλάττει τοῦ δημιουργοῦ. Τιμᾷ δὲ αὐτὸς καὶ τὸν ὄφιν Βλασφημεῖ δὲ καὶ τοὺς πατριάρχας καὶ τοὺς προφήτας. Ἐκ μὲν οὖν τῶν Εὐαγγελίων τὸ κατὰ Λουκᾶν μόνον δέχεται, τὴν γενεαλογίαν περιαιρῶν. Ἐννέα δὲ μόνας τοῦ Ἀποστόλου προσίεται Ἐπιστολάς· καὶ τούτων περικόψας τὰ πλεῖστα. Τὴν δὲ παλαιὰν Διαθήκην καὶ τοὺς Προφήτας ἀπελαύνει παντάπασιν, ὡς ὑπὸ ἀλλοτρίου δεδομένην Θεοῦ· Φαντασίᾳ δὲ καὶ δοκήσει τὸν Χριστὸν γενέσθαι. Ἐξάγει δὲ τοῦ βίου καὶ τὴν ἀνάστασιν. Οὗτος τὸν μὲν Κάϊν καὶ τοὺς Σοδομίτας λέγει σωτηρίας μετασχεῖν προσιόντας ἐν ᾅδῃ Χριστῷ· βλέπειν δὲ τὸν Ἄβελ δι, τὸν Ἐνὼχ καὶ τὸν Νῶε, τούς τε πατριάρχας καὶ προφήτας καὶ δικαίους, μὴ προσελθόντας ἐκείνῳ, τὸν ᾅδην οἰκεῖν. Καὶ ἄλλα πλεῖστα κατὰ Θεοῦ ἐλύττησεν· ὧν τὰ πλείω παρῆκα σιγῇ. Ἀλλὰ καὶ ἡ τούτου φλυαγξ ὕστερον εἰς πολλὰ διῃρέθη. Ἀπελλῆς γάρ τις τοῖς ἐκείνου ἀγεννήτοις τέσσαρσι καὶ ἕτερον προσέθηκε πύριον. βιβλίον δέ τι συνθεὶς Φιλουμένης προφητεύειν ὠνόμασε. Περιετίθετο δὲ τῷ Χριστῷ καὶ σῶμα οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ παρ' αὐτοῖς κόσμου οὐσίας.

Marcion autem Ponticus, cujus antea quoque meminimus, Cerdonis impietatem adauxit, et quatuor substantias ingenitas verborum portentis confinxit. Ex quibus unum quidem bonum, eumdemque incognitum appellat, et Patrem Christi dicit: secundum vero justum et conditorem, pravum tamen nominat. Præterea materiam malam dicit: et ab alio malo perfectam atque absolutam. Et conditorem malo superiorem, materiam accepisse, et condidisse omnia: et quidem ex purissimo quoque cœlum et alia excolantem fecisse refert; ex crassiore autem parte paradisum, atque ex gleba ejus Adam: cui ex propria substantia animam indiderit, unde perpetua illa pugna inter corpus et animam exstet. Meliorem vero etiam serpentem creatore ipso fingit, ipsumque adeo serpentem honore etiam prosequitur. Blasphemiis et impiis verbis invehitur in patriarchas et prophetas. Ex Evangeliis solum id quod secundum Lucam est, rejecta tamen Genealogia, recipit. Novem tantum Apostoli Epistolas probat, atque in iis resecat loca quamplurima. Vetus Testamentum et Prophetas abjicit omnino, veluti ab alieno editos Deo: Christum phantasia tantum et specie hominem fuisse nugatur. Tollit etiam e vita resurrectionem. Idem, Cain et Sodomitas salutem consecutos esse scribit, quod ad Christum apud inferos accesserint: Abel autem, Enoch, Noe, patriarchas, prophetas, et reliquos justos, quod ad illum non venerint, apud inferos manere. Sed et aliu quamplurima contra Deum per insaniam mentis elatravit: quorum pleraque silentio commendanda duximus. Sectatores autem ejus in multas divisi sunt sectas. **327** Apelles enim quidam (1) illius quatuor ingenitis alium addidit igneum: et libro a se composito, Philumenæ prophetia nomen indidit: Christo autem corpus tribuit non humanum, sed ex ejus qui apud ipsos est mundi substantia.

C

D

(1) « Igitur de calcaria, quod dici solet in carbonariam, a Marcione ad Apellem : hoc est, a malo præceptore ad ejus discipulum. » (Tertullianus.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XXIX.

De Rhodone, quæ contra Murcionem conscripserit : et de aliis ejusdem opusculis.

Contra hos, eornmque varias sectas, Rhodon Asianus genere, Tatiani, de quo antea dictum est, auditor, librum composuit : cum impietatem eorum refellens, tum auctores eorum dissectionis accurate recensens. « Propterea, inquit, discordes inter se sunt, quod sententiam quæ consistere atque exstare nequaquam potest, tuentur atque defendunt. Ex cohorte enim eorum progressus Apelles, vita ipsa et senio venerationem quamdam consecutus, unum principium profitetur : prophetias autem ab adversario provenire spiritu dicit, dictis atque responsis virginis a dæmonio agitatæ, B cui nomen Philumena fuit, persuasus. Alii autem, sicut et ipse Marcion, duo principia inducunt : ex quibus sunt Potimus et Basiliscus : Ponticum illum lupum secuti, qui nudis verbis, ac sine omni demonstratione atque probatione, duo principia constituit : Syneros vero tria posuit. Scribit itidem Rhodon, se cum Apelle congressum atque collocutum esse. Apellem namque provecta jam ætate, cum se nobis immiscuisset, multa perperam dixisse, atque etiam asseruisse, omnes homines in cruxifixum credentes (1) salvos fieri, si modo bonis operibus explorati probatique sint. » Deinde omnem ejus opinionem recensens, ita infert : « Cum autem ei dicerem : Unde hanc habes demonstrationem? aut quomodo unum principium C esse asserere potes ? Dic nobis ; tum ille : Prophetiæ, inquit, quæ nihil prorsus vere dicant, seipsas refellunt, quippe dissidentes inter se, falsæ, et sibi ipsis adversæ. Quomodo autem unum sit principium, nescire se, ac tantummodo sic moveri et adduci, dixit. Deinceps juramento eum, ut verum diceret, adegi. Et ille juratus, vera se dicere inquit: ignorare autem, quomodo sit unus ingenitus Deus ; sed tamen se ita credere. Itaque eum risi, et rejeci, **328** quod pro doctore se gereret, et doctrinam suam confirmare et defendere non posset. » Rhodon iste in libro quem ad Callistionem scripsit, Romæ Tatiani se discipulum fuisse significat. A quo opus editum esse commemorat, in quo tectos et obscuros divinarum Litterarum locos se illustraturum expositurumque pollicitus sit ; ipseque Rhodon, proprio quodam scripto, se problematum et propositionum illius solutiones explanaturum promittit. Feruntur etiam varii ejus libri in Hexaemeron. Apelles autem, quem diximus, multa etiam contra Mosaicam legem composuit, plurimum studii ad eam evertendam collocans. Hæc Rhodon adversus divisionem Marcionis opinionis conscripsit.

(1) Euseb. lib. v, cap. 13, ἠλπικότας, hoc est, sperantes. Idem Apelles dixit, prorsus opus non esse rationem fidei inquirere, sed in sua quemque persuasione perseverare debere. (Id. ibidem.)

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Περὶ Ῥόδωνος· ὡς κατὰ Μαρκίωνος συνεγράψατο· καὶ περὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ συγγραμμάτων.

Κατὰ δὴ τούτου, καὶ τὴν αὐτῶν διαίρεσιν, Ῥόδων Ἀσιανὸς γένος, τῷ προῤῥηθέντι φοιτήσας Τατιανῷ, βιβλίον ἐξήνεγκε, τήν τε δυσσέβειαν αὐτῶν ἐξελέγχων, καὶ τοὺς τὴν διάστασιν ἐπ' αὐτοῖς ἐνεργοῦντας πρὸς λεπτὸν ἀναγράφων· « Διὰ τοῦτο, λέγων, καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἀσύμφωνοι γεγόνασιν, ἀσυστάτου γνώμης ἀντιποιούμενοι. Ἀπὸ γὰρ τῆς τούτων ἀγέλης Ἀπελλῆς μὲν ὁ τὴν πολιτείαν σεμνυνόμενος καὶ τὸ γῆρας μίαν ἀρχὴν ὁμολογεῖ· τὰς δὲ προφητείας ἐξ ἀντικειμένου λέγει πνεύματος, πειθόμενος ἀποφθέγμασι δαιμονιώδους παρθένου ὄνομα Φιλουμένης. Ἕτεροι δὲ, καθὼς καὶ αὐτὸς Μαρκίων, δύο ἀρχὰς εἰσηγοῦνται· ἀφ' ὧν εἰσι Ποντικός τε καὶ Βασιλικὸς, καὶ οὗτοι τῷ Ποντικῷ Λύκῳ κατάκολουθήσαντες· ὃς δύο ἀρχὰς ἀπεφήνατο ψιλῶς καὶ ἀναποδείκτως. Καὶ Σύνερος δὲ τρεῖς εἰσηγήσατο. Γράφει δὲ ὡς τῷ Ἀπελλεῖ εἰς λόγους ἦλθεν ὁ Ῥόδων· ὁ γὰρ γέρων Ἀπελλῆς συμμίξας ἡμῖν, πολλὰ μὲν ἔλεγε κακῶς· ὑπετίθει δὲ καὶ πάντας σώζεσθαι τοὺς τῷ ἐσταυρωμένῳ πιστεύσαντας, εἴγε μόνον ἔργοις ἀγαθοῖς ἐξετάζοιντο. » Ἐπιφέρει δὲ καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δόξαν, φάσκων οὕτως· « Λέγοντος δέ μου πρὸς αὐτὸν, Πόθεν ἡ ἀπόδειξις αὕτη σοι ; ἢ πῶς δύνασαι λέγειν μίαν ἀρχήν ; Φράσον ἡμῖν· ἔφη, τὰς μὲν προφητείας ἑαυτὰς ἐλέγχειν διὰ τὸ μηδὲν ὅλως ἀληθῶς εἰρηκέναι. Ἀσύμφωνοι γὰρ ὑπάρχουσι καὶ ψευδεῖς, καὶ ἑαυτοῖς ἀντικείμεναι. Τὸ δὲ πῶς ἔστι μία ἀρχὴ, μὴ γινώσκειν ἔλεγεν· οὕνως δὲ κινεῖσθαι μόνον. Εἶτα ἑπομόσαμένου μου τἀληθὲς εἰπεῖν, ὤμνυεν ἀληθεύειν λέγων· μὴ ἐπίστασθαι δὲ, πῶς εἷς ἐστιν ἀγέννητος ὁ Θεὸς· τούτῳ δὲ πιστεύειν. Ἐγὼ δὲ γελάσας, κατέγνων αὐτοῦ, διότι διδάσκαλος εἶναι λέγων, οὐκ ᾔδει τὸ διδασκόμενον ὑπ' αὐτοῦ κρατύνειν. » Ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἐν τῷ πρὸς Καλλιστίωνα προσφωνήματι ἐπὶ Ῥώμης μαθητευθῆναι λέγει Τατιανῷ, ᾧ καὶ βιβλίον ἱστορεῖ ἐσπουδάσθαι· δι' οὗ τὸ κεκαλυμμένον τῶν θείων Γραφῶν ὑπισχνούμενος εὔδηλον παριστᾷν, ἐν ἰδίῳ συγγράμματι Ῥόδων οὗτος καὶ τὰς τῶν προβλημάτων ἐκείνου λύσεις ἐκθήσεσθαι ἐπαγγέλλεται. Καὶ εἰς τὴν Ἑξαήμερον δὲ αὐτοῦ λόγοι διάφοροι φέρονται. Πολλὰ δὲ ὁ εἰρημένος Ἀπελλῆς κατὰ τοῦ Μωσαϊκοῦ παρετάξατο νόμου, εἰς ἀνατροπὴν ἐκείνου οὐκ ἐλαχίστην ἐνδειξάμενος τὴν σπουδήν. Τοιαῦτα καὶ εἰς τὰ κατὰ τὴν διαίρεσιν τῆς Μαρκίωνος δόξης συγγραφέντα τῷ Ῥόδωνι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ τοῦ κατὰ Βλάστον καὶ Φλωρῖνον ἐν Ῥώμῃ γενομένου σχίσματος· καὶ ὅσα Εἰρηναῖος αὐτοῖς διελέχθη· καὶ περὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ συγγραμμάτων.

Τοῖς δὲ περὶ Φλωρῖνον καὶ Βλάστον κατὰ Ῥώμην εἰς ἀντικάλους μοίρας διακριθεῖσιν, οἷς κατά τι σύμπτωμα τοῦ πρεσβυτερίου διαπεπτωκόσι, καὶ ταῖς Μαρκίωνος δόξαις διὰ ζηλοτυπίας ἕρωτα περιειλουμένοις, καὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν πειρωμένοις παραχαράττειν, Εἰρηναῖος ἔτι περιών, καὶ ἄμφω ἐπιστολὰς ἔπεμπε· τὴν μὲν πρὸς Βλάστον ἐπιγράψας Περὶ σχίσματος, τὴν δὲ πρὸς Φλωρῖνον Περὶ μοναρχίας, ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν. Προασπιστὴς γὰρ οὗτος τῆς τοιαύτης δόξης εἶναι ἐδόκει· δι' ὃν αὖθις καὶ ἔτι τῷ ἀσταθεῖ τῆς γνώμης καὶ εἰς τὴν Οὐαλεντίνου δόξαν ὑποσυρόμενον καὶ ἕτερον τῷ Εἰρηναίῳ σπουδάζεται σύγγραμμα, ὃ Περὶ τῆς ὀγδοάδος ἔχει ἐπιγραφήν· ἐν ᾧπερ δείκνυσιν, ὡς τῆς πρώτης καὶ οὗτος τῶν ἀποστόλων μετειλήφει διαδοχῆς. Ἐν δὲ τῷ πέρατι τοῦ συγγράμματος ἀστεῖαν τινὰ παρασημείωσιν τίθεται, ἣν δὴ καὶ ἐκθεῖναι τοῖς λοιποῖς οὐκ ἀπᾴδον ἐλογισάμην. Λέγει δὲ οὕτως· « Ὁρκίζω σε τὸν μεταγραψάμενον τὸ βιβλίον τοῦτο κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράψω, ἐπιμελῶς· καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. » Καὶ ταῦτ' οὐ περιέργως παρεθέμην· ἀλλ' ἵνα εἰς ὑπόδειγμα ἔχωμεν τοὺς ἀρχαίους ἐκείνους καὶ σπουδαίους ἀνδρας, ὅσην ἐποιοῦντο ἀσφάλειαν, διὰ τὸ μὴ παραχαράττεσθαι τὰ τῶν ἀρχαίων συγγράμματα. Τῷ δὲ πρὸς Φλωρῖνον τούτου ἐπιστολῇ καὶ τῆς μετὰ Πολυκάρπου διατριβῆς αὐτοῦ μέμνηται, τοῦτον ἱστορῶν τὸν τρόπον· « Ταῦτα τὰ δόγματα, Φλωρῖνε, ἵνα πεφεισμένως εἴπω, οὐκ ἔστιν ὑγιοῦς γνώμης. Ταῦτα τὰ δόγματα ἀσύμφωνά ἐστι τῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰς μεγίστην ἀσέβειαν περιβάλλοντα, τοὺς πειθομένους. Ταῦτα τὰ δόγματα οὐδὲ οἱ ἔξω τῆς Ἐκκλησίας αἱρετικοὶ ἐτόλμησαν ἐκφρήνασθαί ποτε. Ταῦτα τὰ δόγματα οἱ πρὸ ἡμῶν πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες, οὐ παρέδωκάν σοι. Εἶδον γάρ σε παῖς ὢν ἔτι ἐν τῇ κάτω Ἀσίᾳ παρὰ Πολυκάρπῳ λαμπρῶς πράσσοντα ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ, καὶ πειρώμενον εὐδοκιμεῖν παρ' αὐτῷ. Μᾶλλον γὰρ τὰ τότε διαμνημονεύω τῶν ἐναγχος γινομένων. Αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις, συνανξουσαι τῇ ψυχῇ, ἑνοῦνται αὐτῇ· ὥστε με δύνασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέγετο ὁ μακάριος Πολύκαρπος, καὶ τὰς προόδους αὐτοῦ καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν μετὰ Ἰωάννου ἀναστροφὴν ὡς ἀπήγγελλε, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἑωρακότων τὸν Κύριον· καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τοὺς λόγους αὐτῶν· καὶ περὶ τοῦ Κυρίου, τίνα ἦν ἃ παρ' ἐκείνων ἠκηκόει· καὶ περὶ τῶν δυ-

A

CAPUT XXX.

De schismate et dissidio Romæ propter Blastum et Florinum exorto, et quæ ad eos Irenæus scripserit, et de aliis ejusdem libris.

Cæterum adversus Florinum et Blastum, Romæ rei ecclesiasticæ hostes judicatos, qui ob aliquem lapsum presbyterii gradu abdicati, zelotypia quadam et æmulandi studio, Marcionis errori involuti, et ecclesiasticas sanctiones depravare conati sunt, Irenæus adhuc superstes duas scripsit epistolas, et alteram ad Blastum, de schismate et dissidio; alteram ad Florinum de monarchia, sive Deum non esse auctorem malorum, inscripsit, quod is propugnator ejus erroris fuisse sit visus. Qui deinde propter variantem sententiæ instabilitatem, B etiam in Valentini hæresim protractus, causam Irenæo præbuit, ut is aliud componeret opus, cujus titulus est, de Ogdoade seu octonario : in quo opere se primam apostolorum successionem attigisse ostendit. Ad finem vero ejus libri, adnotationem sane quam scitam adjecit, quam hoc loco referre non intempestivum esse judicavi. Verba ejus hæc sunt : « Adjuro te, qui hunc librum descripsisti, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per gloriosum adventum ejus, quo venturus est judicare vivos et mortuos, **329** ut conferas quod transcripsisti, et castiges ad exemplar istud unde descripsisti, accurate : et juramentum hoc, ut itidem describas, et exemplo tuo apponas. » Non otiose sane hoc sic adjecimus, ut scilicet exemC plum propositum habeamus, qua cura et providentia sacri illi et boni viri caverint, ne veterum scripta depravarentur. In epistola vero ad Florinum conversationis suæ cum Polycarpo meminit, ad hunc scribens modum : « Hæc dogmata, Florine, ut parce et modeste dicam, non sunt sanæ sententiæ. Hæc dogmata dissona et diversa sunt ab Ecclesia, quæ eis obsequentes in maximam conjiciunt impietatem. Hæc dogmata ne illi quidem, qui ab Ecclesia sunt exclusi hæretici, unquam promulgare sunt ausi. Hæc dogmata, qui ante nos fuere, quique cum apostolis conversati sunt presbyteri, tibi non tradidere. Vidi enim te, cum puer adhuc in inferiore Asia apud Polycarpum essem, splendidum habere locum in imperiali aula, et D famam laudemque apud eum aucupantem. Melius namque eas res, quam quæ proxime acciderunt, memoria teneo : quod res quas a pueris didicimus, cum anima coalescentes, eidem prorsus uniuntur. Itaque dicere possum locum in quo considens beatus Polycarpus disseruit : progressus quoque et ingressus ejus, vitæ modum, et corporis formam; orationes etiam quas ad multitudinem habuit; præterea familiarem consuetudinem, sicuti ipse narravit, quæ ei cum Joanne et reliquis qui Dominum oculis suis videre, intercessit; quomodo etiam dicta eorum, et item Domini ipsius, quæ illi ex eo audierant, recitarit; item, quæ de virtutibus et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

doctrinis ejus dixerit: ut denique Polycarpus omnia a spectatoribus ipsis vitæ Verbi accepta, et Scripturis consonantia memoriter referre solitus sit. Hæc tum per eam quæ mihi concessa est Dei misericordiam, diligenter et studiose audivi, memoriæ mandans non in charta, sed in corde meo; quæ etiamnum semper per gratiam Dei sincere in intimo verso atque revolvo animo. Et profecto affirmare et testari possum in conspectu Dei, quod si quid tale audivisset beatus ille et apostolicus presbyter, exclamans, et aures obturans, frequentiusque usurpatum illud sibi verbum vociferans, dixisset: **330** O bone Deus, in quæ tempora me conservasti, ut hæc sustineam? ex eo etiam profugisset loco, ubi vel sedens, vel stans hujusmodi audivisset sermonem. Sed et ex epistolis ejus, quas vel ad vicinas ecclesias, eas confirmans, vel ad fratres quosdam, eos instruens et docens, dedit, puritas doctrinæ ejus colligi potest. » Hæc de iis qui Romæ Ecclesiam oppugnarunt, ab ea segregati.

A

B

CAPUT XXXI.

De Hippolyto Portus urbis Romæ episcopo, et de scriptis ejusdem.

Temporibus Severi Hippolytus etiam Portus Romani episcopus floruit: qui cum alia plurima scripta prudenter et docte edidit, tum de Paschate librum composuit, in quo descriptione temporum et veluti Fastorum inita, et canone annorum sedecim de Paschate proposito, rationem temporum usque ad primum annum Alexandri deducit. Catalogus librorum ejus sic habet: *Liber in Hexaemeron;* et alter *post Hexaemeron*, refutatorius contra Marcionem; *In Canticum canticorum, in partes Ezechielis, de Paschate*, opus *Contra hæreses* omnes longe utilissimum, *De adventu Antichristi, De resurrectione;* et alia plurima: *In Zachariam, De Psalmis, in Isaiam, in Danielem* (1), *De Apocalypsi, De Proverbiis, De Saul et Pythone; De laudibus Domini nostri Jesus Christi*, de quibus præsente Origene sermonem habuit. Quædam porro scripta ejus cum reprehensione non careant, martyrio postea pro Christi nomine absoluto, ignorantiæ ejus maculam detrivit atque detersit. Unde Origenem aiunt initium Commentariorum in sacras Scripturas scribendorum sumpsisse. Hæc de Hippolyto (2).

C

D

331 CAPUT XXXII.

De Pantæno Alexandrino philosopho, viro apostolico, et de divino prorsus sacrarum Litterarum studio ejus.

Pantænus etiam sapientia clarus, sub Commodo, divinæ apud Alexandriam præfuit scholæ, jam inde ab antiquo sacrarum ibi Litterarum studio florenti; quod sane ad multa etiam duravit tempora, multis inter se in omni genere disciplina-

(1) Hippolytus in visiones Danielis Commentarium scripsit, et in Proverbia Salomonis. (Suid.)

νάμεων αὐτοῦ· καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας· ὡς παρὰ τῶν αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς τοῦ Λόγου παρειληφὼς ὁ Πολύκαρπος ἀπήγγειλε πάντα σύμφωνα ταῖς Γραφαῖς. Ταῦτα καὶ τότε διὰ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ τὸ γεγονὸς ἐπ' ἐμοὶ σπουδαίως ἤκουον ὑποπνηματιζόμενος αὐτὰ οὐκ ἐν χάρτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ· καὶ ἀεὶ διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ γνησίως αὐτὰ ἀναμαρυκῶμαι. Καὶ δύναμαι διαμαρτύρασθαι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἴ τι τοιοῦτον ἀκηκόει ἐκεῖνος ὁ μακάριος καὶ ἀποστολικὸς πρεσβύτερος, ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφράξας τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ εἰπών, Ὦ καλὲ Θεέ, εἰς οἵους με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι; πεφεύγοι ἂν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἢ ἑστὼς, τὸν τοιοῦτον ἀκηκόει λόγον. Καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν δὲ αὐτοῦ ὧν ἐπέστειλεν ἤτοι ταῖς γειτνιώσαις ἐκκλησίαις ἐπιστηρίζων αὐτὰς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισι, νουθετῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος, δύναται φανερωθῆναι. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐξ ἐναντίας διαφερομένων.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Περὶ Ἱππολύτου Πόρτου πόλεως Ῥώμης καὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ.

Τοῖς δὲ κατὰ Σευῆρον χρόνοις καὶ Ἱππόλυτος ὁ Πόρτου τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος γεγονὼς ἀκμάζων ἦν. Καὶ δὴ πολλῶν ὑπομνημάτων συνετῶν αὐτῷ γεγραμμένων, καὶ τὸ περὶ τοῦ Πάσχα ἐκτίθεται σύγγραμμα, ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καὶ τινα κανόνα ἐκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεὶς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀλεξάνδρου περιγράφει τοὺς χρόνους. Τά γε μὴν αὐτοῦ συγγράμματα ταῦτά εἰσι· Βιβλίον Εἰς τὰν Ἑξαήμερον· ἕτερον Εἰς τὰ μετὰ Ἑξαήμερον· ἀντιρρητικὸς πρὸς Μαρκίωνα. Εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων· Εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιήλ· Περὶ τοῦ Πάσχα· σύνταγμα Πρὸς πάσας τὰς αἱρέσεις βιωφελέστατον· Περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Ἀντιχρίστου· Περὶ ἀναστάσεως· καὶ ἄλλα πλεῖστα· Εἰς Ζαχαρίαν· Περὶ ψαλμῶν· Εἰς τὸν Ἡσαΐαν· Εἰς τὸν Δανιήλ· Περὶ Ἀποκαλύψεως· Περὶ Παροιμιῶν· Περὶ Σαοὺλ καὶ Πύθωνος· Περὶ ἐπαίνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐν οἷς παρόντος Ὠριγένους ὡμίλησε. Τινὰ δὲ τῶν συγγραμμάτων ἐπιλήψιμα ἔχων, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ μετὰ ταῦτα τελειωθεὶς, τὸν τῆς ἀγνοίας ἀπετρίψατο μῶμον. Ἐξ ὧν φασι καὶ Ὠριγένην ἀρχὴν ἐσχηκέναι ταῖς θείαις ἐπιβάλλειν Γραφαῖς. Τοσαῦτα δὲ καὶ τὰ Ἱππολύτου.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Πανταίνου τοῦ φιλοσόφου, ἀποστολικοῦ ἀνδρὸς· καὶ τῆς περὶ τοὺς λόγους ἐνθέου αὐτοῦ σπουδῆς.

Καὶ ὁ πολὺς δὲ τὴν σοίαν Πάνταινος ἐπὶ Κομόδου τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν θείας ἠγείτο διατριβῆς, ἔθει ἀρχαίῳ ἱεροῦ διδασκαλείου ἐκεῖσε δὴ συνεστῶτος· ὃ καὶ ἐπὶ πολὺ τοῦ χρόνου προήνεγκε τῆς περὶ τοὺς λόγους σπουδῆς, πολλῶν ἐνταῦθα τιθεμέ-

(2) Hujus passionem hymno prolixiore prosecutus est Prudentius.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νων τὴν ἅμιλλαν. Ἐν δὲ τοῖς πώποτε καὶ τοῦτον δὴ σφόδρα διαθρυλληθῆναι λόγος, ἀπ' ἐκ τῆς τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφου διατριβῆς ἐπὶ τοῦτ' ἀποκλίναντα. Τοσαύτην δέ φασι σπουδὴν εἰσενέγκασθαι τὸν θεῖον ἐπαυξῆσαι λόγον, ὡς καὶ κήρυκα τοῖς ἐπ' ἀνατολῆς ἔθνεσι τοῦ Χριστοῦ καταστῆναι, καὶ τὴν μέχρις Ἰνδῶν στεῖλασθαι. Πολλοὶ γὰρ καὶ τηνικάδε διέπρεπον πρόθεσιν ὅτι μάλιστα γενναίων προβεβλημένοι ἐπὶ καταβολῇ καὶ αὐξήσει τοῦ θείου καὶ εὐαγγελικοῦ σπόρου. Ὧν εἷς καὶ ὁ νῦν ἡμῖν προκείμενος γεγονὼς, καὶ μέχρις Ἰνδῶν γενέσθαι ἤχιστα ὤκνησεν. Εὑρεῖν μέντοι ἐκεῖσε τὸ κατὰ Ματθαῖον ἱερὸν Εὐαγγέλιον ἱστορεῖ παρά τισι τῶν πιστῶν, ὑπὸ Βαρθολομαίου Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσφωνηθέν· ὡς καὶ ἐς μακρὸν προελθεῖν τοῦ χρόνου τοῦ πρώτως γράψαντος ἀκριβεῖς διασῶζον τοὺς χαρακτῆρας. Πολλοῖς δὲ B κατορθώμασι διαλάμψας ἄχρι δὴ καὶ ἐς τέλος, τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱερᾶς ἡγεῖτο διατριβῆς, καὶ ζώσῃ γλώσσῃ καὶ σοφοῖς ὑπομνήμασι τῶν θείων δογμάτων τὰς Γραφὰς ἀναπτύσσων.

rum æmulatione concertantibus. Inter veteres illos Pantænum hunc in primis celebrem fuisse ferunt, qui scilicet ex Stoicorum philosophorum familia ad nostram transierit professionem. Tam studiosus autem propagandi divini verbi fuit, ut Christum etiam Orientalibus populis prædicaverit, et ad Indos usque pervenerit. Permulti sane eo tempore exstiterunt viri generosis prorsus animis, qui cum magna laude divino et evangelico semini ubique terrarum serendo et amplificando incubuerunt. In quibus et hic noster fuit, qui tam longam atque difficilem profectionem etiam ad Indos usque non detrectavit. Refert is, apud quosdam fideles Matthæi Evangelium ibi inventum esse, a Bartholomæo Hebraico sermone expositum: quod in multa tempora formas litterarum ejus, qui id primum scripsit, illæsas conservarit. Hic multis præclare ad finem usque vitæ actis illustris, sacræ Alexandrinæ scholæ præiit, simulque et viva voce et doctis commentariis divinorum dogmatum Scripturas explicuit.

ΚΕΦΑΛ. ΑΓ'.

Περὶ Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως, καὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ· καὶ ὅσα περὶ τῶν θείων λέγει Γραφῶν.

Τῇ δ' αὐτῇ τοῦ χρόνου φορᾷ καὶ Κλήμης πρεσβύτερος, ὁ Στρωματεὺς ἐπικληθῇ, ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ αὐτὸς συνασκούμενος ἦν τῷ Πανταίνῳ, καὶ τὸν ἴσον δρόμον ἐκείνῳ καὶ τὴν σπουδὴν ἐπὶ διαίτῃ καὶ τῇ διατριβῇ κεκτημένος. Καὶ πατέρα δὲ τῶν λόγων ἐν ταῖς αὐτοῦ οὕτωσι γεγραμμέναις C Ὑποτυπώσεσι τὸν Πάνταινον ἱστορεῖ· καὶ ἐν τῷ πρώτῳ δὲ τῶν Στρωματέων τοῦτον δοκεῖ μοι αἰνίττεσθαι· ὅτε τοὺς ἐμφανεῖς τῶν ἀποστόλων διαδόχους ἀπαριθμεῖ, γράφων οὕτως· « Ἤδη δὲ οὐ γραφὴ εἰς ἐπίδειξιν τετεχνασμένη, ἀλλά μοι ὑπομνήματα εἰς γῆρας θησαυρίζεται, λήθης φάρμακον, εἰδώλου ἐναργῶς καὶ σκιαγραφία τῶν ἐναργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων, ὧν κατηξιώθην ἀκοῦσαι λόγων τε καὶ ἀνδρῶν, μακαρίων καὶ τῷ ὄντι ἀξιολόγων. Τούτων ὁ μὲν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος ὁ Ἰωνικός, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος· τῆς Κοίλης θάτερος αὐτῶν Συρίας ἦν· ὁ δὲ ἀπ' Αἰγύπτου· ἄλλοι δὲ ἀνὰ τὴν ἀνατολήν· καὶ τούτων ὁ μέν τις τῆς Ἀσσυρίων, ὁ δὲ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Ἑβραῖος ἀνέκαθεν. Ὑστάτῳ δὲ περιτυχών, δυνάμει δὲ ἄρα πρῶτος ἦν, ἀνεπαυσάμην ἐν D Αἰγύπτῳ, θηράσας ἐληθότα. Ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ἀλήθειαν τῆς θείας σώζοντες διδασκαλίας, παράδοσιν εὐθὺς ἀπὸ Πέτρου καὶ Ἰακώβου, Ἰωάννου τε καὶ Παύλου, τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παῖς πατρὸν ἐκδεξάμενος, ὀλίγοι δὲ οἱ πατράσιν ὁμοῖοι, ἦκον δὴ σὺν Θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς, τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ ἀποστολικὰ καταθέμενοι σπέρματα. » Τὸν δὲ Πάνταινον Κλήμης διαδεξάμενος, τῆς διατριβῆς καθηγεῖτο· ὡς κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ καὶ τὸν Ὠριγένην παῖδα ὄντα παρ' αὐτῷ φοιτῆσαι. Τῶν δὲ Στρωματέων τὴν βίβλον ἱστορῶν, τὸ πρῶτον σύγγραμμα εἰς τὴν Κομόδου τελευτὴν περιγράφει, ὡς ἂν χρονικὴν ἱστορίαν συγγράφων. Ὀκτὼ δὲ οἱ πάντες εἰσὶ Στρωμα-

CAPUT XXXIII.

De Clemente contextore, et operibus ejus: et quæ de divinis Scripturis ille dixerit.

Eodem temporum curriculo et Clemens presbyter, qui Στρωματεὺς seu Contextor cognominatus est, Alexandriæ eidem studio cum Pantæno incubuit, eumdemque cursum et vivendi instituto et docendi consuetudine tenuit. Patrem certe librorum suorum, in *Dispositionibus* quas vocat, suis, Pantænum memorat. Et in primo libro Στρωματέων, seu *Contextorum*, obscure hunc mihi designare videtur, cum præclaros apostolorum successores enumerat, sic scribens: « Libri porro qui a me scribuntur, non sunt ad ostentationem instituti, **332** sed monumenta memoriæ gratia ad senectutem composita, ut sint oblivionis remedium, simulacrumque evidens, et adumbratio dilucidæ et vividæ illius doctrinæ, quam dignatione Dei audivi et didici a beatis illis et præstantibus viris: quorum quidem alius in Græcia Ionicus fuit, alius autem in magna Græcia, alius rursum in Cœlesyria, alius vero in Ægypto, alii porro in Oriente; ibique alius in Assyria, alius in Palæstina Judæus a majoribus suis. In ultimum deinde incidi, qui reliquorum omnium vi atque virtute princeps fuit in Ægypto, atque ibi, quæ antea latuerant repertis, alia inquirere desii. Illi siquidem veritatem divinæ doctrinæ conservarunt, et traditionem statim a Petro et Jacobo et Joanne et Paulo, sanctis illis apostolis, velut filii a patribus successione per manus acceperunt; pauci autem sunt patribus similes, eamdemque Deo ducente, ad nos quoque transmiserunt, apud nos itidem majorum suorum ipsorumque apostolorum semina deponentes. » Pantæno Clemens succedens scholam rexit, quam etiam eo tempore Origenes adhuc puer frequentavit. In volumine *Contextorum* primum librum us-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

que ad Commodi obitum deducit, tanquam annales conscribens. *Contextorum* vero octo sunt libri : totidem, quos *Dispositionum*, seu informationum vocat, ubi magistri sui, sicuti dictum est, Pantæni mentionem facit, dictata quædam ejus et traditiones recensens. Scripsit quoque ad Græcos sive gentes librum exhortatorium, et tres alios libros, quos *Pædagogos* nominat. Alium item lectu dignum, et docte compositum, cujus titulus est : *Quis dives salvus fiat.* Præterea scriptum aliud, in quo de Paschate disserit. Item homilias de jejunio, de obtrectatione. Rursum Cohortationem ad patientiam. Alium quoque ad recens illuminatos. Insuper eum qui *Ecclesiasticus canon* ab eo est inscriptus, et quem contra judaizantes ad Alexandrum episcopum edidit. In *Contextorum* libris non solum pleraque ex divinis Litteris sternit atque contexit, verum etiam si quid apud Græcos est scitu dignum, affert ; et simul Græcorum atque Barbarorum dogmata, nec non falso nominatæ scientiæ hæresiarcharum et philosophorum opiniones **333** explicans, multijugam omnis generis doctrinæ exhibet institutionem. Quapropter ex varietate materiæ merito illi talem sortiti sunt inscriptionem. Utitur in eis testimoniis Ecclesiastici Sirach, nec non Barnabæ, et Clementis epistolæ. Mentionem etiam facit libri Tatiani ad Græcos, et Cassiani, qui et ipse annales temporumque rationes scripsit: sicuti etiam Philonis, et Aristobuli, et Josephi et Demetrii, et Eupolemi, Judaicorum scriptorum. Ex quibus astruit et probat, Mosen antiquissimis quibusque Græcorum vetustiorem esse. Omnes certe libri viri ejus eruditione et doctrina utili sunt referti. Indicat quoque in libro primo, se proxime ad apostolorum successionem accessisse, et simul Commentarios se in Genesim relicturum pollicetur. In libro *De Pasche* coactum se a quibusdam dicit, ut quas a senioribus presbyteris acceperat historias et traditiones, ibi exponeret : Helitonem nominans, Irneæum, et alios quosdam, quorum etiam sententias quasdam sibi dictas proponit. In libris vero *Dispositionum* totius Scripturæ testamentariorum sive canonicorum librorum, ut breviter dicam, compendiosam instituit enumerationem : non prætermittens etiam, quibus contradicitur, Scripturas ; ut Petri Apocalypsim, et Barnabæ epistolam. Epistolam sane ad Hebræos Pauli esse censet, Hebræis Hæbraico sermone scriptam : a Luca autem ambitiosa splendide versam lingua, Græcis esse expositam. Ac recte quidem illum dicit, qui mos ei in aliis fuerat, Pauli nomen epistolæ ei non præfixisse. Quod enim Judæi tum præsumptione quadam suspectum eum haberent, ne statim in ipsa præfatione illorum a lectione absterreret animos, prudenter fecisse, qui nomen suum prætermiserit. Quapropter eumdem esse inquit orationis ductum in Epistola ad Hebræos, et in apostolorum Actis. Alibi quoque scribit : « Porro sicuti beatus dixit presbyter, quando

τείς. Ἰσάριθμοι δὲ τούτοις καὶ οὓς Ὑποτυπώσεις καλεῖ λόγους αὐτοῦ. Ἔνθα δὴ ὡς εἴρηται καὶ τοῦ διδασκάλου Πανταίνου μνείαν ποιεῖται, ἐκδοχάς τε αὐτοῦ καὶ παραδόσεις παρατιθέμενος. Καὶ πρὸς Ἕλληνας δὲ αὐτῷ λόγος ἐγράφη προτρεπτικός· καὶ τρεῖς ἕτεροι, οὓς Παιδαγωγοὺς ὀνομάζει. Ἕτερος δὲ αὐτῷ σπουδῆς ἄξιος, Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, ἐπιγραφὴν ἔχων· καὶ σύγγραμμά τι περὶ τοῦ Πάσχα διεξιόν· ὁμιλίαι τε περὶ νηστείας· ἔτι δὲ καὶ ὁ περὶ καταλαλιᾶς· καὶ ὃς ὑπομονὴν προτρέπεται· ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ φωτισθέντας· πρὸς τούτοις, ὃς Κανὼν ἐκκλησιαστικὸς ἐπιγέγραπται· καὶ ὁ πρὸς Ἰουδαΐζοντας, ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ προσφωνεῖ. Ἐν μὲν οὖν τοῖς Στρωματεῦσιν οὐ μόνον τὰ τῆς θείας Γραφῆς καταστρωννυσιν, ἀλλὰ καὶ εἴ τι τοῖς Ἕλλησι περισπούδαστον, διεκτίθησι. Καὶ τοίνυν τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις δογμάτων, καὶ τῶν ἐκ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως αἱρεσιαρχῶν καὶ φιλοσόφων ἀναπτύσσων, πολλὴν τινα παιδείας ὑπόθεισιν παρέχει· εἰκότως δ' ἐκ τῆς ὑποθέσεως καὶ τῆς τοιαύτης ἔτυχον προγραφῆς. Μαρτυρίαις δὲ χρῆται ἐν τούτοις ἔκ τε τοῦ Σιράχ, καὶ τῆς Βαρνάβα καὶ Κλήμεντος ἐπιστολῆς. Μέμνηται δ' ἐν τούτοις τοῦ πρὸς Ἕλληνας Τατιανοῦ λόγου, καὶ Κασσιανοῦ, ὡς χρόνων καὶ αὐτοῦ ἐπιστασίας καταλέγοντος· πρὸς δὲ Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπου τε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου, Ἰουδαίων συγγραφέων· ἐξ ὧν παρίστησι Μωσέα πρεσβύτερον τῆς παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιολογίας. Πολλῆς δὲ χρηστομαθείας εἰσὶν οἱ τοῦ ἀνδρὸς λόγοι ἔμπλεῳ, Δηλοῖ γε μὴν ἐν τῷ πρώτῳ ὡς ἔγγιστα τῆς ἀποστολικῆς ἦν διαδοχῆς. Ὑπισχνεῖται δὲ καὶ εἰς τὴν Γένεσιν καταλιπεῖν ὑπομνήματα. Ἐκδιασθῆναι δέ φησι καὶ ἐν τῷ τοῦ Πάσχα λόγῳ παρά τινων, ἃς ἔτυχεν εἰδὼς παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἱστορίας καὶ παραδόσεις ἐκθέσθαι. Ἐν αὐτῷ μνείαν ποιεῖται Μελίτωνος καὶ Εἰρηναίου, καί τινων ἑτέρων ὧν καὶ τὰ εἰρημένα αὐτῷ παρατίθεται. Ἡ δὲ τῶν Ὑποτυπώσεων πρόθεσις τῆς ἐνδιαθήκου πάσης Γραφῆς, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν, εὐσύνοπτον ποιεῖται διήγησιν, μὴ παρατρέχων καὶ τὰς ἀντιλεγομένας τῶν Γραφῶν· οἷον τὴν Πέτρου Ἀποκάλυψιν, καὶ τὴν Βαρνάβα ἐπιστολήν. Καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ Παύλου μὲν εἶναί φησι, τοῖς δ' Ἑβραίοις Ἑβραΐδι γεγράφθαι φωνῇ· φιλοτίμῳ δὲ γλώττῃ τὸν Λουκᾶν μεταγλωττίσαντα, ἐκθεῖναι τοῖς Ἕλλησι. Καὶ εἰκότως δὲ λέγει, μηδὲ ὡς ἔθος τὴν Παύλος κλῆσιν προθεῖναι· κατ' ἐκείνου γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις πρόληψιν ἔχουσιν, ὡς ὑποπτος ὤν, ἵνα μὴ ἐκ προοιμίων ἀποτρέψωσι αὐτούς, συνετῶς ποιῶν, παρῄρει τὴν κλῆσιν. Διό φησι καὶ τὸν ἴσον χρῶτα εἶναι τοῦ λόγου τῆς τε πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς καὶ τῶν Πράξεων. Καὶ ἄλλως δέ φησιν, « Ἤδη δὲ ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος, ἀπόστολος ὢν τοῦ παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων ἀπόστολον διά τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον τιμὴν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν ἐθνῶν κήρυκα καὶ ἀπόστολον ὄντα. » Περὶ δὲ τῆς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XXXV.

De aliis multis ecclesiasticis scriptoribus, scilicet, Juda, Heraclito, Maximo, Candido, Appione, Sexto, Arabiano, et aliis.

Multorum præterea ecclesiasticorum virorum commentarii, qui vetustate facile primas obtinuerunt, egregium de fide et vita Christiana specimen et studium complectentes, sunt celebrati, cum aliorum quorumdam, tum ejus qui eo tempore cum reliquis enituit, Judæ historici, qui in hebdomadas Danielis plurimum operæ collocavit, et optimum de eis opus a se compositum reliquit. Siquidem veluti historiam instituens, scripturam eam usque ad decimum Severi annum producit. In eo libro aperte præ se fert, in ea se fuisse sententia, ut decantatum Antichristi adventum, temporibus eis in exspectatione esse, et appropinquare crederet. Auxit vero eam opinionem, multorumque mentes ut rem tantam exspectarent conturbavit, acerrima quæ tum mota est persecutio. Non pauca etiam Heraclitus vir divinus composuit, qui primus enarrationes sibi in Apostolum scribendas duxit. Maximus autem super quæstione illa, quæ hæreticis in ore est, *Unde sit malitia et vitiositas*, et item *de eo quod materia creata sit*, solutiones atque decisiones irrefragabiles edidit. Sed et Candidus, cum plurima alia elaboravit, tum in Hexaemeron commentarios primus scripsit : in quo argumento itidem Appion magno studio est versatus. Sextus quoque resurrectionem scriptis suis cum magna laude comprobavit : et Arabianus insuper in aliis quibusdam sacris argumentis multum laboris et operæ posuit. Multorum præterea aliorum scriptorum plurima et maxima litterarum monumenta sunt vulgata, quorum neque tempora, neque argumenta sigillatim (nam id instituto præsenti, historiæque nostræ non admodum convenit) commemoranda duximus. **336** Atque ii quidem ante Originem scriptores ecclesiastici, cum sacram historiam doctrinamque ordine per successionem continuarunt, tum in eos qui nugis ac deliramentis depravare rectam fidei doctrinam in animum induxerant, cominus atque in faciem illis congressi, quasi divina tela conjecerunt : ita rerum omnium Deo id providentia sua disponente, ut post apostolos eorumdemque successores, rursum martyrum sanguine et doctrina, nec non sanctioris vitæ splendore, res Christianæ confirmarentur : et ad summum, ut immotæ et inexpugnabiles essent, stabilirentur. De iis satis.

CAPUT XXXVI.

De dissensione, quæ tum de Paschate est exorta. De synodis propterea coactis, et ut omnes ad concordiam sint redacti.

Enimvero circa finem imperii Commodi inter Orientales et Occidentales ecclesias non parva incidit quæstio. Ecclesiæ namque Asianæ ex traditione vetusta, quæ ad eas usque ad id tempus transmissa erat, quartum decimum diem lunæ observandum esse necessario duxerunt, quando et Judæi ex præscripto legis agnum mactare, et Pascha suum manducare soliti sunt : perinde atque

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Περὶ ἄλλων πλείστων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων· Ἰούδα, Ἡρακλείτου, Μαξίμου, Κανδίδου, Ἀπίωνος, Σέξτου, Ἀραβιανοῦ, καὶ ἑτέρων.

Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ὑπομνήματα ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν τῷ χρόνῳ τὸ πρεσβεῖον κληρωσαμένων διατεθρύλληται, σπουδὴν ἀναρίτου πολιτείας ἐμπειρικλείοντα· οἷον ὁσαπερ ἄλλοι καὶ ὁ συναχμάζων τηνικάδε Ἰούδας ὁ συγγραφεὺς καταλέλοιπεν· ὃς καὶ εἰς τὰς παρὰ τῷ Δανιὴλ ἑβδομάδας πολλὴν εἰσενεγκὼν τὴν σπουδὴν, ἔγγραφον ἀφῆκεν ἀρίστην ὑπομνησιν. Ἱστορίαν γὰρ ὡς ἂν ἐκτιθεὶς, εἰς τὸ δωδέκατον ἔτος Σευήρου τὴν γραφὴν ἴτησεν· ἐν ᾧ δῆλός ἐστιν οἰόμενος τὴν πολυθρύλλητον παρουσίαν τοῦ Ἀντιχρίστου ἐπὶ τοῖς τότε χρόνοις ἐγγίζειν. Ἀναρίθιζε δὲ τοῦτο καὶ τὰς τῶν πολλῶν διανοίας ἐκύμαινε τοιῦτα καροδοκεῖν ὁ τηνικάδε κινηθεὶς ὀφοδρότατος διωγμός. Ἔτι δὲ καὶ ὅσα καὶ Ἡράκλειτος θεῖος ἀνὴρ συνετίθει, ὃς καὶ εἰς τὸν Ἀπόστολον πρῶτος σπουδάζειν ἐπέβαλλε. Μάξιμος δὲ τῷ ἀδομένῳ ζητήματι τοῖς αἱρεσιώταις, Πόθεν ἡ κακία, καὶ Περὶ τοῦ γεννητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην, λύσεις ἀναντιῤῥήτους παρέσχε. Καὶ Κανδίδος δὲ πλεῖστὰ πονήσας, εἰς τὴν Ἑξαήμερον λόγους πρῶνος ἐκτίθησιν. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀπιων ἐπὶ τῇ αὐτῇ πραγματείᾳ μάλα ἐσπόδασεν. Ἀλλὰ καὶ Σέξτος τηνικαῦτα τὰ περὶ ἀναστάσεως συνεκρότει· καὶ Ἀραβιανὸς ἐν ἄλλαις τῶν ἱερῶν ὑποθέσεων πλείστην εἰσῆγε σπουδήν. Πολλῶν δὲ καὶ ἀλλων συγγραφέων πλεῖστα καὶ μέλιστα ἐξενηνεγμένων σπουδάσματα ἐξετίθετο, ὧν διὰ τὸ μὴ συμβάλλεσθαι τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ, οὔτε τοὺς χρόνους, οὔτε τὰς αὐτῶν ἱστορίας μερικῶς ἀναγράφομεν. Τοσοῦτοι μὲν οἱ πρὸ τοῦ Ὠριγένους ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς, ἱστορίαν τε ἐκ διαδοχῆς καταλέοντες ἱερὰν, καὶ ἄλλως τοῖς ἱρεσχελεῖν ἠρημένοις οἱά τινα θεϊκὰ βέλη κατὰ στόμα προσαπαντῶντες ἐφέροντο· οὕτω τοῦ πάντων προνοουμένου Θεοῦ, μετὰ τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων αὖθις. αἵμασι παρτύρων καὶ λόγῳ, βίου τε λαμπρότητι, τὰ καθ' ὡμᾶς διευθύνοντος καὶ στηρίζοντος ἐς ἀκράδαντον. Καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων οὕτως.

ΚΕΦΑΛ. ΑϚ'.

Περὶ τὴν τότε γενομένης διαφωνίας περὶ τοῦ Πάσχα· καὶ περὶ τῶν γενομένων συνόδων· καὶ ὡς ἅπαντες ὡμοφώνησαν.

Περὶ δὲ τὰ τέλη τῆς Κομόδου ἀρχῆς ζήτησις οὐ μικρὰ τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω καὶ ἑσπέραν ἱερεῦσιν ἐγένετο. Αἱ μὲν γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίας ἐκκλησίαι ὡς ἐκ παραδόσεως ἀρχαίας μέχρι δὴ καὶ εἰς αὐτοὺς ἐλθούσης τὴν ιδ' τῆς σελήνης δεῖν ἡγοῦντο παρατηρεῖν· ὁπηνίκα καὶ Ἰουδαίοις θύειν ἔδει τὸ πρόβατον, καὶ τὸ Πάσχα τὸ οἰκεῖον ἐσθίειν· ὡς ἐκ παντὸς ἀναγκαῖον ὄν, ὁποίᾳ δ' ἂν περιτύχοι τῆς ἑβδομάδος

τῶν ἡμερῶν, κατ' αὐτὴν γ' ἐκείνην καὶ τὰς ἐξ ἔθους ἐκλύεσθαι ἀσιτίας, καὶ συνόλως φάναι, σύναμα Ἰουδαίοις καὶ αὐτὰς τὸ τοῦ ἡμετέρου Πάσχα μυστήριον ἐκπληροῦν· αἱ δ' ἀνὰ πᾶσαν τὴν ἄλλην ἓω καὶ ἑσπέραν ἐκκλησίαι μὴ ἐξὸν εἶναι διισχυρίζοντο οὕτω πράσσειν· ἀποστολικαῖς δὲ παραδόσεσιν ἄνωθεν ἑπομένους, τὸ εἰς δεῦρο κρατῆσαν ἔθος παραφυλάττεσθαι· μηδὲ γὰρ ἂν ἑτέρᾳ προσήκειν τῶν ἡμερῶν τὸ Πάσχα ποιεῖν, τὴν νηστείαν ἀπωθουμένους, ἀλλ' ᾗ κατ' αὐτήν γε τὴν κυριώνυμον ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως. Ἐντεῦθεν τοίνυν ἀμφιβολίας πλείστης ὅσης ἐπικρατούσης ταῖς ἐκκλησίαις, ὡς καὶ εἰς ἀντίπαλον διακριθῆναι μοῖραν, ἑκάστων τὴν ἐξ ἀρχαίου παράδοσιν πειρωμένων κρατύνειν, σύνοδοι ἐπισκόπων κατὰ διαφόρους τόπους συνεκροτοῦντο. Πάντες δ' εἰς ταυτὸ τῆς γνώμης ἐλθόντες, ἐς ὕστερον καὶ ἔγγραφον δόγμα ταῖς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίαις διετυποῦντο, ὡς ἂν μὴ τοῦ λοιποῦ ἐν ἄλλῃ τῶν ἡμερῶν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ Κυριακῇ τὸ φρικτὸν τῆς ἀναστάσεως καὶ τοῦ Πάσχα τελοῖτο μυστήριον, ὡς τῆς νηστείας τηνικάδε διαλύεσθαι ὀφειλούσης. Καὶ γραφαὶ δὲ τῶν τηνικάδε κατὰ τόπους γεγενημένων συνόδων ἐμφέρονται· ὧν ἡ μὲν ἐπὶ Ῥώμης Βίκτωρα ἡγούμενον ἱστορεῖ· τῆς δ' ἐν Ἱεροσολύμοις Νάρκισσον· καὶ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας. Θεόφιλον· καὶ Κάσσιον τῆς Τυρίων παροικίας· καὶ τῶν ἐν Πτολεμαΐδι Κλάρον. Τῆς δὲ κατὰ Πόντον γεγενημένης Παλμᾶν τὸν ἀρχαιότατον προκαθῆσθαι λέγει. Τῶν δὲ κατὰ Γαλλίαν τε καὶ ἔτι Ὀσροηνὴν τὸν Εἰρηναῖον ἱστορεῖ προτάττεσθαι· ἰδία δὲ Βάκχυλον, ὃν Κορινθίων ἐπίσκοπον ἱστορήσαμεν· καὶ πλείστων ἄλλων οἱ μιᾷ ψήφῳ κατὰ τὴν κυριώνυμον τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν ἐγγράφως ὡρίσαντο. Οἵ γε μὴν κατὰ Παλαιστίνην Νάρκισσός τε καὶ Κάσσιος ὁ Τύρου, καὶ ὁ Πτολεμαΐδος Κλάρος, καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι ἐς ταυτὸ συνῆλθον, μυρία ἅττα πρότερον διελθόντες περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως τοῦ Πάσχα, καὶ εἰς αὐτοὺς ἐλθούσης, κατὰ τὸ τέλος τῆς συνοδικῆς γραφῆς καὶ ταῦτα δὴ προστιθέασι· « Τῆς δὲ ἐπιστολῆς ἡμῶν πειράθητε κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀντίγραφα διαπέμψασθαι, ὅπως μὴ ἐνοχοι ὦμεν τοῖς ῥᾳδίως πλανῶσιν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς. Δηλοῦμεν δὲ ὑμῖν, ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγουσιν ἥπερ καὶ ἡμεῖς. Παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα κομίζεται αὐτοῖς, καὶ ἡμῖν παρ' αὐτῶν, ὥστε συμφώνως καὶ ὁμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἁγίαν ἡμέραν ».

necessitas prorsus quædam imposita eis esset, in quemcunque diem hebdomadis incidisset, eo ipso die stata consuetaque solverentur jejunia, et (ut semel dicam) una cum Judæis, apud ipsas quoque sacrum nostri Paschatis mysterium celebraretur. Reliquæ vero per Orientem, et item per Occidentem ecclesiæ non licere id ita facere asseverabant : sed potius obtinente tum, quam antiquitus ex apostolorum traditionibus continuatam accepissent, consuetudine standum esse. Non enim decere alio quam resurrectionis Dominico die, jejunio rejecto (1), Pascha celebrare. Hoc vero modo controversia et dissodio multo maximo in ecclesiis usque adeo exorto, ut inter se sibi, adversariorum partes, utrinque antiquitus traditam consuetudinem obti- B nere debere contendentibus, sumerent, conventus episcoporum variis in locis sunt acti. Ubi cum in eamdem concessissent sententiam, postea omnibus ubique ecclesiis decretum sive edictum scriptum promulgaru ut et proposuerunt, ut de cætero non alio quam Dominico die tremendum resurrectionis et Paschatis mysterium, jejunio tum solvendo, celebraretur. **337** Circumferuntur etiam numcelebratarum eo tempore synodorum litteræ, quæ variarum hinc et inde ecclesiarum episcopos designant : Romanæ scilicet Victorem, Hierolymitanæ Narcissum, Cæsareæ Palæstinæ Theophilum, Tyriorum Cassium, Ptolemaidis Clarum. Eædem litteræ Ponti ecclesiis tum præfuisse indicant antiquissimum Palmam : Galliæ autem atque etiam Osroenæ ecclesiarum Irenæum : Corinthi autem C Bacchylum : et provinciarum aliarum alios, qui uno suffragio et sententia omnes Dominico die Pascha celebrandum sanxerunt. Narcissus sane, et Cassius, Palæstini, et Clarus a Ptolemaide, et qui præterea in eamdem convenere synodum, cum primum quamplurima de traditione, quam initio ab apostolis sumptam usque ad tempora sua conservarant, exposuissent, circa finem synodalis decreti hæc quoque addidere : « Epistolæ hujus nostræ facite ut ad ecclesias omnes exempla mittantur : ne scilicet rei atque participes simus eorum, qui facile animas suas decipiunt atque seducunt. Certiores autem vos facimus, eodem prorsus die Alexandriæ, quo apud vos, Pascha celebrari : D litteras namque ea de re ad illos dedimus, atque illi itidem ad nos scripsere, ita ut uno consensu simul sanctum hunc peragamus diem. »

ΚΕΦΑΛ. ΑΖ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀσίᾳ διαφωνίας τοῦ Πάσχα· καὶ ὅσα ὁ Ἐφέσου Πολυκράτης Βίκτωρι τῷ προέδρῳ τῆς Ῥώμης ἔγραψεν.

Πᾶσι μὲν οὖν εἷς ὅρος ὁ ῥηθεὶς ἐξενήνεκται· οἱ δ' ἐν Ἀσίᾳ καὶ ἔτι διισχυρίζοντο, καὶ χρῆναι μέχρι τέλους ταῖς ἀποστολικαῖς ἀντέχειν παραδόσεσι δεῖν ὤοντο. Τῆς δ' ὑπ' ἐκείνοις δοξῆς προασπίζων μάλιστα Πολυκράτης ἦν, ὁ τῆς Ἐφεσίων πόλεως

CAPUT XXXVII.

De dissensione Asianorum propter Pascha : et quæ ea de re Polycrates Ephesius episcopus Victori Romano episcopo scripserit.

Ad omnes igitur unum hoc præscriptum et regula est divulgata. Asiani autem sententiam adhuc suam retinebant, et se ad finem usque traditiones apostolicas defendere oportere opinabantur. Sententiæ eorum primarius potissimum propugnator

(1) Tum enim jejunare Christiani desinunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erat Polycrates, ecclesiæ Ephesiorum antistes. Hic, magnus et apostolicus vir habitus, traditionem et auctoritatem apostolicam ad tempora sua durantem Victori episcopo et ecclesiæ urbis Romanæ declarans, ad hunc modum scripsit : « Nos profecto diem hunc intemeratum atque inviolatum, neque addentes, neque auferentes quidquam, peragimus. In Asia namque ingentia primordia dormiunt ac conquiescunt, quæ quidem resurgent in adventus **338** Domini nostri die : quo die cum gloria e cœlis veniet, et exsuscitabit omnes sanctos : Philippus videlicet ex duodecim apostolis unus, qui Hierapoli obdormivit : duæque filiæ ejus, ad decrepitam usque ætatem virgines : et alia præterea filia ejus, in Spiritu sancto cursu vitæ absoluto, Ephesi quiescit. Itidem et Joannes, qui supra pectus Domini recubuit, quique sacerdos creatus pontificium insigne, petalum scilicet, sive laminam, martyr simul et doctor gestavit, Ephesi obiit. Præterea Polycarpus Smyrnensis episcopus et martyr ; item Thraseas Eumeniæ episcopus, idemque martyr, qui Smyrnæ mortuus est. Quid Sangarim episcopum e martyrem dicam, qui Laodiceæ mortuus est ? Præterea beatus Papyrius, et Melito eunuchus, qui per Spiritum sanctum vita peracta Sardibus humatus est, visitationem e cœlis exspectans, in qua a mortuis resurget. Isti omnes retinuerunt et servarunt decimum quartum diem Paschatis, juxta Evangelium, nihil transgredientes, sed præscripto canoni fidei insistentes. Ego quidem vestrum atque adeo omnium minimus Polycrates, juxta cognatorum meorum, ex quibus quosdam sum consectatus (septem namque cognati mei episcopi fuere, ego octavus sum) traditionem ambulo. Et cognati mei semper diem hunc, (1) quando Judæorum populus azyma condiit, celebrarunt. Ego, inquam, fratres, sexaginta et quinque annos natus in Domino, qui cum totius orbis fratribus hac de re contuli, et Scripturam sanctam omnem perlegi, nihil moveor aut perturbor minacibus denuntiationibus et terroribus. Nam qui me longe majores fuere, plus obediendum esse Deo quam hominibus edixere. » In fine porro episcoporum omnium qui sententiæ suæ consentientes affuerunt, meminit, sic scribens : « Possem quidem episcoporum, qui mihi adsunt, edere nomina, quos ita ut voluistis, accersens evocavi : sed eorum nomina si adscriberem, multitudo eorum in immensum excresceret. Illi autem, tenuitatis meæ probe conscii, epistolam sententia sua comprobarunt : non ignorantes me non frustra canos circumferre : tum autem vitam me semper in Jesu Christo egisse sciunt.

τοὺς οἴακας ἐγκεχειρισμένος. Ὃς δὴ τα, πολύς τις καὶ ἀποστολικὸς εἶναι δοκῶν, τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν καὶ αὐθεντίαν ἄχρι δὴ καὶ ἐς αὐτὸν ἐλθοῦσαν Βίκτωρι καὶ τῇ κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίᾳ παραδηλῶν, ἔγραφε τοιάδε · « Ἡμεῖς οὖν ἀῤῥαδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν, μήτε προστιθέντες, μήτε ἀφαιρούμενοι. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους · Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἕνα, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει · καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι · καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη, ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται. Ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών · ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς, τὸ πέταλον πεφορεκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος. Ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς · καὶ Θρασέας, καὶ ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς ὁ ἀπὸ Εὐμενείας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται ; ἔτι δὲ καὶ Παπύριον τὸν μακάριον, καὶ Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον, ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται ; Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες, Ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος ὑμῶν καὶ πάντων Πολυκράτης, κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησα τισὶν αὐτῶν (ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος, καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅτε τῶν Ἰουδαίων ὁ λαὸς ἤρτυε τὴν ζύμην) · ἐγὼ γοῦν, ἀδελφοὶ, ξε' ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ, καὶ συμβεβληκὼς τοὶς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς, καὶ πᾶσαν ἁγίαν Γραφὴν διεληλυθὼς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις · οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. » Ἐπὶ δὲ τῷ τέλει καὶ πάντων μέμνηται τῶν συμπαρόντων καὶ ὁμοδοξούντων αὐτῷ ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων · « Ἠδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς, ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ · καὶ μετεκαλεσάμην · ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πλήθη εἰσίν. Οἱ δὲ εἰδότες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον συνηυδόκησαν τῇ ἐπιστολῇ, εἰδότες ὅτι εἰκῇ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλ' ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι.

(1) Euseb. lib. v, cap. 24. Ὅταν ὁ λαὸς ἤρτυε τὴν ζύμην. Niceph. addit, Ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων. Legendum tamen ἄζυμα, pro τὴν ζύμην puto. Et apud utrumque auctorem notarios τὴν ζύμην pro ἄζυμα scripsisse credo, ad Græcorum sententiam astruendam, qui in Eucharistia pane fermentato utuntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Ὡς Βίκτωρ κινηθεὶς, τὰς ἐν Ἀσίᾳ πόλεις, διὰ τὸ Πάσχα, ἀποδιαιρεῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἑνώσεως ἐπειρᾶτο.

Βίκτωρ μὲν οὖν τῶν τοιῶνδε γραμμάτων εἰς χεῖρας ἐλθόντων ἐξ αὐτῆς τὰς τῆς Ἀσίας Ἐκκλησίας, καὶ τοὺς ὁμόρους αὐταῖς παροικίας ὡς ἑτεροδόξου προϊσταμένας δόγματος, ἀποδιαιρεῖν ἐπειρᾶτο, καὶ τῆς καθολικῆς ἑνώσεως εἴργειν. Ἔνθεν τοι καὶ γράμματα ἐσχεδίαζε, στηλιτεύων ἐκείνους καὶ ἀκοινωνησίᾳ περιβάλλων τοὺς ἐκεῖσε πάντας ἀθρόον. Καὶ ὁ μὲν οὕτως εἶχεν ὁρμῆς· οὐ μήν γε καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπισκόποις ταὐτ' ἤρεσκεν· ἀλλά γε φίλα τε καὶ εἰρηνικὰ φρονεῖν εἰσηγοῦντο τοῖς ταυτὸ τῆς πίστεως δόγμα κερύττουσι· καὶ μὴ οὕτως ἀπραγματεύτως τὴν τῶν πλησίον παραιτεῖσθαι ὠφέλειαν· ἠρέμα δέ καὶ λόγῳ καὶ χρόνῳ τοῦτ' ἐξανύτειν. Καὶ πληκτικώτερον δέ προσεφέροντο τῆς πρωτέρας ἐχομένῳ δόξης· μεθ' ὧν καὶ Εἰρηναῖος ἦν· ὡς ἀπὸ τῶν ὧν ἐξῆρχεν ἐν Γαλλίαις παροικιῶν Βίκτωρι γράφων φαίνεται. Παρίσταται μὲν δὴ καὶ οὗτος, ὡς δεῖν εἶναι κατὰ τὴν κυριώνυμον τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν· ἥκιστα δ' ἐνδίδωσι Βίκτωρι τόσον πλῆθος ἐκκλησιῶν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἑνώσεως διαιρεῖν, καὶ ταῦτ' ἀρχαίου καὶ ἀποστολικοῦ ἔθους παραφυλαττούσας παράδοσιν. Πολλὰ οὖν ὡς εἰκὸς ὁ Εἰρηναῖος περὶ εἰρήνης Βίκτωρι παραινῶν, ἐπιλέγει καὶ ταῦτα· καλὸν γὰρ καὶ αὐτὰς ἐκείνου παραθεῖναι τὰς συλλαβάς, περὶ ἀναγκαίων οὔσας τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὥσπερ δὴ κἀν τοῖς Πολυκράτους ἐποίησα.

A

339 CAPUT XXXVIII.

Ut Victor permotus fuerit, civitates Asiaticas, propter festum Paschæ, ab unitate ecclesiastica segregare.

Victor vero litteris ejuscemodi acceptis, extemplo Asiæ, eique finitimas ecclesias, veluti alienum atque diversum dogma propugnantes, rejicere, et ab unitate catholica arcere, in animo habebat. Quam ob causam et subito litteras conscripsit, quibus illos publice notabat, omnesque simul a communione prohibebat. Atque ille quidem ejuscemodi sumpserat consilium. Verum id aliis, qui cum eo erant, episcopis minus placuit. Itaque illum sunt adhortati, ut benignius per consilia pacata de eis qui fidei prædicarent dogma, statueret: neque tam facile, re intentata, proximorum abjiceret et post-

B haberet utilitatem: sensim id et doctrina et tempore aliquando corrigi ac perfici posse. Et acrius severiusque cum illo, qui priori sententiæ adhæreret, egerunt: inter quos et Irenæus erat, ut quidam ex eo scripto, quod Gallicarum ecclesiarum, quas regebat, nomine ad Victorem dedit, apparet. Astruit quippe et ipse, debere quidem omnino Dominico die Pascha peragi: nequaquam tamen Victori permittit, ut tantam ecclesiarum multitudinem ab ecclesiastica unitate segreget, idque, cum vetustæ et apostolicæ consuetudinis observent traditionem. Multa sane præclare, et ut par fuit, Irenæus de pace et unitate ad Victorem scribens, hæc quoque refert. Operæ pretium enim est, sicuti modo de Polycrate fecimus, verba ejus perutilia et necessaria ecclesiæ futura adducere.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Ὡς ὁ εἰρηνικώτατος Εἰρηναῖος τὸ ἀστασιαστον ταῖς ἐκκλησίαις παρέσχε, τὰ τῶν διαδοχων τῶν ἀποστόλων διηγησάμενος.

Γράφει οὖν· « Οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ μ' ὥρας ἡμερινὰς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, τῶν περὶ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατούντων τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιημότων. Καὶ οὐδὲν ἧττον πάντες οὗτοι εἰρηνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι. » Ταῦτα λέγων, καὶ ἱστορίαν ἐπισυνάπτει, ἣν δὴ καὶ ταύτην προσθεῖναι δίκαιον· φησὶ γάρ· « Ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος πρεσβύτεροι, οἱ προστάντες τῆς Ἐκκλησίας, ἧς οὐ νῦν ἀφηγῇ, Ἀνίκητον λέγομεν καὶ Πίον, Ὑγίνου τε καὶ Τελεσφόρου, καὶ Ξύστου· οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπέτρεπον· καὶ οὐδὲν ἧττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, ἐν αἷς ἐτηρεῖτο ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς· καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν τοῖς μὴ τηροῦσι·

C

CAPUT XXXIX.

Ut pacis studiosissimus Irenæus ecclesiis tranquillitatem et concordiam restituerit, exempla successorum sanctorum apostolorum commemorans.

Irenæus ita scribit: « Non modo enim de die, verum etiam de jejunii specie controversia et quæstio est. Quidam namque existimant, unum ipsos oportere diem jejunare, quidam duos, alii etiam plures, nonnulli autem quadraginta, et horis diurnis et nocturnis numeratis diem suum metiuntur. Atqui varietas hæc observationum non ætate nostra exorta est, sed longe antea apud majores nostros exstitit: qui ita ut decuit accurate conservatam **340** per simplicem sinceritatem consuedinem, ad posteros transmisere. Nihilominus

D tamen isti omnes pacem tenuere, atque etiamnum pacem inter nos retinemus, et jejunii dissensio fidei consensum commendat. » His verbis historiam adnectit, dignum profecto quæ hic quoque inseratur. « Enimvero qui Soterem præcesserunt presbyteri, et ecclesiam quam tu nunc gubernas administrarunt, Anicetum dico, Pium, Hyginum, Telesphorum, et Xystum: neque ipsi ita Pascha et jejunium observarunt, neque eos qui cum illis fuere, observare permiserunt. Sed nihilominus ipsi non observantes, pacem tenuerunt adversus eos qui ad se ex ecclesiis, quæ ita observant

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

venerunt. Atque equidem maximopere inter se ista, observare scilicet, et non observare, dissidebant. Nunquam tamen eam ob rem aliqui sunt rejecti. Quia ipsi non observantes, qui ante te fuerunt presbyteri, advenientibus ex ecclesiis observantibus Eucharistiam (1) miserunt. Ac cum beatus Polycarpus peregre Romam sub Aniceto venisset,et aliquantulum illi inter se de rebus nou magnis dissiderent, eis statim compositis, deinceps nihil quidquam contreversiæ inter se de hoc capite moverunt. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere potuit, ut non ita observaret, quippe qui id post Joannem Domini nostri discipulum, et reliquos apostolos cum quibus vixerat, semper observasset : neque Polycarpus Anicetum, ut observaret, inducit, consuetudinem eorum qui nos præcesserunt presbyterorum retinendam esse allegantem. Quæ cum ita se haberent, communionem inter se celebrarunt. Et in ipsa ecclesia Anicetus Eucharistiæ ministerium Polycapo honoris ergo permisit. Atque ita in pace per discessum sunt sejuncti : pacem quoque ecclesiis,sive observarent sive non observarent, retinentibus. » Quapropter egregius, ut aptissimo nomini suo responderet, pacificator Irenæus fuit (2), qui sic intercissione sua pacem Ecclesiæ conciliarit, et non modo cum Victore,sed etiam cum aliis permultis Ecclesiarum antistitibus, congruentia convenientiaque eis quæ diximus, de proposita quæstione afferendo, egerit. Quod vero sermo non persuasit, id dies postea perfecit. Nam hac in re Asia vix tandem cessit : et ubique terrarum in orbe decretum est,ut non cum Judæis, **341** sed ipso Dominico die mysterium Paschæ peragatur. Quamvis adhuc in Asia reliquiæ quædam maneant, consuetudinem eam in paucis prorsus inviolatam retinentes. Unde etiam Quatuordecimani cognominati sunt, consuetudinem eam, et alia quædam ex illegitimis et ab Ecclesia rejectis libris decerpta servantes, et nominibus quorumdam magnorum apostolorum ea in re abutentes. Porro de Paschate quæstio ita est decisa, cum qua et nos finem quarto huic libro afferimus : ex quo Commodus quidem post tredecimum imperii annum vitam finiit, Severus vero post Pertinacem nondum prorsus menses sex in administratione ejus transegit. Continet vero hic liber annorum non integrorum, viginti quatuor tempus, initiumque habuit ab Antonino Veri fratre (3), finem autem cum ipso Commodi et Pertinacis imperio :

A καὶ οὐδέ ποτε διὰ τὸ εἶδός τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες · ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον Εὐχαριστίαν. Καὶ τοῦ μακαρίου δὲ Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους, εἰρήνευσαν εὐθὺς περὶ τουτου τοῦ κεφαλαίου, μὴ φιλεριστήσαντες πρὸς ἑαυτούς. Οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν ἀεὶ τετηρηκότα, οὔτε ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς. Καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρε-
B χώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν Εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι. Καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων, τῶν τηρούντων καὶ μὴ τηρούντων. » Φερωνύμως τοίνυν ὁ Εἰρηναῖος εἰρηνοποιός τις ὤν, τὴν εἰρήνην ταῖς ἐκκλησίαις ἐπρέσβευεν · οὐ τῷ Βικτωρι μόνον, ἀλλὰ καὶ διαφόροις ἄλλοις ἐκκλησιῶν ἡγεμόσι καταλλήλως τοῖς εἰρημένοις περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος διωμιλεῖτο. Καὶ ὁ λόγος οὐκ ἔπεισε, τοῦτο χρόνος ἐς ὕστερον ἔδρασε · καὶ εἰξέ γε ἡ Ἀσία μόγις · καὶ ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης μὴ μετὰ τῶν Ἰουδαίων, ἀλλ' ἐν τῇ κυριωνύμῳ τὸ τοῦ Πάσχα μυστήριον τελεῖσθαι διέγνωστο · κἂν ἔτι ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὰ λείψανα διαμένοι, ἀπαράτρωτον τὸ ἔθος διαμεμενηκὸς ἐν ὀλίγοις
C πάντη, οἱ καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατῖται προσωνυμίαν ἔσχον · ταύτην τηροῦντες καὶ ἄλλα τῶν νόθων καὶ ἀποβλήτων τῇ Ἐκκλησίᾳ βίβλων, ὀνόμασί δ' οὖν τινῶν τῶν μεγάλων ἀποστόλων προσχρώμενοι. Τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τοῦ Πάσχα ζητήματος τοιοῦτον εἴληφε πέρας, ἐν ᾧ καὶ ἡμεῖς τέλος τῇ τετάρτῃ ἐπάγομεν τῶν Ἱστοριῶν, Κομόδου μὲν ἐπὶ δέκα καὶ τρισὶν ἔτεσι τὸ βιοῦν καταλύσαντος, Σευήρου δὲ μετὰ Περτίνακα οὐδ' ὅλοις ἓξ μησὶ διαγενόμενον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καταστάντος. Περιέχει δὲ καὶ ἡ τετάρτη μοι αὕτη βίβλος τῶν συγγραφῶν χρόνον ἐτῶν δ' καὶ εἰκοστὸν, ὀλίγου δέοντα, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ἀντωνίνου υἱοῦ Μάρκου, καταλήξασα δὲ ἐφ ὅλῃ τῇ ἀρχῇ Κομόδου τε καὶ Περτίνακος · ἐκτενίκα κόσμου μὲν ἔτος ε ψ α' · ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Κυρίου θείας γεννήσεως ἑκατοστὸν ἕκτον καὶ ἐνενηκοστὸν
D ἐπιραίνετο.

(1) Eucharistiæ communis participatio, communionis, charitatis et unitatis Ecclesiæ certissimum symbolum.

(2) *Concedere Roma*
Debuit, aiebat, potius quam rumpere pacem ; Humani quæ juris erant, modo salva maneret Lex divina, fides Christi, doctrina, Senatus Quam primus tulit ore suo, quia tradita abipso Christo erat humanæ doctore et lumine vitæ. Nec curandus erat morem consensus in unum Usque adeo. dixit, etc.

Baptista Mantuan. lib. I, *Fastor.* de S. Hilario. Et hæc certissima est de Adiaphoris omnibus regula.

(3) Hoc est, ab eo tempore, quo defuncto L. Vero, M. Antoninus Philosophus solus imperare cœpit. Isti autem divi fratres æqua simul potestate imperium administrarunt annis 11. L. Vero mortuo, M. Antoninus solus 4, cum filio Commodo 5. Ita ut imperii M. Antonini tempus 19 prope annos complectatur. Nicephorus autem in ea fuit sententia, ut crediderit, L. Verum tantum 6 annis cum Marco imperasse, et postea Marcum annis 10, et aliquot insuper mensibus. Sed nos aliorum scriptorum auctoritatem versione nostra secuti sumus Sed enim post cædem Commodi, Pertinax imperii

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cum a mundo condito quinquies millesimus septingentesimus et primus (1), a divina autem nativitate centesimus nonagesimus sextus (2) expletus esset annus.

mense 2, die 25, Didius autem Julianus mense 2, die 5, sunt interempti. Et L. Septimius Severus adversus Pescrenniu Nigrum, ab exercitum Syriaco Antiochiæ imperatorem creatum, copias suas duxit.

Hoc sic propterea adnotatum est, ut Nicephoro numerus et ratio annorum constet.

(1) Secundum neotericos chronologos, 4173.

(2) Quintus potius.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ Ε'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS V

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Διήγησις ἐν ἐπιτόμῳ τῶν ἄνωθεν εἰρημένων, καὶ μελλόντων τῷ τόμῳ ῥηθήσεσθαι.

Φέρε δὴ τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ λείποντα παραθέναι σπουδάσωμεν, ὡς ἂν γε καθ' εἰρμὸν ἡμῖν ὁ λόγος προΐῃ, ἄρτιον τὸ σῶμα τῆς ἱερᾶς ἐξυφαίνουσιν ἱστορίας. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα τῆς συγγραφῆς, προσήκοντά γε εἶναι δρᾶστις, τῇ κεφαλῇ πάντων Χριστῷ ἀνεθέμεθα. Τά γε μὴν δεύτερα, τοῖς ἐκείνῳ φοιτήσασι, τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν καθηγεμόσιν ὁμοια ποιοῦντες, ἀφωσιώσαμεν. Τὸν δὲ τρίτον τόμον οἱ τὰ τῆς πρώτης ἐκείνων διαδοχῆς ἐκληρώσαντο. Ἓν γε μὴν τῷ τετάρτῳ, ὅσοι δὴ μαρτυρικοῖς ἀγῶσι καὶ λόγοις τὰ τῆς πλάνης ὀχυρώματα καὶ τὴν ψευδώνυμον γνῶσιν κατέσεισαν, διεξήλομεν· ὅσοι τε ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς· καὶ τίνα δὴ καταλελοιπότες συγγράμματα ἀπηλλάγησαν· ἔτι δὲ καὶ ὅσα ἐκτυνεῖδη τῷ τοῦ Πάσχα ζητήματι. Ὁ δὲ πέμπτος οὗτος, τὰ κατὰ τὸν πολυμαθέστατον Ὠριγένην, τὸν καὶ Ἀδαμάντιον, εἰς λεπτὸν διελθεῖν ὑπισχνεῖται· καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν καὶ αὐτῷ πονηθεῖσιν ὑπὲρ εὐσεβείας· οἵός τε γέγονε καὶ ὅπως· ὅσην τε εἰσενεγκὼν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν, πολλοὺς εἰς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα ἠρέθισε· καὶ πολλοὺς ἐραστὰς τε καὶ σπουδαστὰς τῆς αὐτοῦ φιλοσοφίας διττῆς, ἔσχε· καὶ οἷς ἐπεχείρησε τόλμᾳ παρθενίαν ἀσκεῖν βουλόμενος· καὶ ὡς τέλος τῆς εὐθείας ἀποσφαλείς, ἀπατηλῷ δαίμονι πειθαρχήσας, τοῦ ὑγιοῦς ἐξετράπη.

A

344 CAPUT I.

Succincta eorum quæ ante dicta sunt repetitio, et dicendorum isto tomo expositio.

Agedum quæ reliqua sunt, his adjungere pergamus, ut serie sua oratio nostra progrediatur, integrumque sacræ historiæ corpus contexatur. Ac primum quidem librum voluminis hujus recte sane, et ut par fuit, capiti omnium Christo dedicavimus. Secundum sectatoribus ejus, sacris auctoribus, ducibusque nostris, itidem merito consecravimus. Tertium primi eorum successores sortiti sunt. In quarto autem eos commemoravimus, qui vel certaminibus egregiis martyres, vel eruditis scriptis doctores, erroris munitiones atque falso nominatam scientiam expugnarunt; qui etiam ecclesiastici fuerint scriptores, quibusve illi post se relictis commentariis decesserint: tum autem, quænam de quæstione Paschatis acta atque decreta sint. Quintus porro liber iste, res eruditissimi Origenis, qui et Adamantius dictus est, plenissime expediet: quos ille pro vera pietate adierit labores; unde, et qui fuerit: et ut quam plurimum studii ad res divinas conferens, permultos ad certamen pro Christo obeundum excitaverit: quam item multos amatores atque sectatores **345** studiosos duplicis philosophiæ suæ habuerit: quæ in seipso ausus sit, cœlibatum atque virginitatem conservare voleus: ut denique ad postremum seductori dæmoni obsecutus, et a recta via aberrarit,

B

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et a sana doctrina exciderit. Complectetur præterea alia quoque : gravem videlicet illam sub Decio persecutionem, ecclesiarumque sacrarum antistites, et quæ in eis acciderint res inopinatæ et admirandæ. Initium autem inde sumendum.

φρονήματος. Διαλήψεταί γε μὴν καὶ ἄλλα ἡ ἱστορία· τά τε περὶ τοῦ κατὰ Δέκιον πικροῦ διωγμοῦ, τούς τε τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόνας, καὶ τὰ ἐπ' ἐκείνοις παράδοξα. Ἀρκτέον δὲ ὁύτω.

CAPUT II.

De persecutione sub Severo, in qua Leonides pater Origenis, propter Christum mortem subiit.

Commodo imperium administrante, res Christianæ pacatæ tranquillæque fuere (1). Postquam autem ille ex insidiis cæsus est, et Pertinax brevi admodum tempore imperavit, atque huic (sicuti diximus) Severus successit, tum quoque satis bono loco res nostræ fuere, indiesque fidei professio augmenta sua cepit, eorum quos recensuimus ecclesiasticorum doctorum scriptis atque doctrinis illam provehentibus, idque in maximis quibusque potissimum urbibus, nimirum Alexandriæ, et in ea urbe quæ ab Antiocho est condita, Æliæ, et per Palæstinam omnem, Ephesi, Cæsareæ, et occidentem versus Thessalonicæ, Athenis, Corinthi : in Galliis, et Romæ maxime. Integri enim populi et domus totæ ad fidem accedebant, quidvis facere et pati paratæ, quam ut quidquam contra religionem nostram agerent, aut novarent. Quod ubi Severo minime tolerandum est visum, insignem statim contra Ecclesiam omnem movit persecutionem. Et subito per omnem terrarum orbem eximia instituta sunt martyria, maxime vero in Ægypto et Lubya atque Thebaide. Alexandriæ porro veluti stadium veræ pietatis constitutum, ubi fortissimi quique et optimi delecti martyres, variis atque exquisitis tormentorum generibus mirificisque impressionibus exceptis, a Deo, cui chari fuere, præmia et coronas acceperunt. Quo tempore et Leonidem, Origenis patrem, obito pro Christi nomine martyrio, e vita excessisse tradunt, gladio videlicet cæsum, cum filium admodum adhuc puerum relinqueret. **346** Quantus autem Origenes fuerit, et quo studio animique destinatione in sacras Litteras incubuerit, citra invidiam exponi posse puto : non solum quod celebris is vir apud nos sit, verum etiam quod ingentem, vita sua, quamvis ad finem non integram prorsus, famam et gloriam post se reliquerit. Verum enimvero singulari otio opus esset, ad vitam ejus omnem litteris memoriæ mandandam. Sed nos e multis quæ de eo sunt tradita, plurima resecantes, aliqua tantum Historiæ huic inseremus, ut res tanti viri studiosis incognitæ non sint : quæ sane judicio multorum dignæ visæ sunt, ut vel ab ipsis incunabulis repetitæ, memoriæ traderentur.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τοῦ κατὰ Σεουῆρον διωγμοῦ, ἐφ' ᾧ Λεωνίδης ὁ πατὴρ Ὠριγένους τὸ διὰ Χριστὸν τέλος ἔσχε.

Εἰρήνης μὲν ἦσαν μεστὰ τὰ ἡμέτερα, Κομόδου τὴν ἀρχὴν διιθύνοντος· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνον ἐξ ἐπιβουλῆς σφαγέντα Περτίναξ χρόνον ἐπίβραχυν, καὶ τοῦτον Σεβῆρος, ὡς εἴρηται, διεδέχετο, ἦσαν μὲν δὴ κἀν τούτῳ ἠρέμα πως ἔχοντα τὰ ἡμέτερα, καὶ τὰ τῆς πίστεως ἤκμαζε καθημέραν, λόγοι τε καὶ διδασκαλίαις τοῖς προειρημένοις τῶν ἐκκλησιῶν διδασκάλοις ἐπιδιδόντα, καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν πόλεων. Αὗται δ' ἦσαν Ἀλεξάνδρειά τε καὶ ἡ τὸν Ἀντίοχον ἔσχε δομήτορα, τά τε περὶ τὴν Αἰλίαν πᾶσαν καὶ Παλαιστίνην, Ἔφεσόν τε καὶ Καισάρειαν, καὶ τὰ περὶ τὴν ἑσπέραν, Θεσσαλονίκη καὶ Ἀθῆναι καὶ Κόρινθος αὗται· καὶ τὰ περὶ Γαλλίας, καὶ τὸ πλέον ἐπὶ Ῥώμην αὐτήν· ὡς καὶ αὐτανδρία πλήθη καὶ οἴκους ὅλους προσίεναι τῇ πιστῇ, καὶ πάντα δρᾶν ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν ἤ τι νεωτερίσαι κατὰ τῆς πίστεως. Ἐπεὶ δὲ Σεουήρῳ ἤκιστα φορητὸν ἐδόκει, λαμπρὸν αὐτίκα τὸν διωγμὸν κατὰ πάσης Ἐκκλησίας ἀνεγείρειν ὥιτο δεῖν. Καὶ γενναῖα μὲν ἅπαντα χοῦ τῆς γῆς ἐσχεδιάζετο τα μαρτύρια· μάλιστα δ' ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Θηβαΐδι, καὶ κατ' αὐτήν γε τὴν Ἀλεξάνδρειαν συνίστατο ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τὸ στάδιον, ἀριστίνδην ὥσπερ ἐξειλεγμένων ταῖς ποικίλαις καὶ φιλοτίμοις τῶν βασάνων ἰδέαις καὶ ταῖς ὑπερφυέσιν ἐνστάσεσι, πρὸς Θεοῦ τὰ γέρα τῶν θεοφιλῶν μαρτύρων ἀναδουμένων· ὅτε δή φασι καὶ Λεωνίδην τὸν Ὠριγένους πατέρα τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ τελειῶσαι τὸν βίον, ξίφει τὴν ζωὴν καταλύσαντα, νέον κομιδῇ τὸν παῖδα λιπόντα. Ὁποῖος μὲν οὖν οὗτος ἐγένετο, οἵα τε σπουδῇ καὶ προαιρίσει περὶ τὸν ἱερὸν λόγον ἐχρήσατο, οὐ φθόνος ἂν γένοιτο διελθεῖν· οὐ μόνον ὅτι τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ περιβόητος ἀνήρ, ἀλλὰ καὶ τῷ πολλὴν δόξαν τὴν περὶ αὐτοῦ ἐπαφεῖναι τῷ βίῳ, κἂν οὐχ ὑγιᾶ τέως. Καί γε σχολῆς ἰδίας ἡ κατὰ τὸν βίον αὐτοῦ σύνταξις δέοιτ' ἄν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐκ πολλῶν τῶν περὶ αὐτοῦ εἰρημένων ἐπιτεμόντες τὰ πλεῖστα παραδῶμεν τῇ Ἱστορίᾳ· ἵνα τοῖς φιλομαθέσι μηδὲ τὰ τούτου ἄγνωστα εἴη. Τὰ γὰρ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων ἄξια μνήμης λελόγισται.

CAPUT III.

De Origenis a puero studiis atque exercitiis, et ut etiamnum adolescens sermonem veritatis professus fuerit, et ut sese ad certamen pro Christo subeundum præparaverit.

Statim namque ab initio, tenera exacta ætate a patre divinis imbutus est Litteris. Cui illa prima

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τῆς ἐκ παιδὸς ἀσκήσεως Ὠριγένους· ὡς ἔτι νέος ὤν, τὸν ἀληθῆ λόγον ἐπρέσβευε· καὶ ὡς εἰς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα παρεσκευάζετο.

Εὐθὺς μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὴν ἀπαλὴν ἀποθέμενος ἡλικίαν, παρὰ τοῦ πατρὸς ταῖς θείαις ἐνησκεῖτο

(1) Propter Divorum scilicet fratrum rescriptum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Γραφαῖς, τοῦ πατρὸς αὐτῷ πρὸς τῇ τῶν ἐγκυκλίων παιδείᾳ οὐ παρέργως δὴ καὶ τὴν ἐκείνων πόιουμένου φροντίδα· ὥστε δὴ καὶ πρὸ τῆς ἐκείνων μελέτης ταύταις ἐνασχολεῖσθαι, ἑκάστης ἡμέρας, μοιρικὰς ἐκεῖθεν ἐκμαθήσεις καὶ ἀπαγγελίας εἰσπραττόμενον. Οὐ μὴν γε καὶ ἀπὸ προαιρέσεως τῷ παιδὶ ταῦτα ἦσαν. Ὑπερφυεῖ δέ τινι προθυμίᾳ περὶ ταῦτα μᾶλλον ἢ περὶ τὸν Ἕλληνα λόγον ἐπόνει, ὡς μηδὲ τὸ ἁπλοῦν αὐτῷ τῶν ἱερῶν λόγων καὶ πρόχειρον εἰς μάθησιν ἐξαρκεῖν, ἀλλὰ καὶ πολυπραγμονεῖν αἱρεῖσθαι, καὶ τὸ ἐγκείμενον αὐταῖς βάθος ἀνιχνεύειν πειρᾶσθαι, καὶ πράγματα τῷ πατρὶ παρέχειν, ἀναπυνθανόμενον, τί ἂν ἄρα βούλοιτο τὸ γράμμα νοεῖν. Τῷ δὲ πατρὶ θαυμάζειν μὲν εἰσῆει καὶ καθ' ἑαυτὸν κατακλήτεσθαι, γεγηθότι ὅτι Θεὸς τοιούτου δὴ πατέρα παιδὸς γενέσθαι ἠξίου· ἰδίᾳ γε μὴν πλήττων ἦν τὸ δοκεῖν μηδὲν παρ' ἡλικίαν καὶ περαιτέρω τῆς ἀτελοῦς διανοίας ζητεῖν εἰσηγούμενος. Τοσοῦτόν γε μὴν φασιν ἔκθαμβον εἶναι καὶ τῷ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν Θεῷ τὴν χάριν ὁμολογεῖν, ὡς ἐπιστῆναι μὲν πολλάκις εὕδοντι τῷ παιδὶ, ἀπογυμνοῦντα δὲ τὸ στέρνον, σεβασμίως μάλα καταφιλεῖν, οἷά τινος ἔνδον θείου Πνεύματος ἐνσκηνοῦντος, καὶ τῆς εὐτεκνίας μακάριον ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι. Κἀντεῦθεν οὐ σμικρὰς ἀφορμὰς ὁ παῖς τῶν τῆς πίστεως καὶ θείων λόγων καταβαλλόμενος, εὖ μάλα κοσμίως ἀνήγετο, τῷ αὐτῷ πατρί τε καὶ διδασκάλῳ χρώμενος, καὶ μεγάλα οἷς παρεδείκνυ δράσειν ὑπισχνούμενος. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα δὴ τινα ἕτερα συγγενῆ τούτοις τὰ τῆς παιδικῆς ἡλικίας Ὠριγένους μνημονευόμενα. Ἐπεὶ δὲ Σευήρῳ δέκατον μὲν τῆς ἀρχῆς ἔτος ἠνύετο, Λαῖτος δὲ ἡγεμὼν Αἰγύπτου. καὶ Ἀλεξανδρείας καθίστατο, Δημητρίῳ δὲ μετὰ Ἰουλιανὸν ἄρτι πρώτως ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας θρόνος ἐνεχειρίζετο, ὁ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν διωγμὸς εἰς μέγα ἀνερρίπιζετο, καὶ πολλοὶ γενναίως παρατεττόμενοι τοῖς ἄθλοις τοὺς στεφάνους διήρπαζον· τοσοῦτόν φασιν ἔρωτα μαρτυρίου γενέσθαι καὶ Ὠριγένει, ἀπαλὴν κομιδῇ τὴν ἡλικίαν περικειμένῳ, ὡς σπιρτᾷ ἤδη, καὶ ὁρμῇ τινι ἀσχέτῳ ὁμόσε τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ κινδύνοις χωρεῖν. Καί γ' ἀπηλλάττετο μαρτυρίῳ τοῦ ζῆν, εἰ μὴ Θεὸς ἑτέρᾳ προνοίας λόγῳ τῆς πολλῶν ὠφελείας χάριν ἐμποδὼν τὴν μητέρα ἐκείνῳ καθίστα. Εἰσιοῦσα γὰρ ἐκείνου τὸν θάλαμον, φιλῶ τινα λαμβάνειν τῆς περὶ αὐτὸν μητρικῆς διαθέσεως καθικέτευε, καὶ μὴ οὕτως τὴν μητέρα καταλιπεῖν, καὶ θρήνοις ἀκατασχέτοις περιβάλλειν πειρᾶσθαι. Ὡς δὲ ἁλῶ αὐτῷ ὁ πατὴρ, καὶ δεσμωτηρίῳ καθεῖρκτο, ἔτι μᾶλλον ὁ ἔρως αὐτῷ ἐπετείνετο, καὶ δριμύτερος εἰσέρρει πόθος τοῦ μαρτυρίου, καὶ καθεκάστην, ὡς εἰπεῖν, τοῦτον ἀνέφλεγε πυρπολῶν. Οὕτω δ' ὁρμῆς ἔχοντα ἡ μήτηρ τὸν Ὠριγένην ὁρῶντα, τὴν ἐσθῆτα πᾶσαν ἐκείνου ἀπέκρυπτε, καὶ οἶκοι μένειν δι' ἀνάγκης ἐποίει. Ἐπεὶ δ' ἄλλο πράττειν οὐκ εἶχεν, ἀλείπτης ἐγίνετο τῷ πατρί· καὶ τὰ προτρεπτικὰ συντάττων ἐπέστελλε, καὶ ταῦτα κατὰ λέξιν διεξιών· Ἔπεχε μὴ δι' ἡμᾶς ἄλλο τι φρονήσῃς. Τοῦτο δὴ πρῶτον ἔστω δεῖγμα σαφέστατον τῆς ἐκ πρώτης, ὃ φασι,

A cura fuit, ut filius non succisiva, sed justa opera una cum cyclicis disciplinis eas addisceret. Quapropter ante earum disciplinarum exercitium quotidie ab eo, ex sacris Scripturis promissiones et certa loca, quæ memoriter didicerat, requirebat: quæ res minime præter judicium et voluntatem puer fuit. Mirifica enim cupiditate magis in hæc studia quam in Græcorum artes ferebatur: usque adeo, ut non contentus esset ex sacris oraculis, quæ simplicia et non ita difficilia sunt, discere: sed curiositate uteretur, et abditos eorum sensus scrutari conaretur, subindeque quidnam arcani sensus in littera lateret, perunctando, patri negotium facesseret. Is porro apud seipsum ea de causa cum admiratione stupebat, et valde gaudebat, quod B Deus se patrem tali dignatus esset filio. Et quandoque privatim simulabat se eum acrius objurgare, ne quid supra ætatem suam et simplicem sensum scrutaretur admonens. Tantopere vero admiratione ejus et consternatus, maximas se datori bonorum Deo gratias debere professus, ut sæpenumero dormienti assisteret puero, pectusque ejus nudatum cum veneratione multa deoscularetur, perinde atque in eo divinus Spiritus domicilium suum haberet, beatumque prorsus se tam felici prolificatione judicabat. Quæ res magnam præbuit causam et occasionem, ut puer fiedem sacrasque litteras ab ineunte ætate assequeretur: **347** et recte admodum educaretur, eumdem et patrem et præceptorem habens, magnamque de se præbens exspectationem. Hæc atque item alia his similia de puerili C ætate Origenis sunt prodita. Postquam vero decimo Severi imperantis anno, Lætus Ægypto et Alexandriæ præfectus est, et Demetrius Juliano in episcopatu Alexandrino successit, ecclesiarumque persecutio admodum invaluit, ac multi certaminibus magno animoo bviam euntes, coronas reportarunt: tantam dicunt martyrii cupiditatem. Origeni incessisse, cum in juvenili admodum adhuc ætate esset, ut exsultans jam ardore quodam incredibili, pericula pro Christo toleranda adiret. Et finivisset ille jam tum martyrio vitam, nisi alia divinæ Providentiæ ratione, utilitatis multorum gratia, mater ejus intercessisset. Illa enim in cubiculum ejus ingressa, supplex ei fuit, ut ne, materno suo erga eum animo et amori parcens, ægram se ita relin- D queret, et intolerabili luctui et mœrori objicere perseveraret. Ubi vero pater ejus captus et in vincula conjectus est, major eum etiam amor, acriusque martyrii desiderium invasit, indies id (ut ita dicam) ardore et igne novo excitante atque accendente. Quapropter cum ita animatum Origenem esse mater videret, omnem ejus vestem recondidit, necessitatemque ei domi manendi imposuit. Hic cum aliud facere non posset, alipten et unctorem certaminis se patri præbuit, et frequenter cohortatorias ad illum litteras scripsit, inter alia verba ista usurpans: Sustine, et ne quid alterius sen-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tentiæ aut consilii nostra causa capias vide. Atque hoc primum sit evidentissimum, a primis (quod dicitur) carceribus, germanæ fidei, sincerique ejus erga Deum animi, specimen atque indicium.

βαλβῖδος περὶ Θεὸν αὐτοῦ γνησίας πίστεώς τε καὶ διαθέσεως.

CAPUT IV.

De institutione et educatione et eorum qui ejus consuetudine et doctrina usi sint. Et ut decem et octo natus annos, Alexandriæ fidelium præfuerit scholæ, clari prorsus nominis adolescens.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ τῆς κατ' αὐτὸν παιδείας καὶ ἀγωγῆς· καὶ τῶν αὐτῷ φοιτησάντων. Καὶ ὡς ὀκτωκαίδεκα ὢν ἐτῶν, τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῶν πιστῶν ἡγεῖτο διατριβῆς, περιβόητος ἀθρόον γενόμενος.

Patre ejus, sicuti diximus, vita per martyrium pro Christo defuncto, nondum prorsus septemdecim annos natus, cum apud matrem cum aliis sex natu minoribus liberis esset, et quod patrimonium ejus omne imperiali fisco illatum fuerat, una cum suis ærumnose in magna rerum necessariarum angustia B **348** et penuria viveret, divino ei succurrente Numine, incredibile consecutus est auxilium. Siquidem mulier quædam ingentibus divitiis et copiis clara, et aliter quoque Alexandriæ celebris, magni nominis virum Antiochenum genere, et inter hæreticos Alexandrinos primarium, consectans atque complectens, adoptato sibi filii loco Origene, cum maximi eum fecit, tum ei suisque omnibus ad quotidianum usum liberaliter et copiose omnia suppeditavit. Familiariter ergo cum Paulo (1) (hoc enim nomen mariti ejus mulieris erat) vivens, nunquam a consueta sibi deflexit precatione, communicare preces cum Paulo hæretico nolens, ecclesiasticasque sanctiones accuratissime servans: cum quidem ad Paulum permulti frequentarent, non solum qui ex Græcorum essent superstitione, sed etiam nostri homines. Græcorum porro disciplinis jampridem a patre imbutus, magis etiam in Pauli schola proficiebat, Proinde postea ex earum doctrinarum disciplina, cui præibat, abunde res familiaris ei suppetebat, Posteaquam autem persecutionis timore omnibus expulsis, nullus Alexandriæ sacrorum oraculorum enarrator fuit, multi ex gentibus ad Origenem accedentes, verbum Dei sunt professi: multique illorum patria sacra detestati, partim ut familiariter cum eo viverent, partim ut semper ei adessent, præ rebus omnibus studio sibi habuerunt. Ex iis primus esse perhibetur Plutarchus, cum vitæ sanctitate, tum martyrii corona clarus. Alter ab hoc Heraclas recensetur, Plutarchi ipsius frater: qui tantum de se verioris philosophiæ studii specimen præbuit, ut postea in D ecclesia Alexandrina Demetrio successor sit subrogatus. Porro decimum octavum agens annum Origenes, scholæ catechistes in urbe Alexandrina est. præfectus. Et cum ibidem sub Aquila præfecto persecutio maxime exundans incrudesceret, magnum consecutus est nomen apud eos qui Christi nomine censentur: quod et notos sibi et ignotos familiariter excipiens complecteretur: et qui in vinculis erant, sedulo visitaret, alacritatem eorum

« Νόες, φησὶν, ἦσαν ἐξ' ἀρχῆς δίχα πικτὸς ἀριθμοῦ καὶ ὀνόματος· ὡς ἑνάδα ἀρχὴν πάντων εἶναι τῶν λογικῶν τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας καὶ τῇ δυνάμει. Καὶ ὡς πάρον λαβόντων αὐτῶν τῆς θείας ἀγάπης καὶ θεωρίας, κατ' ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς, λεπτομερίστερα ἢ παχυμερίστερα ἁμφιάσασθαι σώματα, καὶ ὀνόματα κληρώσασθαι· κἀντεῦθεν τὰς οὐρανίας καὶ λειτουργικὰς ὑποστῆναι δυνάμεις, ἀλλὰ μὴν καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ αὐτὰ τῆς αὐτῆς τῶν λογικῶν ἑνάδος, ἐκ τῆς ἐπὶ τὰ χείρω τροπῆς τοῦτο γεγονέναι. Τὰ δὲ ἐπὶ πλεῖον τῆς θείας ἀγάπης ἀποψυγέντα λογικὰ ψυχὰς ὀνομασθῆναι, καὶ σώμασι D πεχυτέροις τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐμβληθῆναι· τὰ δὲ ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῆς κακίας ἐληλυθότα, ψυχροῖς καὶ ζοφεροῖς ἐνδεθῆναι σώμασι· καὶ δαίμονας γεγονέναι καὶ ὀνομασθῆναι. » Ἔτι καὶ ταῦτα ληρωδεῖ· « Ὅτι ἐξ ἀγγελικῆς μὲν καταστάσεως ψυχικὴ γίνεται κατάστασις, ἐκ δὲ ψυχικῆς δαιμονιώδης καὶ ἀνθρωπίνη· ἕνα δὲ μόνον νοῦν ἐκ πάσης τῆς ἑνάδος τῶν λογικῶν

CAPUT XXXIII.

De Origenis erroribus et blasphemiis, et ut sub Gallo vitam finierit.

« Mentes, inquit, a principio erant, absque omni numero et nomine, ex unitate principium ducentibus, et rationalibus exsistentibus omnibus, substantia, efficacia, et virtute eadem. Ut autem eas satietas cepit divinæ charitatis et contemplationis, juxta proportionem cujusque propensionis in deterius, vel tenuiora vel crassiora sumpsere corpora et nomina. Unde cœlestes etiam et ministrantes substitere virtutes : ipse quoque sol et luna et stellæ omnes ab unitate illa rationalium, ex propensione in deterius, sub factæ. Ea vero rationalia, quæ magis a divina charitate refrixerant, animæ sunt appellatæ. et in crassiora corpora nostra conjectæ. Quæ vero ad summam malitiæ et vitiositatis fuerant progressa, frigidis et caliginosis inclusa corporibus, dæmones et facti et nominati sunt. » Ad hæc illa quoque nugatur : « Quod ex angelica quidem constitutione animata facta est constitutio, ex animata autem, dæmoniaca est humana. Unam porro mentem ex universa rationalium unitate,

(1) Eadem de Origene Suidas. Contra est Halloix Not. ad Vitam Orig., fol. 39, item. fol. 35, 36, 37.

(2) « Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. » (Dist. 15, *Sancta Rom. Ecclesia.*)

(3) Eusebius Pamphili, sicuti et alii multi Patres, benignius de Origene senserunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

inconcussam et immotam a charitate et contemplatione divina permanere, quæ mens et Christus et rex et homo sit facta. Item, quod perfectus futurus sit corporum interitus : cum ipse Dominus primum proprium deposuerit corpus, et reliqui item omnes. Præterea, quod universi reversuri ad eamdem illam unitatem, mentesque futuri sint, quales antea in præexistentia fuerint : ipso videlicet diabolo quoque et reliquis dæmonibus, atque etiam nefariis et impiis hominibus ad eamdem unitatem restituendis, cum divinis piisque viris, et cum cœlestibus virtutibus eamdem **385** unionem ad Deum habituris, quam et Christus habuit, quemadmodum et antea eam habentes exstiterint ; ut Christus nihil prorsus sit habiturus præ rationabilibus præcipuum, neque substantia, neque intelligentia, neque virtute. Hæc ille. « Decius autem post duos imperii sui annos, adversus Scythas (1), qui Istrum transierant, et ditionem Romanam vastabant, progressus, supra triginta millia ex eis primum victor concidit. Secunda autem pugna cum illis congressus, victus (2) una cum filio ab eis est interfectus. Sic imperium ad Gallum et Volusianum pervenit. Gallus porro, quod calamitatem Decii non didicisset, neque animadvertisset qua de causa in tantam cladem incidisset, ad eumdem impegit lapidem. Cum enim imperium pulchre staret, et res omnes ei ex sententia succederent, viros sanctos, qui preces ad Deum pro pacata tranquillitate et valetudine ejus secunda fundebant, afflixit. Quapropter in eis viris simul etiam vota, et quæ pro eo fiebant orationes est persecutus. Sic duo isti statim, anno uno et mensibus quatuor imperio administrato, decesserunt. Quibus succedens Æmilianus quatuor imperavit menses, et rerum summam ad Valerianum et Gallienum morians transmisit. Gallo sedenim post Decium imperante, Origenes undeseptuaginta annis peractis (3), miserabiliter infelix obiit. In quo et nos convenit finem suum libro huic imponere : cui quidem bonum initium Origenes præbuit, quamvis finis ejus principio non responderit. Habet autem hic tomus annos sexaginta et duos, cujus exordium a primo

(1) Non semel in hoc opere Nicephorus Gothos pro Scythis habet, sicuti et hoc loco.

(2) « Decius bello adversus Gothos in Thraciæ palude submersus, et filius ejus occisus est. » (Eutrop.)

(3) Origeni industria et curiositas causa et fœde laberetur, et multis præterea offendiculum exitiique occasio fuit. Cum enim nihil non in sacris Litteris exponere vellet, seipsum in errorem conjecit. Unde multa nefanda et exitiosa protulit verba. Ex quibus Arius, sectatoresque ejus inæqualem Patri Filium esse asserentes : et reliqui impii hæretici dogmatum suorum materiam sumpserunt. Profiteri enim est ausus, unigenitum Filium cernere Patrem non posse, neque Spiritum sanctum ipsum Filium : sicuti neque angelos Spiritum, neque homines angelos. Et Filium non esse ex substantia Patris, sed creaturam ; eumque gratia tantum filium dici, et animas hominum præexsistere. Atque alia item absurda, blasphema, et im-

A ἀκλόνητον διαμένειν, καὶ ἀκίνητον τῆς θείας ἀγάπης καὶ θεωρίας· ὃς καὶ Χριστὸς καὶ βασιλεὺς καὶ ἄνθρωπος γέγονε. Καὶ ὅτι παντελὴς ἔσται τῶν σωμάτων ἀναίρεσις, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου πρῶτον ἀποτεθέμενου τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. ὅτι ἀνακομίζονται πάλιν ἅπαντες εἰς τὴν αὐτὴν ἑνάδα, καὶ γίνονται νόες· καθὰ καὶ ἐν τῇ προυπάρξει ὑπῆρχαν· μεταθετέου δηλονότι καὶ αὐτοῦ τοῦ διαβόλου, καὶ τῶν λοιπῶν δαιμόνων εἰς τὴν αὐτὴν ἑνάδα· καὶ τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀθέων ἀνθρώπων, μετὰ τῶν θείων καὶ θεοφόρων ἀνδρῶν, καὶ τῶν ἀρετῶν συναμέων, τὴν αὐτὴν ἐχόντων ἕνωσιν πρὸς τὸν Θεόν, οἵαν ἔχει καὶ ὁ Χριστός, καθὼς καὶ προεῖχον· ὡς μηδέποτε εἶναι διαφοράν τῶν αὐτῶν πρός τὰ λογικὰ παντελῶς οὔτε τῇ οὐσίᾳ, B οὔτε τῇ γνώσει, οὔτε τῇ συνάμει. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοιοῦτος· Δέκιος δ' ἐν δυσὶν ἔτεσιν ἡγησάμενος, τῶν Σκυθῶν τὸν Ἴστρον διαπεραιωθέντων, καὶ λυμαινομένων τοῖς Ῥωμαίων πράγμασιν, ἐξιὼν, ὑπὲρ τρισμυρίους πρότερον κτείνει· δευτέρα δὲ συμβολὴ προσβαλὼν αὐτοῖς, ἡττᾶτο· καὶ κτείνεται μὲν αὐτὸς τῇ μαχῇ, πρὸς δὲ καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ. Ἐπὶ Γάλλον δὲ καὶ Βολουσιανὸν ἡ ἀρχὴ μετεχώρει· ὁ Γάλλος μὲ τὰ Δεκίου κακὸν γνούς, οὐδὲ ὅπως ἔσυλεν, ἐπὶ τὸν αὐτὸν προσέκοψε λίθον. Τῆς γὰρ βασιλείας αὐτῷ καλῶς φερούσης, καὶ τῶν πραγμάτων κατὰ νοῦν χωρούντων, τοὺς ἱεροὺς ἄνδρας, τοὺς περὶ τας ἐυχὰς αὐτῷ καὶ τῆς ὑγείας προσβυνοντας πρὸς τὸν Θεόν, ἔκτεινε. Οὐκοῦν συν ἐκείνοις ἐδίωξε καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσευχάς· καὶ αὐτοὶ δ' ἦσαν ἐν καὶ μᾶνες δ' διαγεγονότες, ἐξ ἀνθρώπων γεγόνεσι. Αἰμιλιανὸς δ' ἐπὶ τούτοις οὐχ ἧττον ἢ τέσσαρας μῆνας ἐπιβιούς, ἐπὶ Οὐαλλεριανὸν καὶ Γαλιηνὸν τὸ κράτος παρέπεμψε. Τοῦ δὲ εἰρημένου μετὰ Δέκιον Γάλλου διέποντος τὴν ἀρχὴν, λοιμικῆς νόσου τὸ πᾶν ἀνανεώσας στέλλεται, ἀθλίως τὸν ψυχὸν ἀποδοὺς· ὁ δεῖλαιος. Ἐν ᾧ καὶ ἡμᾶς περας καὶ τῇ παρούσῃ ἱστορίᾳ δίδοται· ἀρχὴν μὲν χρηστὴν λαβούσης ἐπιβαλόντος αὐτῇ, καὶ τὸ τέλος ἀπο..... ἐπιθῆκε τῇ ἀρχῇ· ὑπάρχει δὲ ἡμῖν καὶ ἡ αὐτὴ μοι βίβλος χρόνον ἐτῶν ξ καὶ δύο, ἀρξαμένη μο ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Σεύηρου, καταλήξασα δὲ ἐπὶ αὐτῆς ἀρχῆς Οὐαλλεριανοῦ καὶ Γαλιηνοῦ.

pia. Non ille Salomonem audiit dicentem : « Fili, cave multos componas libros, ut ore tuo properes. Cor tutum non sit velox ad proferendum sermonem D coram Deo. Deus namque in cœlo sursum, et in terra deorsum. Proinde verba tua pauca sint. Multa enim verba multiplicant vanitatem. Noli esse justus multum, nec plus sapias quam necesse est. Justus enim disperit in justificatione sua. » Ab Ecclesia porro proscriptus, contumeliam eam non ferens, Alexandria relicta in Judæam est profectus. Et Hierosolymam cum venisset, ab ordine sacerdotali, ut verba in ecclesia faceret (erat enim presbyter) rogatus primum, deinde etiam coactus, surrexit, et verba illa tantum recitavit : « Peccatori vero dixit Deus, Quidnam tu annuntias justificationes meas, et usurpas testamentum meum in ore tuo ? » Libroque complicato, cum lacrymis et ejulatu multo consedit, omnibus una cum eo plorantibus. Sepultus est autem Tyri. Suid.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὀκτακόσιοστὸν πεντηκοστὸν ὄγδοον ἐκπεραίνετο.

A Severi anno incepit, finis autem in Valeriani et Galieni imperium incidit : anno a mundo condito quinquies millesimo septingentesimo sexagesimo tertio (1), a nativitate vero Christi ducentesimo quinquagesimo octavo.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ ς'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS VI

ΒΙΒΛΟΣ Α'.

Προδιήγησις τοῦ τόμου ἀφηγουμένη ἃ διαλήψεται.

Ὁ μὲν δὴ πέμπτος ἡμῖν τόμων, ἐκ τῶν Ὠριγένους καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν γενομένοις τῇ κατ' ἐκεῖνον χρόνῳ τὰς ὕλας τῆς ἱστορίας ἱκανὰς παρασχών, τῷ ἐκείνου τέλει καὶ αὐτὸς καταλήγει· τὸν δ' ἕκτον μοι δὴ ταῦτον, ὁ μέγας τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Διονύσιος, δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων, ὕλας ἀποχρώσας τῇ μετὰ χεῖρας πραγματείᾳ δαψιλῶς χορηγούσας, ταῖς ἰδίαις συνεκπονήσει φωναῖς. Δώσει τοιγαροῦν τὰ μετὰ τὸν διωγμὸν Σεουήρου, Μαξιμίνου τε καὶ Δεκίου γεγενημένα· ὅθεν τε καὶ Ναυάτος ἀρξάμενος, καινῆς αἱρέσεως τῶν Καθαρῶν ἀρχηγὸν ἑαυτὸν ἀνέπεμψε. Καὶ ἔτι ὡς ἀπελήλαται, καὶ οἱ ἐν τῷ διωγμῷ παρακεισόντες, μᾶλλον παραδοχῆς ἠξίωνται. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ μετὰ τὸν διωγμὸν θείου λουτροῦ· τῶν τε ἄλλων αἱρέσεων. Περί τε τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ Παλαιστίνην αὖθις τοῖς εἰσέπειτα διακεπραγμένων τυράννοις. Καί τινων δὲ τεράτων ἐπιμνησθήσεται· τῶν τε Διονυσίου ἐπιστολῶν. Πρὸς δὲ τούτοις περί τε Νέπωτος, καὶ τοῦ ἐκ Σαμοσάτων Παύλου, καὶ τῆς ἑτεροδόξου τῶν Μανιχαίων διαστροφῆς. Καὶ τέλος περὶ τῶν τηνι· καῦτα διακριψάντων θείων ἀνδρῶν διαλήψεται, οἳ καθ' ἡμᾶς τῆς κατὰ Διοκλητιανὸν καὶ Μαξιμιανὸν τῶν ἐκκλησιῶν πολιορκίας παρέμειναν. Ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν.

B

389 CAPUT I.

Præfatio tomi dicenda exponens.

Quintus liber res Origenis, et alias præterea quæ ætate ejus accidere, complexus, una cum morte ejus finem quoque suum accepit. Sextus autem, qui nobis est in manibus, argumentum habebit magnum Alexandriæ episcopum Dionysium, scriptis ejus quæ post se reliquit, per proprias ejus voces, materiæ satis suppeditantibus. Exponemus quoque in eo, quæ post Severi, Maximini et Decii persecutiones, in Ecclesia sint acta. Unde etiam Novatus progressus, se ipsum novæ hæresis Catharorum sive Purorum ducem promulgarit. Præterea quomodo is rejectus sit, et illi potius qui in per- C secutione lapsi fuerant, in Ecclesiam recepti. Item de divino lavacro, quod nonnulli post persecutionem inducebant, et de illis hæresibus. Item de tyrannorum Ægypti et Palæstinæ actis. Mentionem quoque faciemus quorumdam prodigiorum ; item Dionysii epistolarum : adhæc. Nepotis, Pauli Samosateni, et perversæ Manichæorum opinionis. **390** Postremo divinos recensebimus viros, qui ea tempestate usque ad Diocletianum et Maximianum, qui quidem acerbissime ecclesias oppugnarunt, enituere. Initium autem inde sumendum.

(1) Secundum chronicos nostros 4236.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT II.

Ut episcopi, qui tum ecclesiis præfuerunt, eos qui sub Decio in persecutione lapsi fuerant, post justam pœnitentiam in Ecclesiam receperint.

In persecutionibus, quas recensuimus, multi Christianorum fortiter per martyria cum hostibus congressi, debitum victoriæ præmium reportarunt. Plurimi etam propter animorum imbecilitatem, obviam quidem illi periculis sunt progressi, sed cum ea perferre non possent, simul et idolis sacrificarunt, et veræ pietatis cultum abjurarunt. Ii vero, persecutionis motu et ærumna conquiescente, cum in animis secum ipsi suis quonam miseriæ calamitatis pervenissent, perpenderent, graviter afflictis vehemens incessit dolor et pœnitentia. Itaque ad ecclesiarum ejus temporis antistites se contulerunt, pœnitere se atque resipiscere, paratosque esse quidquid illis imperatum esse facere, profitentes. Porro divini illi viri, humanitatem et clementiam Dei imitati, non gravate eos susceperunt et complexi sunt, et cum legitima atque competenti pœnitentia invitatos in Ecclesiam produxerunt, tum tempore quoque suo stationem et locum eis inter fideles (1), interveniente solummodo oratione, una cum manuum impositione, dederunt: id quod ita ex consuetudine longa in Ecclesia observabatur. Quam consuetudinem primus Cyprianus Carthaginensis pastor mutandam esse censuit (2), non aliter et lapsos, quam per lavacrum exipiandos, et quoscunque ex qualicunque hæresi resipiscentes, admittendos esse arbitratus. Atque ecclesiarum quidem episcopi ita se gerebant, et quotidie propalam perlibenter quoscunque revertentes suscipiebant.

A

B

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὡς οἱ τότε τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόνες τοὺς ἐν τῷ κατὰ Δέκιον διωγμῷ παραπεσόντας μετ' ἀξιολόγου μετανοίας προσίεντο.

Πολλῶν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν διγωμοῖς, τῶν μὲν γεννικῶς παραταξαμένων, καὶ τὸ τῆς νίκης βραβεῖον κληρωσαμένων, τῶν δὲ καὶ πλείστων τῷ ἀγενεῖ τῆς ψυχῆς ὁμόσε μὲν τοῖς κινδύνοις χωρούντων, οὐκ εἰσάπαν δὲ φερειν οἷόν τε ὄντων, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιθυόντων, καὶ τὸ θεῖον σέβας ἐξομνυμένων, λωφήσαντος τοῦ δεινοῦ, οἳ κακοῦ γένοιντο διαγνόντες, δεινῶς τε ἐπλήττοντο, καὶ πολλῷ ἐχρῶντο τῷ μεταμέλῳ. Ἔνθεν τοι καὶ τοῖς τηνικάδε των ἐκκλησιῶν ἡγεμόσι προσιόντες, μετανοεῖν ἔλεγον, καὶ πᾶν ὁτιοῦν πράττειν ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν ἀνύσαι. Οἱ μὲν οὖν Θεοῦ φιλανθρωπίαν μιμούμενοι, καὶ γνησίως μάλα προσίεντο καὶ ἠσπάζοντο· καὶ ἀναλόγῳ τῇ μετανοίᾳ εἰσεκαλοῦντο· καὶ κατὰ τὸν προσήκοντα χρόνον καὶ τῆς μετὰ τῶν πιστῶν στάσεως κατηξίουν τῇ διὰ χειρὸς μονῇ εὐχῇ. Ἔθος τοῦθ' ἐκ μακροῦ τῇ Ἐκκλησίᾳ μεμενηκός, ὃ δὴ πρῶτος Κυπριανὸς ὁ τῆς Καρχηδονίων ποιμὴν ἐναλλάττειν ὤετο δεῖν· καὶ μηδ' ἄλλως ἢ διὰ λουτροῦ τὴν πλάνην ἀποκαθαιρομένους, καὶ τοὺς ἐξ ὁποιασδηποτοῦν αἱρέσεως προσιόντας εἰσδέχεσθαι. Καὶ οἱ μὲν οὕτως εἶχον· καὶ καθεκάστην ἀδεῶς τοὺς ὁθενδήποτε προσιοντας ἀσμένως ἐδέχοντο.

C

391 CAPUT III.

De impuro Novato, rebusque ejus narratio, et quæ ejus fuerit doctrina.

Romæ autem eis temporibus presbyter erat Novatus nomine. Is fastu et jactantia inani sublatus, omnem (ut in proverbio est) moverat lapidem, ut Romanæ Ecclesiæ gubernationem consequeretur. Ubi autem omnia expertus, nihil egit (erat enim tumore, ambitione, et gloriæ cupiditate immensa correptus), in desperationem incidit: et tandem aliud quod faceret non habens, ab Ecclesia seipsum segregans, proprios cœtus cogere, et novam quamdam hæresim per defectionem instituere cœpit: secessionis suæ obtentum illum prætexens, quod episcopi eos qui Deciana persecutione diis sacrificassent, per condignam pœnitentiam in gratiam recepissent. Brevi sane tempore permultis seductis, suum sibi constituit conventiculum: et eorum qui propter sordes Cathari sive puri (3) nominantur, ducem se fecit. Cum autem eum epi-

D

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ Ναυάτου τοῦ ἀκαθάρτου, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν διήγησις· καὶ τί ἐδογμάτιζε.

Ἦν δέ τις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῇ Ῥώμῃ διατρίβων πρεσβύτερος. Ναυᾶτος ὄνομα τῷ ἀνδρί· οὗτος τοίνυν τύφῳ καὶ διακένῳ φρυάγματι ἐπαρθείς, πάντα κάλων, τὸ τοῦ λόγου, ἐκίνει τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας ἡγήσασθαι. Ἐπεὶ δὲ πάντα πράττων τοῦ σκοποῦ διημάρτανε, τύφῳ γὰρ καὶ φιλοδοξίας ἔρωτι ἀμέτρῳ κατάσχετος ὤν, εἰς κατάγνωσιν προὔκειτο· τέλος μή τι πράττειν ἔχων, τῆς Ἐκκλησίας ἑαυτὸν ἀπορρήξας, ἰδίᾳ ἐκκλησίαν συνῆγε, καὶ καινήν τινα ἐπικαινουργεῖν αἵρεσιν ἤθελε, πρόσχημα δῆθεν ἔχων τῆς διαστάσεως, ὅτιπερ τοὺς ἐπιθύσαντας ἐν τῷ κατὰ Δέκιον διωγμῷ διὰ μετανοίας ἀξιολόγου προσίεντο. Ἐν ὀλίγῳ δὲ καιρῷ πολλοὺς ἀπατήσας, ὑφ' ἑαυτὸν συνίστη συνέδριον καὶ τῶν διὰ ῥυπαρίαν Καθαρῶν ὀνομασθέντων καθίστατο ἀρχηγός. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς ἐκ παλαιοῦ φίλης ἱερωσύνης αὐτῷ μετέχειν ἐχρῆν, δύο τῶν τινας ἑαυ-

(1) Exomologesi peracta scilicet.

(2) Placuit hoc etiam plerisque omnibus Africæ, Numidiæ, Mauritaniæque epicopis. Ipsum etiam beatum Hilarium aliquando hujus sententiæ fuisse, ut ab Arianis baptizatos non reciperet, nisi rursus ab orthodoxis baptizarentur, palam scribit Hieronymus. Ab hoc dogmate hodie dissentit Ecclesia, et iterationem baptismi prohibent imperiales constitutiones. Nec satis esset tutum eam aperire de sacris cæremoniis fenestram, ut sacerdos impius nihil agere credatur. Quam opinionem obtinuere Donatistæ, sed enim in Polonia nunc quoque episcopi, homines ab Orientalibus sacerdotibus quales sunt in Moscovia et Russia omni baptizatos denuo tingunt, illis adjectis verbis, *Si non es baptizatus*. Adfui ipse ablutioni hujusmodi susceptor.

(3) Per antiphrasin videlicet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦ ἀποστεῖλαι πάμπαν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἀπεγνωκότας, τρεῖς ἐξ Ἰταλίας ἀφανεῖς μετεστέλλετο ἐπισκόπους εἰς Ῥώμην, ἀκλεεστάτους πάντα καὶ ἀγροικίᾳ συζῶντας· καὶ ἡ πρόφασις εὔλογος, ὡς ἄν γε, φησὶ, τὴν μεταξὺ ἐκείνου καὶ τῶν ἐπισκόπων ἐκ παλαιοῦ διαλύσωσιν ἔχθραν μεσῖται γενόμενοι. Καὶ οἱ μὲν ἦκον ἀκλεέστατοί γνώμης μή τι τῶν τοῦ πλάσματος ἐν νῷ θέμενοι. Ἐγκλεισθεῖσιν οὖν βίᾳ ἐπῆγόν τινες τῆς ἐκείνου συμμορίας, μέθῃ καὶ κραιπάλῃ κεκαρωμένοις, χειρῶν εἰκαιοτάτῃ ἐπιθέσει ἐπισκοπῆς ἐκείνῳ παρέχειν ἀξίωμα. Οἱ μὲν οὖν καὶ ἄκοντες σφόδρα ἐκδεδιασμένοι, τὰς χεῖρας ἐκείνῳ ἐπίθεντο· τὴν χάριν δ' οὗτος ὡς ἐδόκει ἀνοσίως λαβών, ἀντεποιεῖτο ταύτης, καὶ διεκδικεῖν ἐπειρᾶτο· ἄνθρωπος, ᾧ καὶ τὸ εἰς Χριστὸν πιστεύσαι πρόφασις ὁ Σατανᾶς ἂν ἐνεκηνώσας αὐτῷ. Καταχούμενος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν νόσῳ περιέπεσε χαλεπῇ· ὥστ' ἀπεθεσπίσθαι προσδόκιμον ὄντα, τὸ ὕδωρ αἰτῆσαι λαβεῖν· ὃ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο περιχυθέν, δῆθεν ἐβάπτιζεν· εἶγε χρὴ τὸ τοιοῦτον βάπτισμα ὀνομάσαι· ὃ γε οὐδὲ τῶν λοιπῶν τῆς Ἐκκλησίας συμβόλων ἠξίωτο, ὧν χρεὼν τοὺς τοιούτους μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας θεσμόν. Ἀλλ' οὐδὲ ὑπὸ ἐπισκόπων, τὴν νόσον διαφυγών, ἐσφραγίσθη εἰς ὕστερον. Τούτων δὲ τῶν μυστικῶν μὴ τυχών, πῶς ἂν ἁγίου Πνεύματος ἔτυχεν; Ἀλλὰ κἂν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ δειλίᾳ σχεθείς, ἐξώμνυτο τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμήν. Ὑπὸ γὰρ τῶν διακόνων ἀξιούμενος, ὅσα θέμις ἱερεῖ βοηθεῖν ἀδελφοῖς, ἐν καιρῷ τῷ τῶν διωγμῶν ἐπικουρίας μάλιστα χρῄζουσι, τοσοῦτον ἀπέσχε παθαρχῆσαι, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπαλλάττεσθαι, καὶ μὴ τοῦ λοιποῦ πρεσβύτερον ἐθέλειν εἶναι, ἑτέρᾳ φιλοσοφίᾳ τὰ κατ' αὐτὸν ἐπιτρέψαντα. Καὶ ἄλλο δέ τι ἀκᾶδὲς πανταπασι διεπράττετο. Ποσῶν γὰρ προσφορὰς, ὡς ἔθος ἱερεῦσι ποιεῖν, εἶτα πρὸς τὴν τοῦ ἄρτου μετάδοσιν γινόμενος, ἐπιδιδοὺς ἑκάστῳ τὸ μέρος, ὀμνύειν τοὺς ταλαιπώρους ἠνάγκαζεν, ἀντὶ τοῦ μετ' εὐχαριστίας λαμβάνειν· κατέχων γὰρ καὶ ἄμφω τὰς χεῖρας τοῦ λαβόντος, οὐ πρότερον ἀνίει ἕως ταῦτα ὁμόσειεν· χρήσομαι γὰρ τοῖς ἐκείνου ῥήμασιν· Ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ αἵματος καὶ τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μὴ δέκατέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον· Ῥώμης δ' οὗτος ἐπίσκοπος. Οἱ δὲ ἄθλιοι ἐκεῖνοι, οὐ πρότερον ἐκτεγύουτο, εἰ μὴ πρότερον ἐκείνῳ δῆκατηρῶντο· καὶ ἀντὶ τοῦ Ἀμὴν εἶκῖν, τὸ μὴ ἐπιορκῆσαι ἔλεγον. Τούτου τὴν κακίαν καὶ τὸ κακόηθες τῆς αἱρέσεως, Μάξιμος πρεσβύτερος καὶ Οὐρβανός, δὶς τὸν Χριστὸν παρρησιασάμενοι, δόξαν τε οὐκ ἐλαχίστην ἐκ τοῦ ὁμολογῆσαι καρπωσάμενοι, ἔτι δὲ Σιδώνιός τε καὶ Κελερῖνος καὶ αὐτοὶ τὸν ἴσον ἀγῶνα διαδραμόντες, πρῶτοι φωράσαντες, πρῶτοι προσιόντες, ἐς θρίαμβον ἐκ μέσου τῆς ἐκκλησίας προὐτίθουν. Τῶν δὲ χειροτονησάντων αὐτὰ εἷς οὐκ εἰς μακρὰν

scopali dignitate, quam tantopere dudum adamaverat, potiri oporteret, per duos quosdam sectæ suæ homines, qui salutem suam prorsus jam desperarant, tres ad se Romam obscuri nominis ex Italia episcopos, eosque simplicibus atque adeo rusticis moribus, ad simulandum et dissimulandum scilicet minime idoneos, pertrahit: illo splendido prætextu usus, ut ipsi, partibus suis interpositis, mediatores inter se et episcopos, veteres simultates et inimicitias componerent. Illi porro, propter animorum simplicitatem nihil tale veriti, ad eum venere. Ibi eis in conclavi conclusis quidam ex ejus sodalitate, per animorum crapulæ et ebrietatis gravedinem, vim afferunt, et imaginaria manuum impositione episcopalem dignitatem homini conferre cogunt. Quod sane illi, vel inviti, vi atque necessitate adducti, fecere. Et Novatus honorem eum, quem tam scelerate, ut videbatur, consecutus fuerat, usurpabat, eumdemque contra obtrectatores defendere parabat: homo, in quo Satanas domicilium habens, Christi nomen et fidem ad prætextum, saltem uteretur (1). Cum enim ab exorcistis de fide institueretur, morbo est correptus gravi: cumque jam in exspectatione mortis esset, aquam petiit, qua in ipso lecto, ita ut decumbebat, perfusus, baptizatus scilicet est: si quidem tinctionem hujusmodi baptismum vocare licet. **392** Sedenim ille postea reliquis Ecclesiæ symbolis atque cæremoniis (2), quibus ad eum modum tincti juxta Ecclesiæ sanctiones uti solent, minime dignus est habitus: neque cum convaluisset, signaculum ab episcopo deinde recepit (3). Porro cum mystica hujusmodi symbola non sit sortitus (4), quomodo Spiritum sanctum est assecutus? Sed et persecutionis temporibus, per timiditatem, presbyteri honorem abjuravit. Postquam enim a diaconis rogatus est, ut periclitantibus fratribus, in tormentorum discrimine maxime auxilio indigentibus, ita ut sacerdotem deceret, præsto adesset: tantum abest ut illis sit obsecutus, ut cum indignatione magna se subduxerit, et de cætero presbyter esse noluerit, aliud scilicet philosophiæ genus secutus. Aliam quoque absurdam admodum rem in se admisit. Cum enim oblationes offerret, qui mos sacerdotibus est, et jam ad distributionem panis pervenisset, data cuilibet parte sua, pro eo quod eum gratiarum eam actione percipere debebant, jurare miseros coegit: utramque enim percipientium manum comprimens (5), non prius eas remisit, quam juratum ab eis esset (utar autem verbis ejus conceptis): Adjura mihi per sanguinem et corpus Domini nostri Jesu Christi, nunquam te a me discessurum, et ad Cornelium (Romanus hic fuit episcopus) rediturum esse. Miseri autem illi non prius quod acceperant, degustarunt, quam se illi devoverunt:

(1) Tales olim Clinici dicti.
(2) Euseb. lib. VI, cap. 43.
(3) Confirmationem hoc nunc vocamus.
(4) Τούτου δὲ μὴ τυχών, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχεν; Eusebius.
(5) Ea tempestate laicis etiam eucharistia in manus dabatur: quod postea in Ecclesia est mutatum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT VI.

De Dionysii epistolis de pœnitentia : et nova narratio de quodam Serapione, qui in pœnitentia sacrosancta mysteria, extremum spiritum agens, percepit.

Ad Fabium eum (1), in Novati sectam aliquantulum inclinantem, quem modo diximus, divinus vir Dionysius scribens, plurima de pœnitentia disserit : et martyrum certamina jam inde ab initio discernens, sicuti et nos exposuimus, atque alia multa afferens, admiratione quiddam dignum memorat, quod hoc quoque loco tempestive referendum duxi. « Unum tibi, inquit, exemplum quod apud nos evenit, exponam. Serapion quidam nobiscum fuit senex fidelis, et qui sine crimine ad multum vixisset tempus, persecutionis autem tempestate lapsus esset. Is sæpe quidem ut reciperetur obtestatus fuerat, sed nemo illi advertit animum. Idolis enim sacrificaverat. Morbo vero deinde oppressus, tres continuos dies sine voce et sensu jacuit : paululum vero viribus recuperatis, quarto die nepotem ex filia ad se vocavit, et, Quandiu me tandem, inquit, o filii, distinetis ? accelerate, quæso, et me quamprimum absolvite, presbyterorumque aliquem tu ad me voca. His dictis, rursum obmutuit. Puer cursu ad presbyterum contendit : erat autem nox, et ille æger decumbebat. Quapropter cum ad senem venire non posset, mandatumque a me haberet, ut e vita decessuri (2), si opus esset, et maxime si antehac suppliciter precibus id flagitassent, ut scilicet eo meliore spe fatis concederent, absolverentur : paululum puero Eucharistiæ dedit (3), infundere atque instillare id in os seni jubens. Puer redit : **396** cum non longe abesset, priusquam ad illum ingrederetur, erigens se rursum Serapion. Venisti, inquit, fili ? Presbyter quidem venire ad me non potuit : at tu celeriter, quod jussus es perfice, et me dimitte. Instillavit ei puer Eucharistiam, et simulatque ori ejus infudit, atque ille paululum id glutiendo demisit, confestim reddidit spiritum. An non aperte conservatus eo usque in vita permansit, donec absolveretur, peccatisque per multa quæ egit bona opera exstinctis, confiteri posset ? » Hæc de Serapione. Idem porro Dionysius epistolam aliam de pœnitentia ad Ægyptios scripsit, in qua judicium suum de lapsis, ordines eorum et discrimina persequens, exponit. Aliam rursum, eamdem inscriptionem de pœnitentia habentem, ad Cononem episcopum Hermopolitam. Aliam præterea cohortatoriam ad gregem suum Alexandrinum. Est item ejus alia epistola ad Originem, de martyrio : alia ad Laodicenses, quorum episcopus fuit Thelymidris : sicuti alia etiam de pœnitentia, ad Armenios, quorum ecclesiæ præfuit Merdazanes.

(1) Alii *Fabianum* nominant.

(2) Olim morituris quoque Eucharistiæ communio permissa.

(3) Audio quod dicant, mysticam benedictionem, si ex ea remanserint in sequentem diem reliquiæ, ad sanctificationem inutilem esse. Sed insanius hæc dicentes. Non enim alius fit Christus, neque sanctum ejus corpus immutabitur, sed benedictionis virtus et vivifica gratia perpetua manet in illo. Cyrillus ad Calosyrium episcopum.

ΚΕΦΑΛ. ς'.

Περὶ τῶν ἐπιστολῶν Διονυσίου τῶν περὶ μετανοίας· καὶ ξένον διήγημα περί τινος Σεραπίωνος, μετανοήσαντος καὶ μεταλαβόντος τῶν θείων ἁγιασμάτων ἐν τελευταίαις ἀναπνοαῖς.

Τούτῳ δὲ αὐτῷ τῷ Φαβίῳ ἠρέμα πως ὑποκατακλινομένῳ τῷ Νοβάτου σχίσματι καὶ ὁ νῦν εἰρημένος θεῖος ἀνὴρ Διονύσιος ἐπιστέλλων, πλεῖστα περὶ μετανοίας διέρχεται· τούς τε τῶν μαρτύρων ἀγῶνας ἄνωθεν διαιρῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς διελαβόμεν καὶ ἀλλ' ἄττα ἐπάγων· ἐν οἷς καί τι θαύματος ἄξιον ἱστορεῖ, ὃ καὶ τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ συντάττειν οὐκ ἄκαιρον ἡγημαι. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἓν δέ σοι καὶ τοῦτο παράδειγμα παρ' ἡμῖν συμβεβηκὸς ἐκθήσομαι. Σεραπίων τις ἦν ἐν ἡμῖν πιστὸς γέρων, ἄμεμπτος μὲν τὸν πολὺν διαβιώσας χρόνον, ἐν δὲ τῷ πειρασμῷ πεσών. Οὗτος πολλάκις ἐδεῖτο· καὶ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἐτεθύκει. Ἐν νόσῳ δὲ γενόμενος, τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν, ἄφωνος καὶ ἀναίσθητος διετέλεσε. Βραχὺ δὲ ἀνασφήλας, τῇ τετάρτῃ προσεκαλέσατο τὸν θυγατριδοῦν· καὶ, Μέχρι με τίνος, φησὶν, ὦ τέκνον, κατέχετε ; Δέομαι, σπεύσατε, καί με θᾶττον ἀπολύσατε. Τῶν πρεσβυτέρων τινὰ καλεσον. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, πάλιν ἦν ἄφωνος. Ἔδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον. Νὺξ δὲ ἦν· κἀκεῖνος ἠσθένει· ἀφικέσθαι μὲν οὖν οὐκ ἐδυνήθη· ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης τοὺς ἀπαλλατομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν, ἀφίεσθαι· ἵνα εὐέλπίδες ἀπαλλάττωνται, βραχὺ τῆς Εὐχαριστίας ἔδωκε τῷ παιδαρίῳ, ἀποβρέξαι κελεύσας, καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. Ἐποίησεν ὁ παῖς φέρων· ἐγγὺς δὲ γενομένου πρὶν εἰσελθεῖν, ἀνενέγκας πάλιν ὁ Σεραπίων, Ἦκες, ἔφη, τέκνον ; καὶ ὁ μὲν πρεσβύτερος ἐλθεῖν οὐκ ἠδυνήθη· σὺ δὲ ποίησον ταχέως τὸ προσταχθέν, καὶ ἀπάλλαττί με. Ἀπέβρεξεν ὁ παῖς· καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι· καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας, εὐθέως ἔδωκε τὸ πνεῦμα. Ἆρ' οὐκ ἐναργῶς διετηρήθη, καὶ παρέμεινεν ἕως λυθῇ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐξαλιφθείσης ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἔπραξε καλοῖς, ὁμολογηθῆναι δυνηθῇ ; » Ταῦτα μὲν περὶ τούτου· ὁ δ' αὐτὸς Διονύσιος καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἄλλην περὶ μετανοίας γράφει, ἐν ᾗ τά οἱ δοκοῦντα περὶ τῶν παρακεκτωκότων ἐκτίθεται, τάξεις αὐτῶν καὶ διαιρέσεις ὑποτυπῶν. Καὶ τῷ τῆς Ἑρμουπολιτῶν Κόνωνι ἄλλην στέλλει, Περὶ μετανοίας καὶ αὐτὴ τὴν ἐπιγραφὴν ἔχουσα· προτρεπτικὴ δ' ἑτέρα πρὸς τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ποίμνην αὐτοῦ. Ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ ἡ πρὸς Ὠριγένην γραφεῖσά ἐστι περὶ μαρτυρίου· καὶ τοῖς κατὰ Λαοδίκειαν, ὧν ποιμὴν Θηλύμιδρις ἐπίσκοπος ἐγνωρίζετο· ὡς δὲ καὶ τοῖς κατ' Ἀρμενίαν περὶ μετανοίας· ὧν ἦρχεν ἱερῶς Μερουαζάνης ὄνομα. Καὶ Κορνηλίῳ δὲ τῷ κατὰ Ῥώμην γράφει δεξάμενος τὴν κατὰ Νοβάτου ἐκείνου ἐπιστολήν· ᾧ καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σαλαι παράκλησιν πέμπειναι ὑπὸ Ἑλένου, Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας ἐπισκοποῦντος, Φιρμιλιανοῦ τε τοῦ ἐκ Καππαδοκίας, καὶ τοῦ κατὰ Παλαιστίνην Θεοκτίστου, ὡς ἂν ἐπὶ τὴν κατ' Ἀντιόχειαν σύνοδον ὑπαντήσοι· ὅπου δή τινες κρατύνειν τὸ κατὰ Νοβάτου ἐπιχειροῦσιν σχίσμα. Ἐπιστέλλει πρὸς τούτῳ μεμυθῆναι αὐτῷ, Φάβιον μὲν κεκοιμῆσθαι, Δημητριανὸν δὲ διάδοχον ἐκείνου τῷ θρόνῳ τῆς Ἀντιοχείας καταστῆναι. Περὶ δὲ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτοῖς ῥήμασι ταῦτα διέξεισιν· « Ὁ μὲν γὰρ θαυμάσιος Ἀλέξανδρος ἐν φρουρᾷ γενόμενος, μακαρίως ἀνεπαύσατο. » Ἔξ ὧν καὶ ἕταιραι δύο τοῖς ἐν Ῥώμῃ ἐπιτυποῦνται, ὧν ἡ μὲν περὶ εἰρήνης, ἡ δὲ περὶ μετανοίας τὴν ἐπιγραφὴν ἔσχον. Θατέραν δὲ τοῖς κατὰ τάχος ἐπανιοῦσι, τῇ τοῦ Νοβάτου δοξῃ ἔτι συμφερομένοις· οἷς δὴ καὶ μετατιθεῖσιν ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἄλλας ἔπεμπε δύο· καὶ ἄλλοις δὲ πλείοσιν ἐπιστέλλων, μεγίστην ὠφέλειαν καταλέλοιπε.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Περὶ τοῦ κινηθέντος τηνικαῦτα ζητήματος περὶ τοῦ θείου βαπτίσματος· καὶ ὡς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐφάνη Σαβέλλιος.

Κορνηλίου δὲ τῆς Ῥώμης πρώτου τὸν βίον ἀπολιπόντος μετὰ τρίτον ἔτος, Λούκιος κατίσταται διάδοχος· ὃς μησὶν οὐδ' ὅλοις ἑπτὰ ἐπεμπιρετήσας, Στέφανον ἴσχει διάδοχον· ᾧ δὴ Στεφάνῳ Διονύσιος τὴν περὶ τοῦ βαπτίσματος πρώτην σχεδιάζει ἐπιστολήν. Τοῦ γὰρ τῆς Ἄφρων Κυπριανοῦ πρώτου σὺν λαύτρῳ προσίεσθαι τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἥκοντας δεῖν ἡγουμένου, Στέφανος μὲν παρὰ τὸ κρατῆσαν ἔθος νεωτερίζειν ἔλεγεν· ἀρκεῖσθαι δὲ τὴν διὰ χειρὸς εὐχῇ μονῇ, ὡς ἔτος ἦν. Καὶ τοίνυν ὑπὲρ τούτου ἀγανακτοῦντι, Διονύσιος πλείστα γράφων διαμελᾶτο· καὶ τέλος ἰσάλου, ὡς ἄρα τοῦ πανταχοῦ λελωφηκότος, αἱ πανταχόσε ἐκκλησίαι τὴν κατὰ Νοβάτου νεωτεροποιίαν ἀποστραφεῖσαι, εἰρήνην εἶχον πρὸς ἑαυτάς. Γράφει δὲ ὧδε. « Ἴσθι δὲ νῦν, ἀδελφέ, ὅτι ἤνωνται πᾶσαι αἱ πρότερον διεσχισμέναι κατά τε τὴν ἀνατολὴν ἐκκλησίαι καὶ ἔτι πρόσωτερω· καὶ πάντες ἀπὶν ὁμόφρονες οἱ πανταχοῦ προεστῶτες, χαίροντες καθ' ὑπερβολὴν ἐπὶ τῇ παρὰ προσδοκίαν ὁμονοίᾳ γινομένῃ· Δημητριανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ, Θεόκτιστος ἐν Καισαρείᾳ, Μαζαβάνης ἐν Αἰλίᾳ, Μαρῖνος ἐν Τύρῳ, κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου, Ἡλιόδωρος ἐν Λαοδικείᾳ, ἀναπαυσαμένου Θηλυμίδρου, Ἕλενος ἐν Ταρσῷ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῆς Κιλικίας, Φιρμιλιανός, καὶ πᾶσα ἡ Καππαδοκία. Τοὺς γὰρ περιφανεστέρους μόνους τῶν ἐπισκόπων ὠνόμασα, ἵνα μήτε μῆκος τῇ ἐπιστολῇ, μήτε βάρος προσῴω τῷ λόγῳ. Αἱ μέντοι Συρίαι ὅλαι καὶ ἡ Ἀραβία, οἷς ἐπάρχειτε ἑκάστοτε καὶ οἳ, νῦν ἐπιστείλατε· ἥ τε Μεσοποταμία, Πόντος τε καὶ Βιθυνία· καὶ συνελόντι εἰπεῖν, ἀγαλλιῶνται πάντες καὶ πανταχοῦ, ὁμονοίᾳ καὶ φιλαδελφίᾳ δοξάζοντες τὸν Θεόν. » Στεφάνῳ μὲν δὴ ταῦτα ὁ Διονύσιος· τῷ δὲ μετ' αὐτὸν Ξύστῳ δευτέραν ὁ Διονύσιος περὶ τοῦ βαπτίσματος γράφει ἐπιστολήν, ἐν ταύτῃ Στεφάνου τε καὶ τῶν λοιπῶν τὴν κρίσιν ἐμφαίνων. Ἐπιστέλλει μὲν οὖν

Scripsit quoque ad Cornelium Romæ episcopum, cum ab eo adversus Novatum accepisset epistolam. Cui etiam significat, rogatum se esse ab Heleno Tarsi Ciliciæ, et a Firmiliano Cappadocum, nec non a Theoctisto Palæstinorum episcopis, ut Antiochenam synodum adiret, ubi nonnulli obtinere atque confirmare Novati hæresim conabantur. Indicat eidem illud quoque. Fabium quidem obdormivisse, Demetrianum vero pro eo ecclesiæ Antiochenæ præfectum esse. De Hierosolymitano autem episcopo ad eum hisce verbis scribit : « Admirandus ille Alexander in carcere feliciter est defunctus. » Deinde et alias duas ad Romanos scripsit epistolas, alteram de pace, alteram de pœnitentia. Aliam item ad eos qui ibi fidem sunt confessi, Novati opinioni adhuc adhærentes : et ad eosdem rursum, cum ad Ecclesiam essent reversi, alias duas. Ad alios quoque plures litteris datis, plurimum omnibus attulit utilitatis.

397 CAPUT VII.

De quæstione tum temporis de divino baptismate coorta, et ut tum Sabellius sit coortus.

Porro cum Cornelius Romæ post tertium annum episcopatus sui decessisset, Lucius ei est suffectus : qui non integris septem mensibus Ecclesia administrata, Stephanum habuit successorem : ad quem Dionysius primam de baptismo scripsit epistolam. Cyprianus quippe Afer primus opinatus est, oportere eos qui ab hæresi converterentur, lavacro expiari et recipi. Stephanus contra nihil ea in re præter receptam consuetudinem novandum esse duxit : sufficere scilicet in eis veteri more orationem solam, cum manuum impositione. Itaque ad eum ægre dissensionem eam ferentem Dionysius pluribus scripsit, et postremo certiorem eum fecit, persecutione sopita, ecclesias omnes, novis rebus Novati repudiatis, pacem inter se habere. Verba ejus hæc sunt : « Scito nunc, frater, Orientales atque etiam ulteriores ecclesias, quæ antea dissidebant, ad unitatem esse redactas, omnesque ubique earum antistites unanimes et consentientes supra modum de pace et concordia, quæ præter expectationem accidit, lætari. Demetrianum in primis Antiochenum, Theoctistum Cæsariensem, Mazabanem Æliensem, Alexandri defuncti successorem, Marinum Tyrium, cum Alexander obiisset, Heliodorum Laodicensem, qui in locum Thelymidris subrogatus est, Helenum Tarsensem, et ecclesias Ciliciæ omnes, Firmilianum, et Cappadociam omnem : præcipuos enim episcoporum nominavi, ne epistola longior fiat, neve multis verbis sim molestior. Sed et universæ Syriæ et Arabiæ, quibus semper aliquid suppeditatis doctrinæ, et nunc etiam scripsistis. Mesopotamia ipsa, Pontus, Bithynia, et (ut semel dicam) exsultant ubique omnes, concordia et fraterna charitate glorificantes Deum. » Hæc Dionysius ad Stephanum. Ad Xystum autem, qui illi successit, secundam de

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

baptismo epistolam idem dedit, Stephani et reliquorum judicium in ea ostendens. Scripserat namque Stephanus prius de Heleno et Firmiliano. omnibusque finitimis populis, **398** se cum illis non communicaturum, eam ipsam ob causam, quod hæreticos rebaptizarent. « Et considera, inquit, magnitudinem rei. Certum enim est, de ea tn maximis episcoporum conventibus, ut audio, decreta esse facta, videlicet, ut qui ex hæreticis per pœnitentiam convertuntur, primum de recta fide per catechesim instituantur, deinde abluantur, veteris et impuri fermenti deponentes sordes. » Et paulo post : « Quin et dilectis nostris compresbyteris Dionysio et Philemoni, qui antehac suffragatores Stephani fuere, cum ad me de hisce rebus scripsissent, prius quidem paucis, nunc autem pluribus respondi. » Et de baptismo nunc hactenus. De hæresi autem Sabelli (1), quæ tum emergebat, mentionem faciens, « De dogmate, inquit, quod Ptolemaide, quæ una ex quinque civitatibus est, recens orto, impio prorsus, quippe quod multam blasphemiam in omnipotentem Deum, Patrem Domini nostri Jesu Christi, multam infidelitatem in unigenitum ejus Filium, primogenitum omnis creaturæ, inhumanatum Verbum, insensibilitatem autem Spiritus sancti continet, cum utrinque ad me pervenissent et decreta, et fratres disputaturi, quædam scripsi pro virili mea, Deo suppeditante, explanatius exponens omnia. »

A πρότερον καὶ περὶ Ἑλένου καὶ Φιρμιλιανοῦ, καὶ πάντων τῶν ὁμορούντων ἐθνῶν, ὡς οὐδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων διὰ τὴν αὐτὴν ταύτην αἰτίαν· ἐπειδὴ τοὺς αἱρετικοὺς, φησὶν, ἀναβαπτίζουσι. « Καὶ σκόπει τὸ μέγεθος τοῦ πράγματος. Ὄντως γὰρ δόγματα περὶ τούτου γέγονεν ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἐπισκόπων συνόδοις, ὡς πυνθάνομαι· ὥστε τοὺς προσιόντας ἀπὸ αἱρέσεων προκατηχηθέντας, εἶτ' ἀπολούεσθαι καὶ ἀνακαθαίρεσθαι τὸν τῆς παλαιᾶς καὶ ἀκαθάρτου ζύμης ῥύπον. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ τοῖς ἀγαπητοῖς δὲ ἡμῶν καὶ συμπρεσβυτέροις Διονυσίῳ καὶ Φιλήμονι, συμψήφοις πρότερον Στεφάνῳ γενομένοις, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν μοι γράφουσι, πρότερον μὲν ὀλίγα, νῦν δὲ καὶ διὰ πλειόνων ἐπέστειλα. » Καὶ περὶ μὲν τοῦ βαπτίσματος ταῦτα·

B ἐμφαίνων δὲ, ὡς τηνικαῦτα καὶ ἡ κατὰ Σαβέλλιον αἵρεσις ἐπιπολάρξουσα ἦν, ταῦτά φησι· « Περὶ γὰρ τοῦ νῦν κινηθέντος ἐν τῇ Πτολεμαΐδι τῆς Πενταπόλεως δόγματος, ἀσεβοῦς ὄντος καὶ βλασφημίαν πολλὴν περιέχοντος περὶ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ τοῦ Πατρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπιστίαν τε πολλὴν περὶ τοῦ μονογενοῦς Παιδὸς αὐτοῦ τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, ἀναισθησίαν δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐλθόντων ἑκατέρωθεν πρὸς ἐμὲ καὶ προγραμμάτων, καὶ τῶν διαλεξομένων ἀδελφῶν, ἐπέστειλά τινα ὡς ἠδυνήθην παρασχόντος τοῦ Θεοῦ διδασκαλικώτερον ὑφηγούμενος. »

CAPUT VIII.

De visione quæ Dionysio apparuit.

In tertia epistola de baptismo, quam ad Philemonem presbyterum Romanum scripsit hæc refert: « Ego vero etiam in scriptis, et traditionibus hæreticorum lectione versatus sum, opinionibus eorum impurissimis aliquantum animum meum polluens, utilitatem autem illam ab eis capiens, ut facilius eos apud me ipsum refellam atque repudiem, magisque etiam exsecrer ac detester. Atque equidem frater quidam presbyter ab eis legendis me arcebat, quod vereretur, ne in cœno malitiæ una cum illis involverer, neve anima mea novam et perniciem contraheret. Eumque cum vera dicere sentirem, **399** visio quædam divinitus exhibita et vox me confirmavit. Diserte namque et clare mandavit, dicens : Omnes versato, quos in manus acceperis, libros : disquirere enim, castigare et explorare omnia potes, quæ tibi etiam ab initio fidei complectendæ causa fuit. Visionem eam accepi apostolicæ voci congruentem, quæ firmioribus dicit : Estote spectati atque probati trapezitæ (2). » Deinde cum quædam de hæresibus omnibus dixisset, talia infert.

C

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τῆς ὁράσεως ἣν εἶδεν ὁ Διονύσιος.

Καὶ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν περὶ βαπτίσματος, ἣν Φιλήμονι τῷ κατὰ Ῥώμην πρεσβυτέρῳ ἐκτίθησι, ταῦτά φησιν· « Ἐγὼ δὲ καὶ τοῖς συντάγμασι καὶ ταῖς παραδόσεσι τῶν αἱρετικῶν ἐνέτυχον, χραίνων μὲν μου πρὸς ὀλίγον τὴν ψυχὴν ταῖς πεμμιάροις αὐτῶν ἐνθυμήσεσιν, ὄνησιν δ' οὖν ἀπ' αὐτῶν ταύτην λαμβάνων, τὸ ἐξελέγχειν αὐτοὺς παρ' ἐμαυτῷ, καὶ πολὺ πλέον βδελύττεσθαι. Καὶ δή τινος ἀδελφοῦ τῶν πρεσβυτέρων με ἀπείργοντος καὶ δεδιττομένου συμφέρεσθαι τῷ τῆς πονηρίας αὐτῶν βορβόρῳ, λυμανεῖσθαι γὰρ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἀληθῆ γε λέγοντος ὡς ἠσθόμην· ὅραμα θεόπεμπτον προσελθὸν ἐπέῤῥωσέ με· καὶ λόγος πρός με γενόμενος,

D προσέταξε διαῤῥήδην λέγων· Πᾶσιν ἐντύγχανε, οἷς χεῖρας λάβοις. Διευθύνειν γὰρ ἕκαστα καὶ δοκιμάζειν ἱκανὸς εἶ. Καὶ σοὶ γέγονε τοῦτο ἐξαρχῆς καὶ τῆς πίστεως αἴτιον. Ἀπεδεξάμην τὸ ὅραμα ὡς ἀποστολικῇ φωνῇ συντρέχον, τῇ λεγούσῃ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. » Εἶτα, τινὰ περὶ πασῶν εἰπὼν τῶν αἱρέσεων, ἐπιφέρει λέγων·

(1) Negavit is, Christum Filium Dei et primogenitum omnis creaturæ esse : simulque Spiritus sancti intellectum ademit.

(2) Euseb. lib. VII, cap. 7 : « Omnia legite, quæ bona sunt tenete. » Rufin. : Utile est hæreticorum nosse opiniones.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τῆς παμμιάρου τῶν αἱρετικῶν πλάνης· ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀθέου αὐτῶν βαπτίσματος· καὶ ὅσας ἐπιστολὰς ὑπὲρ τούτου ἐγραψεν.

A

CAPUT IX.

De improbo hæreticorum errore et seductione : item de impio eorum baptismo, et quas epistolas ea de re Dionysius scripserit.

« Τοῦτον ἐγὼ τὸν κανόνα καὶ τὸν τύπον παρὰ τοῦ μακαρίου ἡμῶν πάπα Ἡρακλᾶ παρέλαβον· τοὺς γὰρ προσιόντας ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, καίτοι ταῖς ἐκκλησίαις ἀποστάντας, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀποστάντας, ἀλλὰ συνάγεσθαι μὲν δοκοῦντας, καταμηνυθέντας δὲ ὡς προσφοιτῶντές τινι τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων ἀπελάσας τῆς Ἐκκλησίας, διώμενους οὐ προσήκατο, ἕως δημοσίᾳ πάντα ὅσα ἀκηκόασι παρὰ τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις ἐξέφρασαν. Καὶ τότε συνήγαγεν αὐτοὺς, οὐ δεηθεὶς ἐπ' αὐτῶν ἑτέρου βαπτίσματος. Τοῦ γὰρ ἁγίου πρότερον παρ' αὐτοῦ τετυχήκεσαν. » Καὶ ἱκανῶς γυμνάσας τὸ πρόβλημα, ἐπιφέρει λέγων· « Μεμάθηκα καὶ τοῦτο, ὅτι μὴ νῦν οἱ ἐν Ἀφρικῇ μόνον τοῦτο παρεισήγαγον, ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους ἐν ταῖς πολυανθρωποτάταις ἐκκλησίαις καὶ ταῖς συνόδοις τῶν ἀδελφῶν, ἐν Ἰκονίῳ καὶ Συνάδοις, καὶ πορὰ πολλοῖς τοῦτο ἔδοξεν· ὧν τὰς βουλὰς ἀνατρέπων, εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν αὐτοὺς ἐμβάλλειν οὐχ ὑπομένω. Οὐ γὰρ μετακινήσεις, φησὶν, ὅρια τοῦ πλησίον σου ἃ ἔθεντο οἱ κατέρες σου. » Ἡ δὲν πρώτη αὐτοῦ περὶ του βαπτίσματος τῷ κατὰ Ῥώμην Διονυσίῳ ἐστάλη, ἔτι τότε τοῖς πρεσβυτέροις κατειλεγμένῳ. Ὅτι δὲ λόγιός τε καὶ θαυμάσιος κἀκεῖνος, τεκμήρασθαι ἔξεστιν ἐξ ὧν οὗτος γράφει. Ἐν δὲ τῇ πρὸς ἐκεῖνον ἐπιστολῇ καὶ Νοβάτου μέμνηται οὕτω λέγων· « Νοβατιανῷ μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπειχθανόμεθα, διακόψαντι τὴν Ἐκκλησίαν, καί τινας τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας ἑλκύσαντι, καὶ περὶ Θεοῦ διδασκαλίαν ἀνοσιωτάτην ἐπεισκυκλήσαντι· καὶ τὸν χρηστότατον Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς ἀνελεῆ συκοφαντοῦντι· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ λοῦτρον ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον, καὶ τὴν τε πρὸς αὐτοῦ πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀνατρέποντι· τό τε Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ αὐτῶν, καί τις ἦν ἐλπὶς τοῦ παραμεῖναι ἢ καὶ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτοὺς, παντελῶς φυγαδεύοντι. » Ἡ γε μὴν πέμπτη αὐτῷ πρὸς τὸν Ῥώμης Ξύστον ἐγράφη· ἐν ᾗ πολλὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν εἰπὼν, καὶ τοιοῦτόν τι γεγονὸς ἐκτίθεται κατ' αὐτὸν, λέγων· « Καὶ γὰρ ὄντως, ἀδελφὲ, καὶ συμβουλῆς δέομαι· καὶ γνώμην αἰτῶ παρὰ σοῦ, τοιούτου τινὸς προσελθόντος μοι πράγματος, δεδιὼς μὴ ἄρα σφάλλωμαι. Τῶν συναγομένων γὰρ ἀδελφῶν τις πιστὸς νομιζόμενος ἀρχαῖος, καὶ πρὸ τῆς ἐμῆς χειροτονίας, οἶμαι δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ μακαρίου Ἡρακλᾶ καταστάσεως, τῆς συναγωγῆς μετασχὼν, τοῖς ὑπόγυον βαπτιζομένοις παρατυχὼν, καὶ τῶν ἐρωτήσεων καὶ τῶν ἀποκρίσεων ἐπακούσας, προσῆλθέ μοι κλαίων καὶ καταθρηνῶν ἑαυτὸν, καὶ πίπτων πρὸ τῶν ποδῶν μου, ἐξομολογούμενος μὲν καὶ ἐξο-

Hanc ego regulam et formam a beato nostro papa Heracla accepi. Ille siquidem quosdam ab hæresibus revertentes, quod ab Ecclesia defecissent, seu potius non defecissent, sed quod convenire et communicare quidem nobiscum viderentur, inducati autem fuerant quemdam aliena docentem consectari, qua de causa ab Ecclesia erant repudiati, obtestantes eos non prius admisit, quam publice quæ ab adversariis audivissent, omnia exposuissent (1). Et tum primum ad Ecclesiam eos perduxit, nihil prorsus in eis opus esse B baptismo alio judicans : sanctum enim Spiritum antehac ab eo obtinuerant. Ac quæstione hac pluribus tractata, ita infert : « Didici illud quoque, non solum nunc Africanos hoc perperam induxisse, sed et ab eis qui dudum ante nos episcopi in frequentissimis ecclesiis fuere, in conventibus fratrum, Iconii et Synadis, et præterea apud multos ita decretum fuisse. Quorum consilium rejiciens, in contentionem et rixandi studium eos conjicere supersedeo. *Non* enim *movebis*, inquit, *terminos proximi tui, quos constituerunt patres tui* [54]. » Quartam autem quam ad Dionysium Romanum de baptismo dedit epistolam, cum adhuc is in presbyterorum ordine esset, scripsit : quem Dionysium Romanum eximium et admirandum quoque fuisse, C satis ex nostri istius Dionysii scriptis colligitur. Porro in epistola quam ad eum dedit, sic etiam Novati meminit : « Novatum justis profecto de causis odimus, qui Ecclesiam discidit, fratresque quosdam ad impietatem et blasphemias pertraxit, et impurissimas de Deo doctrinas invexit. 400 Nam benignissimum Dominum nostrum Jesum Christum, ut immisericordem, more sycophantæ traducit. Ad hæc sacrum abolet lavacrum, fidem Christianam et confessionem evertit, et Spiritum sanctum ex hominum cordibus, si qua spes esset ut vel in eis maneret, vel ad eos reverteretur, prorsus propellit. » In quinta vero epistola ad Xystum Romanum data, dum multa contra hæreticos scribit, ejuscemodi quiddam sibi accidisse D hisce verbis refert : « Sededim, frater, consilia indigeo, et sententiam judiciumque tuum requiro, posteaquam hujusmodi quædam apud nos res accidit : vereor enim, ne halluciner. Fratribus quippe congregatis, fidelis quidam jamdudum ante meam etiam, imo quoque (ut opinor) ante beati Heraclæ ordinationem habitus, cum in cœtum nostrum venisset, et eos qui tum baptizarentur videret, interrogationesque et responsiones eorum audiret, accessit ad me flens, seipsumque complorans, atque

[54] Prov. XXII, 28.

(1) Inde est, quod hucusque resipiscentes ab hæresi propalam in ecclesia per recantationem, sive revocationem, errorem suum confitentes exponunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad pedes meos provolutus, confitens quidem et abjurans baptismum, quem ab hæreticis susceperat, non talem eum esse prorsus, neque quidquam cum hoc habere communionis dixit, quin etiam blasphemiis illum refertum esse asseveravit. Animam vero suam admodum compunctam esse, seque non audere oculos suos ad Deum, propter nefariam impuritatem scilicet dictorum factorumque illorum quibus initiatus esset, tollere dicens, obtestabatur ut reciperetur, et ad purissimum baptismi nostri lavacrum gratiamque admitteretur. Quod sane ego facere non ausus, dixi sufficere ei tam diuturnam nobiscum communionem, qui gratiarum actione exaudita, simul nobiscum Amen accinuerit, quique mensæ assistens manus ad exceptionem sancti alimenti porrexerit (1), et id susceperit, corporisque et sanguinis Domini nostri Jesu satis longo tempore particeps fuerit. Proindeque minime faciendum putavi, ut hæc denuo a principio retexerem atque renovarem. Bono autem animo eun esse jussi, et confidere, firmaque fide et conscientia bona ad communionem sanctorum mysteriorum accedere. Ille autem neque luctui modum fecit, neque præ timore et tremore ad mensam accessit. Atque ægre tandem eo est cohortationibus perductus, ut orationibus assistere sustineat. » **401** Alia quoque exstat ad Xystum epistola, in qua multa de hac quæstione verba facit. Itidem et alia de Luciano, et de quæstione eadem ad Dionysium Romanum episcopum data. De Dionysii epistolis in causa baptismi, satis.

A μνύμενος τὸ βάπτισμα, ὃ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βεβάπτιστο, μὴ τοιοῦτον εἶναι, μηδὲ ὅλως ἔχειν τινὰ πρὸς τοῦτο κοινωνίαν· ἀσεβείας γὰρ ἐκεῖνο καὶ βλασφημιῶν πεπληρῶσθαι· λέγων δὲ πάνυ τι τὴν ψυχὴν κατανενύχθαι, καὶ μηδὲ παῤῥησίαν ἔχειν ἐπᾶραι τοὺς ὀφθαλμούς μου πρὸς τὸν Θεόν, ἀπὸ τῶν ἀνοσίων ἐκείνων ῥημάτων καὶ πραγμάτων ὁρμώμενος, καὶ διὰ τοῦτο δεόμενος τῆς εἰλικρινεστάτης ταύτης καθάρσεως καὶ παραδοχῆς καὶ χάριτος τυχεῖν. Ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐτόλμησα ποιῆσαι, φήσας αὐτάρκη τὴν πολυχρόνιον αὐτῷ κοινωνίαν εἰς τοῦτο γεγονέναι. Εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ Ἀμὴν, καὶ τραπέζῃ παραστάντα, καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα, καὶ ταύτης καταδεξάB μενον, καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ μετασχόντα ἱκανῷ χρόνῳ, οὐκ ἂν ἐξ ὑπαρχῆς ἀνασκευάζειν ἔτι τολμήσαιμι. Θαρσεῖν δὲ ἐκέλευον καὶ μετὰ βεβαίας πίστεως καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως τῇ μετοχῇ τῶν ἁγίων προσιέναι. Ὁ δὲ οὔτε πενθῶν πέπαυται, πίφρικέ τε τῇ τραπέζῃ προσιέναι· καὶ μόλις παρακαλούμενος, συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται. » Καὶ ἄλλη δὲ Ξύστῳ ἐπιστολὴ φέρεται, ἐν ᾗ περὶ τούτου πολὺν παρατείνει λόγον. Ὁμοίως καὶ ἄλλη περὶ Λουκιανοῦ περὶ τοῦ τοιούτου ζητήματος, Διονυσίῳ τῷ Ῥώμης προσπεφωνημένη. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐπιστολῶν Διονυσίου τῶν περὶ τοῦ βαπτίσματος ταῦτα.

CAPUT X.

De persecutione Valeriani : et quæ tum Dionysius Alexandrinus episcopus passus sit.

Valerianus, post Gallum imperio suscepto, primum clemens et bonus visus est, atque erga homines Dei benevolus atque benignus. Neque enim alius quisquam, qui ante eum fuerant imperatorum, in illos propensior humaniorque fuit, ne illi quidem qui manifesto Christianismum erant complexit : adeo se ab initio mitem et placidum nobis præbuit. Tota namque domus ejus divini numinis cultoribus plena erat, eaque prorsus nihil aliud quam Dei ecclesia esse videbatur. Sedenim magorum Ægyptiorum synagogæ princeps et doctor, imposturas et præstigias magicas docens, ei persuadet, ut sanctos viros non tantum domo sua exigat, et quam longissime repellat, sed ferro quoque tollat, ut qui artibus incantationibusque illorum obstarent et resisterent. Restabant enim adhuc, qui perniciosorum pestiferorumque dæmonum actiones solo aspectu suo ac voce missa reprimerent. Talibus igitur consultoribus usus, Christum confitentes crudelissime persecutus est, et ad sceleratissima sacra animum adjiciens, impias obtulit victimas, pueros miseros occidens,

C

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τοῦ κατὰ Οὐαλλεριανὸν διώγμοῦ· καὶ ὅσα ἐν ἐκείνῳ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἔπαθε Διονύσιος.

Οὐαλεριανὸς δὲ τῶν περὶ Γάλλον ἐκποδὼν γεγενημένων, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρελθών, τὰ μὲν πρῶτα ἤπιός τις ἐδόκει καὶ ἀγαθὸς, τοῖς περὶ Θεὸν ἀνθρώποις φίλα φρονῶν. Οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις οὕτω τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων εὐμενῶς καὶ δεξιῶς πρὸς αὐτοὺς ἔσχεν, οὐδὲ οἱ προῦπτον τὸν Χριστιανισμὸν ἀσπασάμενοι, ὡς ἐκεῖνος προσφιλῶς τὸ καταρχὰς διετέθη. Πᾶς γὰρ ὁ οἶκος αὐτοῦ θεοσεβῶν ἔμπλεως ἦν· καὶ ἄντικρυς ἐκκλησίᾳ ἐῴκει Θεοῦ. Ἀλλὰ τῶν ἀπ' Αὐγύπτου Μάγων ὁ ἀρχισυνάγωγος, διδάσκαλός γε ὢν τῆς μαγγανείας καὶ τερατείας, πείθει τοὺς D μὲν ὁσίους ἄνδρας μὴ μόνον τῆς οἰκίας ἐξελαύνειν, καὶ ὡς πορρωτάτω ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ φόνῳ ὑπάγειν, ὡς ἐμποδὼν καθισταμένους ταῖς ἐκείνων μαγγανείαις τε καὶ ἐπαοιδίαις· καὶ γάρ που περιῆσαν ἔτι, οἳ καὶ μόνον ὁρώμενοι καὶ φθεγγόμενοι τὰς τῶν παλαμναίων δαιμόνων πράξεις ἀνέστελλον. Τούτοις γοῦν συμβούλοις προσχρώμενος, τοὺς μὲν τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντας ἀπηνῶς ἐξεδίκησε· θυσίαις δ' ἐξαγίστοις ἐπέκειτο, καὶ ἀνάγνους ἐπετέλει ἱερουργίας, παῖδας ἀθλίους ἀποσφάττων, καὶ τέκνα πατέρων δυστήνων ἀφειδῶς καταθύων, νεογνά τε

(1) In manus olim communicantibus Eucharistia data.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

antea quoque graviter adversus nos malignus spiraverit spiritus, simplex tamen et uniformis ea fuit calamitas. Deinceps vero horret progredi stylus. Interrumpitur namque, et quodammodo ingenti et violento variarum cladium impetu inhibetur : atque ei inundatione sanguinis martyrum, pelagi prorsus instar fluentis, cursum tenere non permittitur. Sed enim qui semel operi huic manus admoverimus, procedendum nobis est necessario. Itaque qui, ut potuimus, priora exposuimus, in hoc libro etiam res sub Diocletiano, eisque quos ille sibi in imperio adoptione ascivit, gestas persequemur. Sub iis enim maxima omnium persecutio est excitata. Et non ita multis, quæ certis in locis accidere calamitates, attingemus. Quasdam etiam singillatim memorabimus. Tum autem, quomodo tyranni sævissimi, qui supra modum crudelitate in nos exercuerunt, ad palinodiam et tyrannidis suæ recantationem sint redacti, postremoque interneçione interierint. Præterea, ut maximus ille Constantinus, Deo annuente, salutari instructus armatura, invictæque crucis signo armatus, regiones et terras omnes a prædonibus repurgarit **441** tyrannis, superstitionemque Græcorum nefandam exstirparit, et res nostras oppido quam inclinatas, ruinamque jam minantes, auxiliari adhibita manu restituerit, atque in perpetuum divini numinis nutu permansuras confirmarit, referemus. Et res sic habet.

A ἦν, δεινὸν μὲν κἀν τοῖς ἄνωθεν πνέοντος τοῦ πονηροῦ καθ' ἡμῶν πνεύματος, πλὴν ἁπλῶς καὶ μονοειδῶς· νῦν δὲ τοῖς ἐξῆς ὀκνεῖ προβαίνειν· ἀναστομοῦται δ' οἷον καὶ ὥσπερ ἀναχαιτίζεται, τῇ πολλῇ μὲν καὶ βιαίᾳ φορᾷ τοῦ πολυπλόκου κακοῦ, καὶ τοῖς τῶν μαρτύρων δ' οὐχ ἧττον αἵμασι κατὰ θαλάσσας ἀτεχνῶς ῥέουσιν, ἐπικλυζομένῃ, καὶ τοῦ πρόσω βαίνειν ἀνειργομένῃ. Λέγειν δ' ἀνάγκη καθάπαξ χεῖρα τῷ ἔργῳ ἐπιβαλοντι. Καὶ τοίνυν τὰ προλαβόντα ὡς ἐνὸν διελθόντες, ἐν τῷ παρόντι τὰ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν εἰσποιηθέντων ἐπέλθωμεν. Ἐφ' ὧν καὶ ὁ μέγιστος ἀνεκινήθη τῶν διωγμῶν. Μετρίως δὲ καὶ τῶν κατὰ τόπους δεινῶν ἐφαψόμεθα· καὶ μνήμην δὲ ἰδίως τινῶν ὁ λόγος ἡμῖν διαλήψεται· ὅπως τε τοῖς τὰ ἡμῶν τυ-
B ραννήσασι παλινῳδίαν ᾄδειν ἐγένετο· τόν τε τρόπον τῆς αὐτῶν ὑστάτης πανωλεθρίας· ἔτι δὲ καὶ ὡς ὁ πολὺς καὶ μέγιστος Κωνσταντῖνος, θείῳ νεύματι τῷ σωτηριώδει ὅπλῳ καθοπλισθεὶς τῷ ἀνικήτῳ σταυρῷ, τήν τε χώραν ἅπασαν τῶν τυράννων ἐκκαθαίρει ληστῶν, καὶ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀπελαύνει θρησκείαν· τά τε ἡμέτερα, εἰς γόνυ κλίνοντα καὶ καταπεσεῖν ἐπειγόμενα, ἀποχρῶσαν παρασχὼν χεῖρα, ἀνώρθωσέ τε, καὶ εἰσαεὶ ἐν βεβαίῳ ἑστάναι τῆς θείας ἡγουμένης ῥοπῆς, στερρῶς παρεσκεύασεν. Ἔχει δὲ οὕτως.

CAPUT II.

Ut res Christianorum, quæ antea pulchre steterant, intestina dissensione atque contentione a divina visitatione exciderint. Quæ quidem ad tempus permissione divina sic accidere.

Erat aliquando tempus, cum Christiana professio pulchre staret, gloriaque sua et libertate clara haberetur : Græcis juxta et Barbaris, quod divini verbi prædicatio ubique terrarum vigeret, grata et accepta. Hujus rei certa documenta sunt, cum magnorum principum erga homines nostros egregia benevolentia et humanitas, ac gentes quædam, quarum provinciæ Christianis administrandæ datæ sunt : tum imperatores ipsi Romani, et maximi quique magistratus, qui res aulicas et domesticas suas nostris curandas commiserunt. Eos quippe
D propter egregiam spectatamque fidem præesse aliis, atque honore dignitateque præcellere oportere judicarunt. Satis id declaravit Dorotheus ille, qui neminem honore ex magistratibus et præfectis omnibus, propter bonæ mentis integritatem et fidem habuit parem : et præclarus Gorgonius, atque alii eis pares : qui etiam ad supremum honorem sunt assumpti, propter fidei sinceritatem. Ac per ejuscemodi viros in locis passim quibusque Ecclesiarum antistitibus non parum accidit opis et consolationis. Ostendunt id quoque plurimorum millium hominum in oratoriis domibus cœtus et conventus habiti : quæ oratoria, cum propter angustiam, confluentem tantam multitudinem non caperent, cernere erat, ex parvis initiis et fundamentis, in

C

ΚΕΦΑΛ'. Β.

Ὅπως τὰ ἡμέτερα πρότερον καλῶς ἔχοντα, τῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι καὶ φιλονεικίᾳ ἄμοιρα τῆς θείας ἐπισκοπῆς ἐγένοντο οἰκονομικῶς πρὸς καιρόν.

Ἦν ὅτε τὰ ἡμέτερα εἶχε καλῶς, δόξῃ καὶ παῤῥησίᾳ ἐνσεμνυνόμενα, τοῦ θείου λόγου ἁπανταχοῦ τῆς γῆς δυόντος, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις παραδόξως εἰσδεχόμενα καὶ τιμώμενα. Καὶ οὐκ ἀγεννῆ τεκμήρια ἦσαν ἥ τε τῶν κρατούντων δεξίωσις, καὶ ἔθνη τινά, ὧν τὴν ἡγεμονίαν ἡμῖν ἐνεχείριζον, τά τε βασίλεια, καὶ ὅσοι ἐπὶ τῶν ἀρχῶν ἦσαν, τὰ κατ' οἴκους τοῖς ἡμετέροις ἐπιτρέποντες. οὓς θεὰ τὴν τῆς πίστεως περιφάνειαν ἐξόχους τε καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς ὑπερέχειν ἔκρινον δεῖν. Ἔδειξε τοῦτο Δωρόθεος ἐκεῖνος, ὁ μηδενὶ τὸ ἴσον ἐάσας ἔχειν αὐτῷ τῆς τιμῆς τοῖς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἡγεμόσιν εὐνοίας χάριν καὶ πίστεως· ὅ τε περιβόητος Γοργόνιος, καὶ ἄλλοι ἐπίσης αὐτοῖς ἔχοντες, καὶ τῆς ἀνωτάτω ἠξιωμένοι τιμῆς διὰ τὸ τῆς πίστεως γνήσιον. Δι' οὓς καὶ οἱ κατὰ χώρας τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόνες οὐκ ἐλαχίστης θεραπείας ἠξίωντο. Πρὸς δὴ τούτοις ἐναργῶς ἐδείκνυ καὶ ἡ μυρίανδρος ἐκείνη τῶν προσευκτηρίων οἴκων συναγωγή· ὧν στενοχωρουμένων διὰ τὸ πλῆθος, εὐρείας ἦν ἐξ αὐτῶν ἰδεῖν κορυφάδων, εἰς πλάτος ἅμα καὶ μέγεθος κατὰ πάσας χώρας ἐκκλησίας ἀγειρομένας· ἃ δὴ καὶ τῷ χρόνῳ προσήκοντι εἰς αὔξησιν καὶ αὐτὰ ἐπεδίδου, οὐδενὸς τολμῶντος εἴργειν, καὶ φθόνῳ βασκαίνοντι ἀφανίζειν, τῆς θείας καὶ οὐρανίου χειρὸς φρουρούσης, καὶ τῶν ἐπιβουλῶν ἄνω τιθείσης αὐτά. Ἐπεὶ δὲ τῷ πολλῷ τῆς ἐλευθε-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ριας ἐπὶ τὸ χαῦνόν τε καὶ πωθρὸν τὰ καθ' ἡμᾶς μετεπλάττετο. ἡμῶν αὐτῶν κατ' ἀλλήλων τοῖς φθόνοις ὁπλιζομένων, καὶ δόρασι τοῖς λόγοις προσχρώμενοι, ἀγεννῶς οὕτως ἐστασιάζομεν, ὑπόκρισις δέ τις καὶ εἰρωνεία εἰς ὅσον οὐκ ἐγχωροῦν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς εἰσερθάρη, καὶ ἡ κακία ἐπὶ μεῖζον προύχώρει, τὸ μὲν θεῖον ὄμμα, ὥσπερ ἔθος αὐτῷ περισμένως τε ἡμῶν ἅπτετο, καὶ μετρίως τὰ τῆς ἡμετέρας ἐκοσείτο ἐπισκοπῆς. Καὶ πρῶτα μὲν τὰ δεινὰ ἐπεχώρει ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς στρατείαις ἡμῶν ἀδελφῶν· ὡς δέ καὶ ἔτι πόρρω ἦμεν αἰσθήσεως, καὶ οὐχ ὅπως ἱλεώσασθαι τὴν καθ' ἡμῶν ὀργὴν ἐσκοποῦμεν· τοὐναντίον δ' ἂν καὶ κακίας ἄλλας προσεκπερίβομεν· ὥσπερ εἰ μηδ' ἧν ὁ ἐπισκοπῶν καὶ πρὸς λόγους ἕκαστα διευθύνων· οἵ τε δοκοῦντες ἐν ἡμῖν τῆς θρησκείας στηρίγματα, καὶ ποιμενικῶς ἐξηγούμενοι, τοὺς θείους θεσμοὺς παρωσάμενοι, φιλονικεῖν ἠροῦντο, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀναφλεγόμενοι, ἐξ ἔριδος εἰς ἔριν τὸ κατ' ἀλλήλων μῖσος ἐπὶ μέγιστον ηὔξησαν, τὸ φιλαρχεῖν δικαιοῦντες τυραννικώτερον· τηνικαῦτα τὰ τῆς Γραφῆς ἐκεῖνα ἦν ὁρᾶν· Ἐγνόφωσεν ἐν ὀργῇ αὐτοῦ Κύριος τὴν θυγατέρα Σιών· καὶ κατέρριψεν ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν τὴν δόξαν τοῦ Ἰσραήλ. Καθεῖλε πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ, καὶ κατέστρεψε τὴν διαθήκην τοῦ δούλου αὐτοῦ· καὶ ἐβεβήλωσεν εἰς γῆν, διὰ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως, τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ, καὶ ὅσα ἑξῆς. Νῷ γὰρ ἐξ αὐτῶν ἀσκούμενοι τῶν χρηπίδων εἰς ἔδαφος κατερράσσοντο· τά τε ἱερὰ γράμματα ἐπὶ μέσης ἀγορᾶς προκείμενα, πυρὸς ἦν δαπάνη· οἱ δὲ προύχοντες ἐν ἡμῖν, ὧδε κἀκεῖσε διαδιδράσκοντες, φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύοντο. Ἄλλοι δὲ καὶ ζωγρούμενοι, αἰσχρόν τι παίγνιον ἦσαν τοῖς ἡμῶν ἐπηρεασταῖς· ὅτε καὶ κατ' ἄλλον δῆτα προφήτην, Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας· καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ καὶ οὐχ ὁδῷ. Ἀλλὰ τὸ μὲν τοιαῦτα ἱστορεῖν οὐχ ἡμέτερον· πλὴν ὅσον ἐνδείξασθαι τὴν θείαν κρίσιν, καὶ δικαιώσασθαι κατὰ λόγον προηγμένην ἐφ' ἅπασιν. Ἀλλὰ τούτων τέως ἀφέμενοι, ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἴωμεν τῶν μαρτύρων ἄθλους ἐν ἐπιτόμῳ τὰ κατ' αὐτοὺς διερχόμενοι. Πρῶτον οὖν ὅπως εἶχε τὰ τῆς ἀρχῆς διηγήσομαι.

A augusta, amplitudine et magnitudine admiranda, in locis omnibus excitari atque construi templa. Quæ ipsa temporis processu deinde incrementa quoque ampliora cepere, cum qui ea ædificari atque augeri prohiberet, aut per fascinantem invidiam aboleret, nemo esset. Sic ea cœlestis manus custodivit, atque extra insidiarum omnium aleam posita esse voluit. Posteaquam autem per multam libertatem nostram, in mollitiem et languorem professionem fidei convertimus, atque invidia stimulati, armari ipsi contra nos cœpimus, orationibusque et scriptis pro hastis et spiculis usi, turpiter fœdas seditiones excitavimus: **442** proindeque simulatio quædam et dissimulatio quam potuit maxime in Ecclesiam involavit, et malitia vires B majores accepit, oculus Dei more suo benigne nos castigando visitavit, et paterne coercuit. Ac primum quidem ærumnæ a fratribus castra et militiam sectantibus incepere. A quarum sensu cum adhuc longius abessemus, tantum abest ut de placanda justa Dei in nos ira cogitaremus, ut etiam insuper omne genus malitiæ et peccatorum aliorum, ad pristina delicta accumularemus: perinde atque non esset qui hæc consideraret atque specularetur, quive rationem istorum omnium flagitaret. Cæterum qui sibi religionis nostræ columnæ esse videbantur, et munus pastorale gerebant, divinis sanctionibus et legibus abjectis, ad contentionis studium prolapsi, et vehementius inter se ardore quodam concitati, dissidium ex dissidio severe, ac mutua odia magis ac magis adauxere, C ambitionem et cupiditatem dominandi vindicantes, et tyrannorum more contentiose ad se pertrahentes. Tum scilicet evenire ea, quæ Scriptura refert, vidimus: *Obscuravit in ira sua Dominus filiam Sion, et disjecit e cælo in terram gloriam Israel. Destruxit omnes sanctificationes ejus, et evertit fœdus servi sui. Et profanando prostravit in terram,* per ecclesiarum vastationem, *sanctificationem ejus,* » et quæ sequuntur. Templa namque, ex ipsis revulsa fundamentis, solo æquata sunt, et sacrosancta scripta in medio foro conflagrarunt. Qui vero honore inter nos excellebant, hinc et inde cursitantes, fuga saluti suæ consuluerunt. Alii porro in fuga excepti, ludibrium fuere eorum qui nobis insultant. Cum etiam, juxta alium prophetam, *effusus est contemptus in principes, et errare fecit eos in invio, et non via.* Verum hæc persequi oratione nostrum non est, præterquam ut divinum judicium indicemus, eique justitiæ laudem tribuamus, quod videlicet certa et æqua ratione procedit in omnes. Sed his a nunc omissis, ad sacra martyrum certamina, breviter ea exposituri, procedemus. Primum autem quomodo se Romani imperii res habuerint, dicemus.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὡς Διοκλητιανὸς Μαξιμιανὸν τὸν Ἐρκούλιον συνάρχειν εἵλετο· καὶ ὡς τὸν καθ' ἡμῶν ἐπήνεγκε διωγμόν.

Διοκλητιανός, ὥσπερ εἴρηται, τὴν βασιλείαν παραλαβών, ἐπεὶ κατὰ Χριστοῦ μάχην κινεῖν τῶν πώποτε μνημονευομένων χαλεπωτάτην ᾑρεῖτο, τὴν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων γενναίαν ἔνστασιν εἰδὼς καὶ ἀντιπαράταξιν· ἐπεὶ πρὸς τοιούτους καὶ τοσούτους

443 CAPUT III.

Ut Diocletianus Maximianum Herculium socium sibi imperii allegerit, etu t is persecutionem contra nos instituerit.

Diocletianus, uti dictum est, imperio accepto, cum contra Christum quantum antea nunquam fuisset, bellum movere constituisset, martyrum Christi magnitudinem animi, robur, et fortitudinem satis perspectam habens, quod cum tam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

eximiis bellatoribus sibi certamen fore videret, A in primis curandum sibi putavit, ut seipsum confirmaret, atque ita demum confidentius prælium iniret: homine pari secum ingenio et crudelitate Maximiano (1) Herculio reperto, eum sibi ut æqua potestate imperium administraret, ascivit. Quo tam eximio tyrannorum pari, accommodato sibi prorsus et proprio, maxime usus fidei nostræ hostis, tanquam volucris supra eam quæ sub cœlo est terram volitavit, omnes in potestatem suam redigere, et Christi nomen ex ipsis, quod dicitur, fundamentis eruere satagens. Atque equidem primum non uno statim impetu persecutionem contra nos, sed insidiose, atque, ut ita dicam, clandestine est aggressus. A principio igitur Christianis affligendis, consilii sui in exercitu et castris B periculum fecit. Facile enim ex sententia cœptum sibi successurum putavit, si illos sensim quodammodo et arte circumventos vicisset. Et multi sane ex ordine militari, propter insignem erga divinum numen pietatatem, vitam privatam honoribus quibuscunque prætulerunt. Postquam enim lustrator et repurgator exercitus, idemque persecutionis auctor, optionem militibus Christianis illam obtulit, ut vel ipsi obsequentes ordinibus ducendis honoribusque gerendis cum aliis participes fierent, vel constitutionum imperialum auctoritate contempta militiam relinquerent: quamplurimi tum Christi milites eam quæ videbatur esse felicitatem abjecerunt, parati non dignitatem et honorem tantum deponere, sed etiam mortem, si adversarius illis C acrius instaret, obire. Id quod a principio in uno atque in altero est perspectum. Rarius enim id insidiosi cœpti auctor est ausus. Certamen namque cœptum usque ad sanguinis fidelium effusionem producere, simulque bellum contra omnes excitare, adhuc quadam quasi desidia distulit. Ut autem seipsum nudavit, totusque in persecutionem incubuit, oratione nulla explicari potest, quanta ubique per omnia fere loca et oppida fortissimorum Christi martyrum multitudo sit exhibita. Primum quidem ubique circumferebantur et proponebantur imperialia edicta (2), ut templa solo æquarentur, divinæ Scripturæ 444 comburerentur, magistratus et honores gerentes cum ignominia in ordinem redigerentur, servi Christianismum abjurantes libertate donarentur. Atque hæc quidem prima scripta complectebantur: deinde vero parvo intervallo alia sunt edicta proposita, quibus imperabatur, ut ecclesiarum præsides, ubicunque locorum essent, vincirentur: utque eisdem, quibuscunque fieri posset modis, necessitas dæmonibus sacrificandi imponeretur.

ἦν αὐτῷ ὁ ἀγών, ἔγνω δεῖν πρῶτον ἐπιῤῥῶσαι αὐτόν. καὶ οὕτω τὸν ἀγῶνα καταδῦναι· θαῤῥῆσαι καὶ δὴ ἄνδρα εὑρὼν ὅμοιον αὐτῷ καὶ τρόπον καὶ τὴν ὠμότητα, τούτῳ συνδιαφέρειν τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπιτρέπει. Μαξιμιανὸς ὁ Ἐρκούλλιος οὗτος ἦν· οἷς ζεῦγος ἄριστον ὁ τῆς πίστεως ἡμῶν τύραννος προσφυές τε καὶ οἰκεῖον μᾶλα χρησάμενος, τὴν ὑπ' οὐρανὸν πτηνός τις διέθει, πάντας ἴσως θέσθαι χειρῶν, καὶ τὴν Χριστοῦ κλῆσιν ἐξ αὐτῶν, ὅ φασι, κρηπίδων ἀνασπάσαι πειρώμενος. Καὶ δὴ τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀθρόως τῷ καθ' ἡμῶν ἐπέβαλε διωγμῷ. Ἐπιβούλως δὲ καὶ κρύβδην. ὡς ἄν τις φαίη. Εὐθὺς μὲν οὖν τοῦ στρατοπέδου ἀποπειρώμενος ἦν. Ὤμετο γάρ οἱ ἐκ τοῦ ῥᾴστου προχωρήσειν αὐτῷ τὸ ἀγώνισμα, εἰ τούτων ἠρέμα πως καὶ τεχνικῶς περιγένοιτο. Πολλοὶ μὲν οὖν ἐκείνων τῆς περὶ τὸ θεῖον χάριν στοργῆς τὸν ἰδιώτην βίον ἠσπάζοντο. Ἐπεὶ γὰρ ὁ φυλοκρινῶν καὶ δῆθεν ἀνακαθαίρων τὸ στρατόπεδον αὐτὸς ἦν ἐγχειρῶν, ὡς ἄν τις εἴποι, τῷ διωγμῷ, αἵρεσίν τε παρεῖχεν ἢ μετεῖναι αὐτοῖς τῆς τιμῆς πειθομένοις, ἢ τοις βασιλικοῖς θεσπίσμασιν ἀντιφερομένοις ἀπολείπειν τὴν τάξιν· τηνικαῦτα πολὺ πλείους Χριστοῦ στρατιῶται τὴν νομιζομένην εὐπραγίαν παρωσάμενοι ἀνεδείκνυντο, οὐ τὴν ἀξίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ θάνατον αὐτὸν τῆς ἐνστάσεως ἀμειβόμενοι. Ἓξ που μὲν καὶ δύο καταρχὰς· καὶ γὰρ σπανίως ὁ τὴν ἐπιβουλὴν ἐνεργῶν ἐπετόλμα. Καὶ μέχρις αἵματος τῷ πλήθει διαγωνίζεσθαι τῶν πιστῶν, ὁμοῦ τι κατὰ πάντων τὸν πόλεμον ἐφορμᾷν, ἀποκναίων ἦν ἔτι καὶ ὥσπερ ἀναδυόμενος. Ὡς δὲ παρεγύμνου ἑαυτὸν, καὶ ὅλος τῆς ἐγχειρήσεως ἦν, οὐδὲ λόγῳ ῥᾴδιον, ὅσοι καὶ οἷοι κατὰ πάσας σχεδὸν καὶ πόλεις καὶ χώρας Χριστοῦ μάρτυρες ἀνεδείχθησαν. Ἀπανταχοῦ μὲν οὖν πρότερον γράμματα διεφοίτα βασιλικὰ νεὼς μὲν εἰς ἔδαφος καταβάλλειν, Γραφὰς δὲ θείας ἀφανεῖς πυρὶ κακθιστᾷν· τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἐν ἀτίμῳ εἶναι, καὶ τοὺς οἰκέτας ἐξομνυμένους ἐλευθερίᾳ τιμᾷν. Τοιαῦτα μὲν ἡ πρώτη περιεῖχε γραφή· οὐ πάνυ δὲ διαλιπὼν, καὶ δεύτερα κατέπεμπε γράμματα, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόνας, ὅπῃ ποτὲ γῆς εἶεν, δεσμοῖς περιβάλλεσθαι· εἶτ' ἀνάγκην ὅτι πλείστην ἐπάγειν, καὶ δαίμοσιν ἐπιθύειν.

CAPUT IV.

De moribus sanctorum, qui in ea persecutione fortiter decertarunt.

Ibi tum videre erat, multos ex eo numero incredibiles tormentorum cruciatus constantissime perferre. Erant etiam qui animorum torpedine infirmores, ad primum cederent terrorem. Et varia sane pœnarum proponebantur genera. Hic enim

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ τοῦ τρόπου τῶν κατὰ τὸν διωγμὸν ἀγωνισαμένων.

Τηνικαῦτα ἦν ἰδεῖν πολλοὺς τῶν τοιούτων ἀμύθητόν τινα βασάνων πεῖραν καρτερῶς διαφέροντας. Ἦσαν δὲ οἱ κἀκ πρώτης νάρκης ψυχῆς ἀσθενήσαντες, ὑπεχώρουν. Διάφορα δὲ κολαστηρίων εἴδη προὐβέβλητο, Ὁ μὲν γὰρ μάστιγας καθ' ὅλου τοῦ σώ-

(1) Al. *Maximinianum* vocant.
(2) Ut hoc eodem tempore feriis Paschalibus ubique fieret, institutum mandatumque fuerat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ιρεν · ὁ δ' ἐστρεβλοῦτο, καὶ τοῖς ξεσμοῖς ἐς ιήκουσιν ἐκαρτέρει. Ἐν οἷς ἦσαν οἱ καὶ τὸ πέρας ἐλάμβανον. Ἄλλοι δ' ἄλλως διηγω- Ὁ μὲν γάρ τις βίᾳ συνωθούμενος, ταῖς θυσίαις προσήγετο, καὶ μὴ θύσας, ὡς ἀπήλλακτο · ἄλλος μηδὲ τὰ ἐναγῆ κατιδών, ι ἄλλος εἴρηκε τεθυκέναι, σιγῇ τὴν συκο- φέρων ἀπῄει · ὃ δ' ἀπαίρων ἔτι, ὡς τεθνη- τάπαν ἐρρίπτετο · ἄλλοι δ' ἐκεῖνον τοῖν πο- οντες, εἶλκον, ὡς κἀκεῖνον συμπαραλαβόντες ασιν. Ἄλλος μέγα κράζων, τὴν συκοφαν- τρίβετο, μὴ θῦσαι διατεινόμενος. Τῷ δὲ, ὅς εἰμι, μέγα βοᾷν, κόσμος ἦν. Ἄλλος, ὡς, εν, οὐδέ γε θύσειν πώποτε στερρῶς διετεί- λ' οὐδὲ οὗτοι ἀπείρατοι δεινῶν ἦσαν · στρα- τὲ χειρὶ κατὰ στόμα παιόμενοι, πύξ τε πα- τὶ πρόσωπα ἐντεινόμενοι, ἐξηλαύνοντο ἐπι- ι τὴν σιγήν. Οὕτως οὐ μόνον τὸ πρᾶξαι, δόξαι ἀνυσαι περὶ πλείστου πεποίηντο οἱ ; Ἀλλ' οὐ κατὰ τῶν ἀληθῶν τῆς εὐσε- ωνιστῶν χώραν εἶχε ταῦτα καὶ παῤῥησίαν · ἀκριβῆ κατὰ μέρος διήγησιν ποῖος ἂν ἀρ- ιστᾷν λόγος;

A flagella corpore tota perferebat, ille autem constrictus torquebatur, et ungulas alte penetrantes tolerabat. Cui supplicio quidam etiam immoriebantur, et alii aliter cum cruciatibus luctabantur. Quidam etiam per violentiam protracti, et ad impura sacrificia adducti, cum non sacrificassent, sed tamen veluti sacrificassent, liberi dimittebantur. Inveniebantur quoque, qui exsecranda sacra ne conspexissent quidem : sed quod ab aliis sacrificasse jam dicerentur, silentio fraudem eam et sycophantiam tegentes abibant. Aliquis adhuc spirans et decedens tanquam jam mortuus omnino projiciebatur : atque cum ipsum alii pedibus tractum, perinde atque cum aliis sacrificaturum corripiebant. Aliquis rursum ingenti clamore vociferans, dolumque et sycophantiam a se amoliens, minime se sacrificasse affirmare perseverabat. Nonnulli ornamento erat, quod Christianum se esse acclamare pergebat. Alius se neque sacrificasse, neque unquam sacrificaturum esse, constanter contendebat. Verum ne illi quidem malorum expertes erant : milites enim pugnis os, maxillas et facies eorum diverbeantes, pulsabant, atque eos silere jussos repellebant. Adeo B

ım si quod volebant perfecissent, sed etiamsi id perfecisse viderentur, pestes illæ plurimi du- ied hæc adversus veros et germanos pietatis propugnatores atque decertatores locum non t : quorum constantiæ et fortitudinis accuratam plenamque commemorationem nulla pro- est exsequi oratio.

ΚΕΦΑΛ. Ε'. C

ου τὸ δυσσεβὲς πρόσταγμα διαῤῥήξ ἐν Νικομηδείᾳ, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς βα- ῆς οἰκίας μαρτυρησάντων.

; τοίνυν τῶν ἐπισήμων ἀνήρ τις, καὶ τῶν ων ἐν ὑπερεχούσαις ἀρχαῖς διαπρέψαι, τὴν γραφὴν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἀναγινώ- κατὰ Νικομήδειαν, ζήλῳ θείῳ ῥωσθείς, καὶ ίαν πυρποληθείς, ὡς ἐναγῆ τε καὶ ἐξάγι- μέσου δὴ προκειμένην λαβών, εἰς λεπτὰ ἐσπαραττε · καὶ ταῦτα καὶ τῶν δύο βασι- πόλει ἐνδημούντων. Τοῦτο τοίνυν δράσας, πὶ μεγίστῳ τολμήματι, οἷα ἦν εἰκὸς, παθών, καὶ εἰς ἔσχατον ἀναπνοῆς τὸ γενναῖον πρώ- καρτερικὸν ἕν τε παῤῥησίᾳ καὶ ἄθλων ἀλ- ἐπιφοραῖς λαμπρῶς ἀνεδείζατο. Μετὰ δὲ D κατὰ τοὺς βασιλικοὺς οἴκους, οἱ περὶ Πέ- ὶ καὶ Δωρόθεον, Μυγδόνιόν τε καὶ Γοργό- πώποτε μνημονευομένων ἕν τε βαρβάροις ησιν ἐπ' ἀνδρίᾳ γεγόνασι διαβόητοι. Δόξης ύντως τοῖς δεσπόταις ἠξιωμένοι, ὡς μηδὲν ὺν γνησίων παίδων ὅσον τὰ ἐς διάθεσιν, ἐν ὗτα καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου σκηνὴν ἐλογί- ὡς τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ παθεῖν ἑλίσθαι, καὶ καινὰ τῶν βασάνων καινὴν ἐπιδείκνυσθαι προθυμίαν. Ὡς γὰρ ἐφωράθη Πέτρος, εἶλ- μέσης τῆς Νικομηδείας. Ἐπεὶ δ' ἀπηγό- ν, γυμνὸς μετάρσιος αἴρεται, καὶ ἀφειδῶς το · ἵνα κἂν ἄκων ἐκβιασθεὶς, ὃ ἀπηγόρευε Ὡς δὲ καὶ ἔτι ἀνθίστατο γενναιότερον τῶν

445 CAPUT V.

De eo Christiano, qui Nicomediæ impium imperatoris edictum concerpsit : et de eis qui ex ipsius imperatoris aula martyrio sunt perfuncti.

Ex celebrioribus viris quidam, magnis defunctus honoribus, ubi Nicomediæ edictum contra pietatem legi audisset, ardore divino confirmatus, atque æmulatione vehementi in animo suo incensus, scriptum id, ut dirum et exsecrandum, sicuti publice propositum erat, arripuit, atque in minutissimas partes conscidit, cum quidem ea in urbe uterque imperator adesset. Quo commisso facinore, perinde atque in audacissimo atque maximo crimine, gravissimas quales verisimile erat eum subiturum pœnas pendens (1), ad extremum usque spiritum, propalam in summis exquisitissimisque cruciatuum tormentis, liberum illum quem prius habuerat, generosumque et constantem animum magnifice ostendit. Secundum hunc, imperatorum domestici et familiares, Petrus, Dorotheus, Mygdonius et Gorgonius, omnium qui unquam apud Græcos et Barbaros celebrati sunt, fortitudinis laude maxime præstantes, cum abunde gratia et existimatione apud heros suos ita pollerent, ut illis non minus quam germani filii chari essent, pro nihilo tamen ea omnia reliquamque vitæ hujus scenam duxere, præ eo ut pro Christo paterentur, et ad novos carnificum cruciatus novam etiam animorum afferrent promptitudinem et alacritatem. Petrus namque comprehensus, per mediam Nicomediam est tractus :

αῦτα οἷα καὶ εἰκὸς ἦν ὑπομείνας. Euseb. lib. VIII, cap. 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

atque ubi simulacris sacra offerre renuit, denudatus, atque in sublime suspensus, crudelissime est diverberatus, ut vel invitus, et tantis tormentis adactus, quod recusaverat, facere cogeretur. Sed enim cum etiam tum fortiter in sententia persisteret, et jam ossa flagrorum fustiumque ictibus nudata apparerent, salem aceto mistum tortores in membra diffluentia infuderunt atque intriverunt. Sed et hoc tormentum cum ille superasset, ignis est constratus, et craticula posita : super hanc ille collocatus : sic carnes ipsius, aliarum edulium carnium instar, paulatim igni tostæ atque frixæ sunt. Et carnifices non prius se remissuros quidquam de tantis suppliciis, quam ille imperata fecisset, confirmabant. Ille autem cum totus in eo esset, fartiter illis resisteret, in ipsis tantis cruciatibus victoriæ corona ornatus decessit. Ac ille quidem martyrio ita est defunctus. Reliqui autem non minus fortasse tormentorum pertulere, quæ brevitatis causa peætermittimus : et illud duntaxat adjicimus eos post multos insustentabilesque cruciatus postremo laqueo vint finiisse. **446** Qui omnes exsequiarum quidem et sepulturæ justa consecuti, deinde vero effossi, in mare sunt conjecti : ut ne, sicuti dicebatur, in sepulcris positi, dii esse judicarentur.

A ὁστέων διαφαινομένων ἤδη αὐτῷ, ὄξος σὺν ἅλατι μίξαντες, κατὰ τῶν διασπέντων μελῶν βαλόντες ἀνέτριβον. Ὡς δὲ καὶ τούτων ὑπέρτερος ἦν, ὑπέστρωτο πῦρ, καὶ ἐσχάρα τῷ πυρὶ ἐπετίθετο. Ὁ δὲ ἄνωθεν ἥπλωτο · καὶ τῷ πυρὶ κατὰ βραχὺ αἱσάρκες δίκην ἐδωδίμων κρεῶν ἀποτηγανιζόμεναι διελύοντό Οἱ δὲ καὶ μετὰ τοσαῦτα οὐ πρὶν ἀνεῖναι διετείνοντο μέχρις ἂν τὸ προσταχθὲν ἐκτελέσειε. Καί γ' ἐκεῖνος ὅλος τῆς ἐνστάσεως ὤν, ἐπ' αὐταῖς βασάνοις στεφανίτης ἀνέδραμε. Τοιοῦτον μὲν οὖν τούτῳ τὸ τέλος · οὐ μεῖον δ' ἴσως καὶ τοῖς λοιποῖς · ἃ λόγου συμμετρίας φειδόμενοι παραλείψομεν, τοῦτο μόνον εἰπόντες ὡς ἐκεῖνοι μετὰ πολλὰς καὶ ἀφορήτους βασάνους βρόχῳ τοῦ ζῆν ἀπηλλάγησαν. Οἳ δὴ πάντες τῆς προσηκούσης ὁσίας τυχόντες, ἔπειτ' ἀνορυχθέντες, μυχοῖς θαλλατίοις ἐναπορρίπτονται · ὡς ἂν γε, φασί, μὴ ἐν μνήμασι κείμενοι, θεοὶ νομισθεῖεν.

CAPUT VI.

De beato obitu viginti millium in Nicomedia martyrum : et de Inde eunucho, et Domna, martyribus.

Post hoc Domna virgo, et Indes eunuchorum fidelissimus, in judicium sunt producti. Postquam enim Anthimi Nicomediæ episcopi institutione et opera divinam consecuti fuerant gratiam, quidquid habuerant in imperiali aula favoris, id omne fovendis curandisque pauperibus insumpserant. Et cum Diocletianus expeditionem bellicam adversus (1) Æthiopes suscepisset, præfectus eunuchorum, cui civitatis cura mandata fuerat, cognita in Christum fidei professione Indæ et Domnæ, quæ in aula principum sacerdos idolorum fuerat, in carcerem eos demisit. Ibi Domna vultu in speciem distorto, a dæmonio se correptam esse assimulavit : et ob eam causam Anthimo episcopo, cujus eximia erat ingentis adversus dæmones potestatis fama, tradita est. Reversus eo imperator, ubi eam rem cognovit, eunuchum statim securi percuti jussit : furoremque suum omnem contra asceteria emisit, et persecutionem ab omni humanitate alienissimam in nos concitavit. Quo tempore puellæ multæ, quæ ibi piis studiis virginitatem conservare studebant, in martyrii stadio constantissime decurrerunt. Cum quibus et Glycerius, inter presbyteros primas tenens, cum varia tormenta egregie vicisset, totoque corpore nervis bubulis concisus fuisset, igni tandem est exustus. Permulti quoque senatores, et qui militaribus ordinibus allecti fuerant, præclari viri, sunt jugulati : quibus omnibus non aliud quam veræ pietatis crimen est objectum. Verum enim vero cum natalis Christi festus adesset dies,

ΚΕΦΑΛ. ς'.

Περὶ τοῦ μακαρίου τέλους τῶν ἁγίων δυσμυρίων τῶν ἐν Νικομηδείᾳ · καὶ περὶ Ἴνδου καὶ Δόμνας.

Πρὸς τούτοις ἡ παρθένος Δόμνα καὶ Ἴνδης, ὁ τῶν εὐνούχων πιστότατος, δικαστηρίῳ παρίστανται. Πρὸς γὰρ Ἀνθίμου τοῦ τῆς Νικομηδείας κοιμένος C ἀξιωθέντες τῆς χάριτος, τῇ τῶν πτωχῶν ἐπιμελείᾳ, ὅσα δὴ βασιλικῆς χάριτος ἦσαν αὐτοῖς, ἀνήλισκον. Μαξιμιανοῦ δὲ κατ' Αἰθιόπων στρατεύοντος, ὁ ἀρχιευνοῦχος τὴν ἐπιτροπὴν τῆς πόλεως ἔχων, μαθὼν τὰ κατὰ τὸν Ἴνδην καὶ Δόμναν, ἱέρειαν οὖσαν τῶν κατ' οἶκον τῷ βασιλεῖ θεῶν, εἱρκταῖς περιεῖργεν. Ἡ δὲ Δόμνα ἐν ὑποκρίσει διαστρέφουσα τὸ πρόσωπον, δαιμονᾷν ὑπεκρίνετο · καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἐπισκόπῳ, Ἀνθίμῳ δ' οὗτος ἦν, ἀπαλλάττειν ἐδίδοτο, μαρτυρούμενος κατὰ τούτων δὴ πολλὴν κεκτῆσθαι ἰσχύν. Ὡς δ' ἐπανήκων ὁ βασιλεὺς μάθοι τὰ κατ' αὐτούς, τὸν μὲν ἀρχιευνοῦχον εὐθὺς ἔργον ἐποιεῖτο μαχαίρας · τὴν δὲ μανίαν ὅλην κατὰ τῶν ἀσκητηρίων ἐσκήπτει. Καὶ διωγμὸν ἀπάνθρωπον καθ' ἡμῶν ἤγαρεν, ὅτι δὴ καὶ πολλαὶ τῶν παρθενίαν ἠρημένων ἀσκεῖν τὸ τοῦ μαρτυρίου σταδίου γενναίως διήνυσαν. Μεθ' ὧν καὶ Γλυκέριος ὁ τοῦ πρεσβυτερίου τὰ πρῶτα φέρων · ὃν μετὰ πολὺν ἔλεγχον, βοῶν νεύρων σύμπαν καταξανθέντα τὸ σῶμα, ἔπειτα πῦρ ὑπεδέχετο. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν τῆς συγκλήτου καὶ ἄλλων τῶν στρατείᾳ κατειλεγμένων ἐφθείροντο · οἷς ἔγκλημα ἡ εὐσέβεια. Ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν Χριστοῦ γενεθλίων ἐνίστατο ἑορτή, καὶ σύμπαν τὸ Χριστώνυμον κλῆθος ἐκ πάσης ἡλικίας τῷ ἐκεῖσε νεῷ ἠθροίστο πανηγυρίζοντες τὰ γενέθλια, ἁρπάσας ἐκεῖνος ὡς ἔρμαιον τὸν καιρὸν, ὥστε τὴν ἑαυτοῦ μανίαν ἐκπλῆσαι, πέμπει συνέκλεισε, καὶ περικύκλῳ πῦρ ἀνῆπτεν εὐθύς. Ὁ δὲ

(1) Fortasse legendum, *Ægyptios*. Ægyptum enim invasit Diocletianus, et Achilleum incubatorem imperii Alexandriæ vicit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κῆρυξ τρανότερον ἐωακέρυττεν· Ὦ ζῆν αἱρετὸν, ἐξιέτω· καὶ τῷ παρακειμένῳ βωμῷ τοῦ Διὸς, ἐπιφιέτω λιβανωτόν· εἰ δ' οὖν, σὺν τῷ οἴκῳ τούτῳ τῷ πυρὶ δαπάνη γενήσεται. Τότε δή τις τῶν ἔνδον στομα τῷ πλήθει γενόμενος, σὺν παῤῥησίᾳ λαμπρὰν ἀφῆκε φωνήν· Χριστιανοὶ πάντες ἡμεῖς· ἕνα μόνον Θεὸν καὶ βασιλέα πιστεύομεν τὸν Χριστόν· καὶ γε αὐτῷ θύεσθαι, καὶ τῷ Πατρὶ αὐτοῦ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι ὁλοκαρπούσθαι εὐχερῶς ἔχομεν. Ἅμα δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ πῦρ ἀνήπτετο. Κύκλῳ δὲ περιδραξάμενον τὸν νεὼν, ἅπαντας ἐν ἀκαρεῖ κατεθάλωσεν, ὡσεὶ δισμυρίους ὄντας τὸν ἀριθμόν. Ἔπειτα δὲ ἡ μακαρία Δόμνα πολλοῖς ἐγκαρτερήσασα τοῖς δεινοῖς, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται. Καὶ Ἄνθιμος δὲ ὁ θεσπέσιος πρῶτον μὲν ἀπηνῶς ξαίνεται· τοὺς δ' ἀστραγάλους σούβλαις πυρὸς μεσταῖς διαπειρονᾶται. Εἶτ' ἐπ' ὀστράκοις ἤπλωτο, βάκλοις τε συντριβείς, κρηπῖδας χαλκοῦ πεποιημένας, πυρὶ συνημμένας ὑποδίδεται· τροχὸν ὑφίσταται· λαμπάσι καταφλεκτος γίνεται· καὶ πίρας τοῦ βίου σίδηρος ἣν ἐκτέμνων τὴν κεφαλήν.

A et multitudo ætatis omnis, quæ Christi nomine censetur, in templo natalem eum celebratura convenisset, tyrannus veluti opportunum tempus et lucrosam occasionem nactus, per quam vesaniam et furorem suum adimpleret, misit eo qui templum clauderent, et ignem circumcirca accenderent. Aderat ibi præco, qui voce clariore promulgabat, ut qui vivere vellet, ex templo exiret, et in proxima Jovis ara thura adoleret, alioqui nisi hoc fecisset, una cum domo ipsa conflagraturus. Tum vero in templo ipso quidam pro multitudine ea omni, cum libertate insigni propalam respondit, et pulcherrimam illam edidit vocem : **447** Omnes nos Christiani sumus, unum eumque solum Deum et regem credimus esse Christum : et ipsi, Patrique ejus, et B Spiritui sancto sacrificare, atque nos omnes una offerre facile parati sumus. Vix hæc ille dixerat, et ignis est accensus, qui in temporis veluti momento ecclesiam omnem complexus, illos omnes circiter viginti millium numerum explentes, in cinerem redegit. Deinde etiam beatæ Domnæ, post supplicia multa fortiter tolerata, gladio caput resecatur. Divinus autem Anthimus primum quidem crudelissime cæditur, subulis igne candentibus talos perforatur, super fractis testis reponitur, baculis converberatur, crepidas æreas ignitas induitur, fidiculis aliisque tormentorum instrumentis excruciatur, facibus aduritur, et ad postremum securi percutitur.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Περὶ τῶν ἐν Μελιτινῇ, Αἰγύπτῳ τε καὶ Τύρῳ καὶ Φοινίκῃ μαρτυρησάντων.

Τοιαῦτα μὲν κατὰ Νικομήδειαν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἐπράχθη τοῦ διωγμοῦ. Καὶ ἐν Μελιτινῇ δὲ τῇ πόλει οὐκ ἔλαττον διεπράττοντο. Καὶ ἐν Συρίᾳ πάλιν τὰ ἴσα ἦν· γράμματα γὰρ ἐφοίτα βασιλικὰ, εἱρκταῖς τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ποιμένας κατακλείειν. Καὶ ἦν ἡ θέα τῶν γινομένων μάλα δεινὴ, μυρίων, ὡς εἰπεῖν, ἁπανταχοῦ συρομένων καὶ σπαρασσομένων. Καὶ τὰ πρὶν ἀνδροφόνοις καὶ τυμβωρύχοις κατεσκευασμένα χορὸς ἐκλάρου πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ ὅσοι δὴ τοῦ τοιούτου συντάγματος· ὡς μηδ' ἐνεῖναι χώραν καὶ τοῖς ἄλλως κατακρίτοις ἢ καὶ λῃσταῖς. Οὐκ εἰς μακρὰν δ' ἕτερα κατίφθασεν γράμματα, τοὺς ἐν εἱρκταῖς θύσαντας ἐλευθερίας καταξιοῦν· ἢ μὴ βουλομένους, σύμπαν ἐπιτρίβειν τούτοις δεινόν. Ἀλλὰ πῶς ἄν τις, τούτων ἀνεγνωσμένων, τὸ πλῆθος τῶν μαρτύρων καταριθμήσειεν; οἳ δὴ κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν διεγωνίζοντο· μάλιστα δὲ κατ' Ἀφρικὴν καὶ τὸ Μαύρων ἔθνος· ἔτι δὲ κατὰ Θηβαΐδα τε καὶ τὴν Αἴγυπτον· ἀφ' ἧς καὶ εἰς ἑτέρας μετελθόντες πόλεις, ἐπέδειξαν τὴν ὑπὲρ Χριστοῦ ἔνστασιν ἐποιήσαντο. Οὓς τίς ἂν ἰδὼν, οὐκ ἂν τὴν ἔνστασιν κατεπλάγη μᾶλλον, καὶ τὰς ἀριθμοῦ κρείττους μάστιγας, ὅσαν τὸν μετὰ ταῦτα πρὸς θῆρας ἀγρίους ἀγῶνα; Παρδάλεις γὰρ καὶ ἄρκτοι, σύες τε ἄγριοι, καὶ ταῦροι δή τινες πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκαυτηριασμένοι, δεινῶς ἐπῃρέντο· ὧν ἑκάστῳ θαυμασίαν ἐνῆν βλέπειν τῶν γενναίων μαρτύρων τὴν καρτερίαν. Ἦν δὲ καὶ θαῦμα ὁρᾷν, πῶς λιμῷ τὰ ἀνθρωποβόρα ἐκεῖνα πιεζόμενα καὶ Τύριοι ἐν Φοινίκῃ εἶδεν αὐτὸς Εὐσέβιος. (lib. VIII, cap. 7.)

CAPUT VII.

De Melitinensibus Ægyptiis, Tyriis, et Phœnicibus martyribus.

Hæc sic apud Nicomediam in initio persecutionis gerebantur. Non minus autem in Melitina urbe C (1) tyrannis grassabatur. Idem in Syria fiebat. Circumferebantur enim imperialia scripta, quæ ecclesiarum pastores carcere includi jubebant. Et erat ubique miseranda et gravis rerum facies, quod plurima millia passim traherentur atque raptarentur. Et quæ antea percussoribus, homicidis et sepulcrorum violatoribus erant præparatæ custodiæ, hæ presbyterorum, diaconorum aliorumque ejus ordinis sanctorum virorum choro replebantur : ut jam maleficis, prædonibus aliisque condemnatis hominibus locus in carcere non esset. Nec longe post aliæ superveniunt litteræ : ut qui in custodiis dils sacrificarent, liberi abirent ; qui id facere recusarent, omni malorum genere affligerentur. Sed enim quis tandem, qui talia legat, tantam D martyrum turbam dinumeret ? qui per provincias omnes strenue decertarunt, maxime autem in Africa et Mauritania : item Thebaide et in Ægypto : unde nonnuli etiam in alias divertentes urbes, ibi fortitudinem suam pro Christo et constantiam exhibuerunt. Quorum quis non, si videat, cum stupore admiretur alacritatem, suppliciaque numero longe superiora (2), potissimum autem, post hæc omnia, cum agrestibus feris colluctationem ? Pardi namque, ursi, apri, **448** et tauri silvestres, ferro et igni ad feritatem excitati, gravissime in eos im-

(1) Χώρᾳ, *regione*. Euseb.
(2) Quædam istorum martyriorum in Palæstina

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mittebantur. In quibus omnibus admirandum spectaculum erat, tanta generosorum et nobilium martyrum constantia et fortitudo. Verum et illud maximo fuerit miraculo, quod feræ illæ carnibus humanis vesci solitæ, et longa fame efferatæ, ab illis abstinuerunt, neque martyrum corpora attingere ausæ fuerunt : sed in alios, eos videlicet qui extra arenam stantes, illas contra pios Deoque charos homines provocabant et concitabant, stridore et impetu multo irrueruut, sacrosanctos athletas, nudis consistentes corporibus easque manibus in se attrahentes, minime lædentes. Quod si aliquæ etiam incurrere in eos cœperant, cum quam proxime ad eos accessissent, derepente ibi tanquam vi quadam repulsæ, retrocedebant. Quod sane factum, consternatione homines implevit. Quippe cum in unum martyrem sæpius multæ immitterentur belluæ, infectis tamen ab eis rebus ferarum ductores abirent. Non minorem admirationem movit strenuorum illorum martyrum animus infractus, et quorumdam in imperfecta adhuc ætate senilis constantia. Vidisses enim ibi juvenem nondum viginti totis expletis annis, vinculis liberum, manibus recto statu in crucis speciem extentes, intrepido, immotoque corde tacite precibus ad Deum vacantem, neque vel se moventem, vel genua inclinantem : cum quidem circa eum feræ crudelitatem spirarent, graviterque rugirent, et jam pene divinas illius carnes invaderent et laniarent : cœlestibus autem frenis ora earum obturarentur, et veluti catenis in eos qui post illos stabant retraherentur. Vidisses alium tauro objectum, qui aliis quidem, ex spectatoribus infidelibus, cornibus in sublime jactatis, cum eos ictibus suis percussos semimortuos reliquisset, minacius autem et ferocius martyri appropinquans, ne stringere quidem eum posset, sed sensim tantummodo cornu peteret, linguaque pedes lamberet, et religione quodammodo discederet. Et cum ad eum modum multæ bestiæ in martyres immissæ essent, idemque omnibus accidisset, postremo carnifices ipsi animos despondentes, post plurima supplicia, aliamque gravium tormentorum vim illis illatam, ferro crudeliter omnes jugulabant, et in profundum mare dejiciebant. Atque hæc quidem sunt nobilissimorum Ægyptiorum athletarum, quæ Tyri decertarunt certamina.

A μενα, ἐπὶ πολὺ διεκαρτέρουν μὴ τοῖς μαρτυρικοῖς σώμασι θίγειν ἐπιτολμῶντα · ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοὺς ἄλλους οἱ δῆτ' ἔξωθεν ἑστῶτες ἐκεῖνα κατὰ τῶν θεοφιλῶν ἠρέθιζον, ῥοίζῳ πολλῷ μάλα ἐφέροντο · τῶν δὲ ἱερῶν ἀθλητῶν, καίπερ γυμνῷ τῷ σώματι ἑστηκότων, ἐπὶ σφᾶς τε αὐτοὺς ἐπισπώντων χερσὶν, ἧκιστ' ἐπέτρεχον. Εἰ δέ που καὶ ὥρμησαν, ὅσον ἐγγιστα γενέσθαι · εἶτα ὥσπερ ὑπό τινος δυνάμεως ἀνεκρούοντο, καὶ εἰς τοὐπίσω αὖθις ἐχώρουν. Ὃ καὶ γινόμενον εἰς ἔκπληξιν ἦγεν · ὡς καὶ πολλάκις ἐνὶ ἐκείνων, καὶ διάφορα τῶν ζώων ἀφίεσθαι, ἀπράκτων ἀπαλλαττομένων τῶν προηγησαμένων θηρίων. Οὐχ ἧττον δ' ἔκπληξιν ἐνεποίει τὸ νῶν γενναίων ἐκείνων ἀπτόητον, καὶ τὴν ἐν ἀτελεῖ ἡλικίᾳ γηραλέαν ἔνστασιν. Καί γε εἶδες ἂν νέον ἄνδρα οὐδ' ὅλα εἴκοσιν ἔτη
B διατελέσαντα δεσμῶν ἄνευ ἄνω τὰς χεῖρας ἁπλοῦντα κατὰ σχῆμα σταυροῦ, καὶ ἀτρέπτῳ καρδίᾳ ταῖς πρὸς Θεὸν λιταῖς ἠρέμα ἐνασχολούμενον · μὴ κινούμενον, μηδὲ μετοκλάζοντα, τῶν θηρίων θυμὸν πνεόντων καὶ δεινὸν ἐπωρυομένων αὐτῷ, ἐν χρῷ τε ὥσπερ τῶν θείων ἐκείνων γινομένων σαρκῶν · θείῳ δέ τινι χαλινῷ φραττομένων τὸ στόμα, καὶ ἀνασειραζομένων τοῖς ὄπισθεν. Εἶδες δ' ἂν ἕτερον παράβλημα ταύρῳ προκείμενον · ὃν τοὺς μὲν ἄλλους τοῖς κέρασιν εἰς ἄκρα ῥίπτων ἀνέσπα, τὸ πλεῖον τῆς ζωῆς ταῖς πληγαῖς παρασπῶν · ἀπειλῇ δὲ καὶ θυμῷ πλησιάζων τῷ μάρτυρι, ψαύειν οὐδ' ὅλως οἷός τε ἦν · κηρύττων δὲ ἠρέμα καὶ τῇ γλώσσῃ τὰ περὶ τοὺς πόδας προσχρώμενος, εὐλαβῶς οἷον ἀπήλλακτο · καὶ πολλῶν ἀφιεμένων καὶ τὰ ὅμοια διαπεπραγμένων, τέλος ἀμηχανοῦντας τοὺς δημίους, μετὰ πολλὴν αἰκίαν καὶ ἄλλον
C ἐσμὸν τῶν δεινῶν ξίφεσιν ἀπηνῶς κατασφάττειν πάντας, καὶ τάφον αὐτοῖς σχεδιάζειν τὴν θάλατταν. Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν καὶ τὰ ἐν Τύρῳ τῶν γεναίων ἀθλητῶν ἀγωνίσματα.

449 CAPUT VIII.

De martyriis in Thebaide toleratis, et variis variorum suppliciorum modis.

Qui vero in patria sua martyrium obiere, quis vel eorum numerum inire, vel tot et tam varia tormentorum genera explicare queat? Quandoquidem quamplurimi una cum conjugibus et liberis propter Christum vitam ipsam prodidere, variasque mortis species adiere. Quorum aliqui post ungulas, flagella, et fidiculas, aliosque cruciatus, ad quorum mentionem solam animus exhorrescit, fortiter præsenti robore toleratos, tandem igni sunt consumpti. Alii, et quidem innumerabiles, scaphis impositi, in alto submersi pelago. Nonnulli etiam resecare volentibus caput, magno animo jugulum præbuerunt. Multi fame enecti sunt, plures in crucem acti : et alii quidem eodem quo malefici

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τῶν κατὰ Θηβαΐδα γεγενημένων · καὶ τοῦ τρόπου τῶν διαφόρων κολάσεων.

D Τοὺς δ' ἐπὶ τῆς οἰκείας γῆς μαρτυρήσαντας πῶς ἄν τις τὸ πλῆθος διέλθοι, καὶ τὸ ποικίλον τῶν βασάνων καὶ πολυειδές ; οἱ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις διὰ Χριστὸν τὸ ζῆν ὑπερεῖδον, διάφορον ὑπενεγκόντες τὸν θάνατον. Ὧν οἱ μὲν μετὰ ξεσμοὺς καὶ στρεβλώσεις, καὶ νιφάδας μαστίγων, καὶ ἄλλας φρίκης μόνον καὶ ἀκοῦσαι μεστὰς βασάνους γενναίῳ ψυχῆς παραστήματι διανύσαντες, τὸ ὕστατον πυρὶ κατεφλέχθησαν · οἱ δὲ πλῆθος μυρίον ἐπὶ σκάφαις τοῖς θαλαττίοις βυθοῖς ἀπερρίφησαν. Ἄλλοι δὲ ἀνδρείως τοῖς τέμνειν θέλουσι τὰς κεφαλὰς προὔτεινον. Οἱ δὲ καὶ λιμῷ διεφθάρησαν · ἀνεσκολοπίσθησαν δ' ἕτεροι, οἱ μὲν ἴσον κακούργοις λαμβάνοντες θάνατον, οἱ δὲ τοὔμπαλιν κύμβαχοι προσηλωθέντες, τὸ ζῆν δεινως

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἕφερον · ἄχρις οὗ σχήματος οὕτως ἔχοντες, λιμοῦ γεγόνασι παρακάλωμα. Ἃ δ' οἱ κατὰ Θηβαΐδα διήνεγκαν μάρτυρες, οὐδὲ λόγῳ ἂν γένοιτο ῥᾴδιον διηγεῖσθαι. Σώματα γὰρ ὅλα ὀστράκοις ἀντὶ ὀνύχων ἐξαίνοντο, ἕως οὗ παρίμενε τούτοις τὸ ζῆν. Καὶ γύναια δέ τινα μηχαναῖς τισιν εἰς ὕψος μετέωρα ἀναρτώμενα, ἐξ ἑνὸς τοῖν ποδοῖν κατὰ κεφαλὴν οἷά τινα ἱερεῖα προσαπῳώρητο · μηδὲ τῆς ἐπ' αἰδὼ σκέπης μεταλαγχάνοντα, πᾶσαν ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίας ὑπερβολὴν τοῖς ὁρῶσι παρεῖχον. Δένδρων δὲ κλάδοις ἕτεροι ἐνδεισμούμενοι, ἐθνησκον. Οἱ γὰρ σριῤῥότεροι τῶν πρέμνων, τέχνῃ δή τινι εἰς ταυτὸ συνιόντες, τὰ τῶν μαρτύρων σκέλη διατεινόμενα συνεδέσμουν · εἶτα ἀφιεμένων ἐκείνων εἰς τὴν κατὰ φύσιν πορείαν, ἀθρόον τὰ μέλη διεσπῶντο, καθ' ὧν ἐγχειροῦντες ἦσαν τὸν σύνδεσμον. Ταῦτα δὲ πάντα οὐκ ἐπὶ βραχὺν ἐνηργεῖτο χρόνον, ἀλλ' εἰς ἔτη πλείω διαγέγονε τὸ δεινόν · ἄχρι μὲν γὰρ δεκάδος καὶ τρεῖς δέκα, καὶ δὶς τοσαῦτα, καὶ ἑκατόν ἄλλοτε ἄνδρες ἀνῃρητο. Νέοι τε κομιδῇ καὶ γυναῖκες ἐναλλαγμέναις τιμωρίαις καθεκάστην ἐκτείνοντο, ἀθρόᾳ πληγῇ τὴν ἐκτομὴν ὑφιστάμενοι · ὡς καὶ αὐτὸν τὸν σίδηρον ἀμβλύνεσθαι τῇ τῶν αἱμάτων βαφῇ, καὶ καταθλᾶσθαι ἀπαγορεύοντα, τούς γε μὴν κτείνοντας ἐξασθενοῦντας, συνεχῶς μεταμείβειν ἀλλήλους. Συνορᾷν δ' ἦν καὶ τὸ πρόθυμον τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως · οὐκ ἔφθανον γὰρ οἱ προλαβόντες τὴν ἀπόφασιν εἰληφότες, καὶ ἄλλοι ἄλλοθεν εἰσπηδῶντες, σφᾶς ἑαυτοὺς Χριστιανοὺς ὡμολόγουν, πρὸ τοῦ δικαστικοῦ ἀλλόμενοι βήματος, μήτε πρὸς τὸ πικρὸν τῶν βασάνων ὁρῶντες · ἀκαταπλήκτῳ δὲ παῤῥησίᾳ ὑπὲρ Χριστοῦ διαγωνιζόμενοι, σὺν θυμηδίᾳ πολλῇ τὴν ὑστάτην ψῆφον προσίοντο · καὶ τοσοῦτον ὡς μετ' εὐχαρίστου γλώσσης ἄχρι τέλους ὕμνους ἐξυφαίνοντας εὐρύθμως ἀναπέμπειν Θεῷ.

A modo, supplicio affecti : alii autem inversi, pedibus videlicet in sublime sublatis, vitam diu graviterque traxerunt, donec in cruce ipsa ita suffixi fame perierunt. Per Thebaidem porro quæ sancti martyres pertulerint, oratione persequi facile non est Corpora enim eorum testis ungularum vice tantisper dum vita illis superesset, tortores dilaniabant. Et machinis quibusdam mulierculas in sublime pede uno, capite dependente, tractas, victimarum more suspendebant, neque ea quæ nativus pudor occulta esse voluit contegentes, et omnibus summæ inhumanitatis et crudelitatis præbentes spectacula. Quidam arborum ramis alligati, miserabiliter excarnificabantur. Rami enim robustiores vi et arte quadam contracti, martyrum crura di- B ducta vinculis distringebant : ac deinde illis in naturalem statum suum redire permissis, subito membra, ut cuique erant alligata, sævissime discerpebant. Atque hæc omnia non brevi tempore sunt patrata, sed annis pluribus malum hoc duravit. Ad decem namque, et triginta, et bis totidem, atque etiam quandoque ad centum quotidie viri juvenesque admodum et mulieres suppliciis variis occidebantur, confertim veluti una plaga internecionem sustinentes : ita ut ferri quoque acies continua sanguinis tinctura hebetior fieret, et scindere amplius non valeret : carnificesque defatigati, infirmioresque facti, successores alios acciperent. **450** Animadvertere vero erat in hominibus nostris alacritatem, et fidei in Christum ardorem vividum : cum C enim vix contra priores sententia condemnationis a judice prolata esset, alii aliunde confluentes, Christianos se esse confitebantur, pro tribunali ipso exsultantes, neque tormentorum acerbitatem respicientes : sed interrita prorsus libertate pro Christo decertantes, cum megda animorum lætitia libentissime supremam excipiebant sententiam : usque adeo, ut cum gratiarum actione ad finem usque perquam decenter hymnos laudesque Deo canerent.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τῶν περιφανῶν μαρτύρων, Φιλορώμου καὶ Φιλαίου· καὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν γεγενημένων κατὰ Χριστιανῶν.

Καὶ πάντες μὲν οὖν θαύματος ἄξιοι οἱ τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχοι · πολλῷ δ' ὑπερφέροντες, οἱ πλούτῳ καὶ γένει, δόξῃ τε καὶ λόγῳ σοφίας τὸ περιφανὲς κεκτημένοι, εἶτα τῷ περὶ Χριστοῦ πόθῳ δεύτερα ἔθεντο. Οἷος ἐκεῖνος Φιλόρωμος τὴν πρώτην ἐκ βασιλέως ἐγκεχειρισμένος ἀξίαν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν · ὃς μετὰ τῆς ἐκ Ῥωμαίων τιμῆς δορυφόρους τε στρατιώτας ἔχων, ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας δικαστηρίῳ παρίστατο. Πρὸς δὲ καὶ Φιλαίας ἕτερος τῆς Θμουϊτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος · ὃς ἐν λειτουργίαις ταῖς κατὰ τὴν πολιτείαν ἀνηκούσαις μάλιστα διαπρέπων, ἐν φιλοσόφοις λόγοις μᾶλλον εἶχε τὸ κράτος. Πολλῶν τοίνυν τῶν τε πρὸς γένος φίλων τε ἄλλως καὶ συνήθων καὶ τῶν ἐπ' ἀξίαις ὄντων αὐτῷ, ἔτι δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ σὺν ἱκεσίᾳ δεομένων, φεισώ τινα ἑαυτοῦ καὶ παίδων καὶ γυναικὸς οἴκτειρε σχεῖν, οὐδ' ὅλως τὸ φιλόζωον εἵλετο, καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν ἐξο-

CAPUT IX.

De Philoromo et Philæo, illustribus martyribus : et quæ Alexandriæ impii contra Christianos perpetraverint.

Et omnes quidem eximii veræ pietatis propugnatores digni sunt admiratione : multo tamen excellentiores, qui divitiis, genere, gloria et sapientiæ studiis, præclaram consecuti famam, omnia ea Christi desiderio posthabuere. Qualis Philoromus ille fuit, qui primariam dignitatemab imperatore apud Alexandrinos consecutus, cum splendido militum satellitio, pro dignitate sua, Romano more, quotidie tribunali, causam dicens, astabat. Et Philæas, Thmuitarum ecclesiæ episcopus, qui cum muneribus civilibus rite et decenter obeundis clarus fuit, tum maxime philosophicis artibus excelluit. Cum igitur propinqui, amici, et familiares, et alii magnas gerentes dignitates, ipse quoque judex, eos obtestarentur, ut sibi ipsis parcerent, conjugumque et liberorum per misericordiam rationem haberent, nullo modo adduci

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

potuere, ut vitæ suæ consulerent, et cultum Christi abjurarent. Itaque illi, ambo constanti sapientiæ, seu potius Dei amantis animæ robore injurias tormentaque a judice eis illata, et postremo generose admodum et fortiter etiam capitale supplicium sustinuere. Quandoquidem autem Philæam paulo ante diximus eloquentiæ vi longe alios antecelluisse, ipsemet prodeat, simulque et Alexandrina martyria exponat, et ipse sibi verbis suis certum præbeat testimonium : quæ verba ipse ex vinculis prius ad ecclesiæ suæ plebem scripsit, quam extrema in eum est et capitalis lata sententia. **451** Cum enim prolixe martyres de egregia eorum in Deum æmulatione et Christi imitatione laudasset, hæc deinceps infert : Itaque æmulantes majora illa dona Christiani martyres, labores omnes et omnigenas pœnarum species non semel, sed aliqui etiam bis pertulerunt. Et omne genus minarum, cum quidem militares satellites cum illis ambitiosa ferocitate contendentes, eas non verbis modo, sed etiam factis intentarent, de concepta eos sententia minime deterruit, propterea quod charitas perfecta timorem ejiceret. Quorum virtutem, et in cruciatibus omnibus constantiam, quænam valeat commemorare oratio : Siquidem omnibus qui eos conviciis injuriisque afficere vellent, potestate permissa, quidam fustibus verberabantur, aliqui virgis, nonnulli flagellis, alii loris, alii rursum funibus. Et tormentorum varium spectaculum plurimum laboris et ærumnæ habuit. Hi namque manibus post terga ligatis e ligno suspendebantur, et machinis quibusdam membra eorum omnia distrahebantur : deinde in corpora ad hunc modum distenta carnifices ex judicis præscripto atque mandato, non quemadmodum adversus homicidas fieri solet, in latera solum, sed etiam in ventrem ipsum, in suras et maxillas tormenta varie et crudeliter ingerebant. Illi vero ex fornice manu una alligati pendebant, quibus cruciatu omni gravior erat articulorum membrorumque omnium distensio. Alii porro ad columnas, vultu ad eas verso, ita alligati erant, ut pedibus non insisterent. Unde fiebat, ut corporum mole deorsum vergente, vincula quoque ipsa magis constringerentur, gravioremque illis afferrent dolorem. Atque hæc non tantum, cum verba cum eis conferrentur, aut præses ipsis instaret, sed tantum non diebus integris sustinebant. Cum enim ille ad alios progrederetur, apud priores cum potestate sua alios relinquebat, qui eis vicem suam adessent, sicubi aliquis tormentis victus de sententia decedere videretur. Jubebat ille quoque vinculis eos acriter constringere, ac deinde anima defectos, atque in terram repositos, hinc et inde trahere. Neque enim de nobis vel minima cura in eorum animis resedit : sed ea tormenta excogitarunt et adhibuerunt, ut nequaquam hæc secundas ferrent partes, præ eis quæ aliquando quidam crudelissima adversus hostes invenissent. Fuerunt

